





11 B
14

XENOPHON

IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR INFRASCRIPTA OPERA XENOPHONTIS.



Pædia Cyri Persarum regis.

De Venatione.

De re publica & de legibus Lacedæmoniorũ.

De regis Agesilai Lacedæmoniorũ laudibus.

Apologia pro Socrate.

Opusculum de Tyrannide.



C. S. M. Magdalene Urbis

AD NOBILISSIMVM GREGORIVM FLISCVM IVRISCONSVLTVM DISCIPVLVM SVVM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS EPISTOLA.

INTER COMPLVSCVLOS SOcraticæ doctrinæ sectatores: duo cum primis ingēti laude effloruerūt Plato & Xenophō. quorū alter diuinus & philosophorū deus: Alter attica musa nūcupatur. Siquidē Xenophōtis sermo cōpositus: Tener: Rotundus: atq; mellitus adeo est: ut merito eius uoce musas quasi locutas ferāt. Atq; in ipsius labris sedisse opificem persuadendi deam credibile sit: Id quod de pericle et cethego memoratur. hic Ameno ingenio clarus grecæq; facundiæ columē: Multiiuga uolumina composuit. Et imprimis pædiam Cyri. quam tantopere probabat africanus ut eam semper haberet in manibus: quā. M. Tullius legēdo contriuit. Qua Cyrus ille Persarū Rex non ad historiæ fidem scribitur. sed ad perfecti Imperatoris effigiē. Nec qualis fuerit: sed qualis eē debuerit: ut ita sub Cyri institutione ac exēplo optimum Regiæ administrationis Genus luculēter expressu; esse dispiciamus. Quos ego nuperrime libros una cum aliquot aliis Xenophontiis uoluminibus nō indiligenter emēdatos Tradidi Benedicto Bibliopolæ pariter & Impressori Elegātissimo excussoria incude formandos. Vt sub tuo noīe tibi peculiariter dicati Inuulgarētur: mi Gregori Flisce. Quī in nostris castris disciplinæ Rhetoricæ artes edoctus legali doctrinæ oratorium Nitorem decentissime copulasti

Et iuris Ciuilis scientiam pigmētis Tulianis scitissi-
me colorasti: In tantū dissimilis istis: quoru; linguæ
Barbarismis solecismisq; scaturiunt. De leguleijs lo-
quor & formularijs male literatis. qui adeo eloquē-
tiam despexerunt: ut legalem doctrinam cum Orato-
ria eloquētia dissidio quodam discordioso dissentire
pertinaciter affirmēt. Sicuti amaritudo cum dulcedi
ne: Caligo cum lumine: tempestas cum trāquillitate
discordat. Cum tamen libri digestorum manifestissi
me ostendant interpretes legum non minus eloquen
tiæ consultos: q̃ Iuris esse oportere. Nec minus elegā
tia latiali q̃ peritia legali ꝑpolitos. Tu uero mi Gre-
gori fuisti apud nos annos plusculos: quos totos bene
collocasti. dū posthabita uoluptatis illecebra exornas
animum liberali musa: & ueris o[illegible]mentis egregie
respondes Ornatissimæ Eliscorū fa[illegible]iliæ: qua in ter-
ra Italiæ nulla fere ē celebratior ill[illegible]striorq;. Hæc in
star equi Troiani emisit proceres innumeros. Hæc epi
scopis fecūda: Cardinalibus copiosa: Principibus opu
lenta: Pontifices quoq; maximos progenerauit: qui
sunt dij terreni: et inter mortales inmortalis dei maie
statem repræsentant. Quis enim nescit ex Inclitissima
Eliscorum gente Adrianum quintum: & Innocentiū
quartū in amplissimo pontificiæ dignitatis fastigio
constitiss[illegible] Apostolicæ sedis Antistites & christianæ
Cymbæ moderatores. hāc ego familiam tam nobilē
tam famigeratā quo preconio laudis exornem? Quæ
ornatissimum Genuæ est ornamentum. De qua poeti-
cu; illud merito dici potest. Fœlix prole uirum, Cen
tum cōplexa nepotes oīs celicolas. Ex hoc fonte Tam

bēdito tam largo Riui limpidi non parum multi fluē tes cōspiciūtur: Inter quos tu mi Gregori pleno iam alueo fluis & puro: atq; Amnica ubertate luxurias. Qui bononiam ad mores studijs excolendos iampri dem cōieci sti. ex instituto prope solenni Familiæ tuæ ex qua adolescentes ingenuarum disciplinarum cādi dati ac Tyrones huc identidem per tempora interual lata cōmigrāt. Vbi collegium est Fliscorum honestissi mū a proauis tuis salubriter ac laudabiliter cōditum ad Scholaticos Gentilitios priuatim cōfouendos. Verum inter omnes Fliscos te unum probissimū studiosissimū modestissimum cognoui. Qui moribus ornatus: literis excultus: animo formatus cum claritudine natalium uirtutis claritate cōtenderes. magisq; doctrinæ q̄ generis nobilitate gloriareris. Qui post pacta militiæ litteratoriæ stipēdia magna cū laude Domū ad genitales terras remigrasti: Vbi in presentia solidos & dulces atq; uberes fructus studiorum tuorum tempestiua maturitate decerpis. Et quàuis opera tibi princeps ac primaria prope oīs in sanctioribus legū disciplinis insumatur: nō tamen infrequens es cultor doctrinæ politioris. Quīmo (ut audio) subsicinas horas ac feriata tempora mansuetoribus musis repastinādis sitienter impendis: & studia humanitatis. Quibus nil suauius: pro Pabulo habes suauissimo. Et quoties scriptor quispiam uetus lectione dignus neq; pro tritus neq; inuulgatus prodit in lucem: Tu euestigio rei nouitate pellectus; perinde ac helluo libru; uoras Animūq; lectionis impromiscue suauitate permulces Ita legendo & uigilias litteratas uigilādo uitā pro

cudis. adeo ut nisi Gregorij haberes nomē: merito po tueris habere cognomen. Etenim Gregorius dici po test latine uigilātius, Nunc itaq; mi Gregori ut mēs tua nouo pabulo & sagina pinguescat accipe socrati cum Xenophontem recenter formis excussum: Tuoq; nomini nuncupatim dedicatum. Cuius doctrina mul tiformi non secus recreaberis: q̄ stomachus ciborū di uersitate reficitur. Inter cetera istius nō minus fecun di q̄ facundi scriptoris monumenta leges libellum. Quo Agesilaus ille, magnus spartiates præconio uir tutis extollitur. Qui falso Iampridem titulo obrepsit in plutarchi nomen. Vulgoq; sub plutarchi noie & inscribitur & lectitatur, hic autem unus Xenophon tis libellus exiguus quidem sed aureolus in Agesilao rege laudādo: ut inquit uerissime Arpinas orator: fa cile omnes imagines hoīm statuasq; superauit. O uti nam aliquid uel tale: uel saltem proximū nostra hæc Epistola, possit efficere. Sed hoc immodicum est notu; paucisq; concessum, Tu id quicquid est, munusculi hi laro uultu suscipito & leta fronte perlegito, Viue ac uale Beroaldi tui memor.

Cicero.

LIBER PRIMVS

PAEDIAE CYRI REGIS PERSARVM A XENOPHONTE COMPOSITAE: PER FRANCISCVM PHILELPHVM E GRAECO IN LATINVM TRADVCTAE LIBER PRIMVS.

VM OLIM COGITAREmus ꝙ populi dominatus per illos soluti sunt: qui uellēt alia quadā ratione ꝙ populari rēpubli. gerere: & quot itē regū paucorū ꝙ principatus iam per populos sunt sublati quotq́ agressi tyrānida: eorū aliȷ cito admodū defecerūt: aliȷ uero si quātulūcunq; etiā tpis in iperio ꝑseuerarit admirationi haberētur: ꝑinde atq́ & sapiētes fuerint et fortunati quidā uiri. Et didicisse rursus uideremur in priuatis quoq́ domibus eē aliȷs famulos uel cōpluris. aliȷs ꝑpaucos: qui tamē ne his quidē paucis uti oīno possent heriliter. Cūq́ ad hæc nobiscū uersaremus et bubulcos principes boū esse: & equorū itē eos: qui equos pascūt: & oēs qui ꝑ se pastores uocātur horū aīaliū: quibus præsunt: nō absurde principes existimari: Videre q̄ uidebamur oīa hæc armēta facilius adduci: ut pastoribus pareāt: ꝙ pricipibus suis hoīes. Nā & pergūt armēta quacunq; a pastoribus dirigātur: & in ȷ̄s regionibus pascūtur quo acta ab illis fuerit et ab ȷ̄s ābstinēt a quibus arceātur: et quos fructus ꝓduxerint: sinūt his uti pastores pro uoluntate. At nullū quidē armentū unq̄ accepimus: quod in pastores insurgeret: quo aut minus eis obtēperaret: aut fructuū usum prohiberet. Quin difficiliora in alienigenas

omnis prestant se armenta: q̃ in hos quos & præsides habent & fructibus suis fouent. Hoĩes uero in neminẽ magis q̃ in illos insurgunt: quos imperiũ sen serint moliri aduersus sese. Cum hæc igitur cõmentaremur aio: in hãc sententiam agebamur: ea esse hoĩe natura: ut facilius aliis oĩbus animantibus imperitet q̃ hoĩbus. At ubĩ uenisset in mentem Cyrum: qui foret perses permultos quidem homĩes permultas urbes permultas gentes iussis suis reddidisse obedientes. Hinc sententiam mutare coacti sumus: utpote quod hoĩbus imperare neq; impossibile sit neq; factu difficile: si quis prudẽter id agat. Nouimus sane Cyro nõ inuitos paruisse alios: qui plurimorum dierum: alios qui etiã mensium iter distarent: alios itẽ: qui ne ipsũ quidem aspexissent unq̃: alios etiam: qui quãuis certo scirent fore: ut non uiderent. ei tamen libenter audiebant. Etenim usqueadeo præstitit aliis regibus: tum iis qui a parentibus accepissent imperia: tum iis qui suo ductu ea essent adepti: ut & Scytha q̃uis Scytharum magnus sit numerus nulli alii nationi queat imperitare: sed satis superq̃ habeat: si diuturnũ in suos principatũ gesserit: & Thrax in Thracas. & Illyricus in Illyricos: atq; eodem modo de aliis gẽtibus audimus. Itaq̃ fertur esse in Europa etiã hac tempestate quasdam liberas gentes: easq; inuicem dissidere. At Cyrus identidem assumptis liberis quoq̃ gentibus Asiæ soluens cum parua Persarum manu: Medis uolentibus atq̃ Hyrcanis imperauit. Subiugauit Syros Assyrios. Arabas. Cappadocas. Phrygas utrosq̃ Lydos Caras. Phœnicas. Babylonios. Potitus est etiã Bactria

nis et Indis ac Cilicibus. Et itidē Sacis te Paphalgo nibus. & Mariādinis atq; alijs q̃pplurimis gētibus: quarū ne noia quidem quis dixerit: In super dominatus est Asiaticis Grecis. Cu; uero descendisset ad mare: Cyprios quoq; et ægyptios imperio tenuit. At qui hisce quidem gentibus imperauit: quæ neq; cum illo neq; interseipsas lingua cōuenirent, Et potuit tamen formidine sui noīs tantum orbis terrarum peruadere ut oēs terrore cōcuteret: haberetq; neminē repugnantem. Tantā autem oībus cupiditatem iniecit gratificādi sibi: ut ex eius sententia gubernari optarēt. Tot nationes ad sese cōuertit: sibiq; deuinxit: ut eas dinū erare operosum sit quocūq; quis ire a regia eius cœperit siue ad orientem: siue ad occidente;: siue ad septētriones: siue ad meridiem, Nos ergo hunc uirum ut admiratione dignū considerauimus: & quo natus genere: & quo frætus ingenio: & qua institutus disciplina tantum ad imperandum cæteris mortalibus antecelluit. Que igitur de illo et audiuimus et sentimus: hæc in medium referre aggrediemur.

C YRVS quidē natus est patre Cambyse rege Persarum. Hic autē Cambyses ex persidarū genere extitisse dicitur, At perside a perseo nomen habēt. Matre uero cōsentitur fuisse Mādane quæ nata est patre Astyage medoru; rege, Fuisse aūt Cyrus natura fertur: & hoc etiā tempore a Barbaris decātatur: tum corporis forma pulcherrimus: tu; aīo humanissimus: tum discipline atq; honoris maxime studiosus, Quapropter labore; omnē exclamabat & omne periculū laudis gratia perferebat. Huiusmos

Cambyses
Mandane
exanclabat

di Cyrus bonitate formæ animiq; præditus: i persarum legibus educatus traditur. Prima his legibus cura est a bono publico; Haud enim incipiunt itidem; ut aliæ plurimæ ciuitates; quæ parentibus permittentes pro uoluntate filios educare: & ipsis parentibus pro arbitrio uitam agere eis iubent: ne furentur: ne rapiant: ne in alienas ædes ingrediātur ui; ne iniuste percutiant quemquam; ne adulterium patrent: ne principi aduersentur: reliquaq; huiusmodi. Quod si quid horum transgressus quis fuerit; pœna mulctatur. At persarum leges anticipantes maxime curant, ne initio tales sint ciues: ut cuiusq; uel improbitatis uel turpitudinis desiderio capiantur. Hac em̄ utūtur diligētia. Est illis forū, quod uocatur liberū; ubi & regiæ et alia sunt principia. Hinc & uenalia & circūforanei & horū clamores atq; ineptiæ in aliu; locum reiecta sunt: ne horū turba excultis moribus misceatur. Est autē forū circa principia distributū in partis quattuor. quarū una est puerorū, altera puberū: tertia uirorum: qui perfectā ætatē iā agūt: quarta uero eorū qui sunt emeriti. Legeq; horū singuli adsunt locis suis. pueri: cū primū illuxerit, & eodē modo perfectæ ætatis uiri; Seniores uero: cū per ocium cuiq; licuerit; exceptis constitutis diebus; quibus adsint necesse est. At adolescētes cubāt etiā in principijs cū gymnicis armis: exceptis uxoratis: q ne requirūtur qdē, nisi antea iussi adesse fuerint. At neq; honestu; ducitur sæpius abesse. Et præsunt cuiq; harū partiū duodeci; principes. Nā in duodecim tribus persæ distributi sunt. Hi uero pueris presunt; q selecti ex senioribus eos uideātur reddi

uiri q optimos. Adolescentibus quoq; hi qui ex absoluta ætatis uiris perq optimos eos existimētur effecturi. Viris aūt ipsis hi sunt perfecti quorū illi institutione censeātur quæ cōstituta sunt et a magistratu maximo imperata: maxime prestituri. Electi etiā sunt presides seniorum. Præsunt enim quo hi quoq; suo fungantur officio. Quæ autem cuiq; ætati imperantur faciunda: enarrabimus: quo dilucidius fiat diligētiam ne adhibeant: ut ciues sint q optimi.

praefecti

Veri igitur euntes ad ludos: iusticiæ discendæ dant operā aiuntq; ita illos huic rei studere: quemadmodū apud nos qui eunt ad literas perdiscēdas eorū aūt magistri magnā diei partē cōsumūt in eorum disceptationibus iudicādis. Habēt enim pueri quoq; inter sese quēadmodū uiri causas et de furto & de rapina & de ui et de fraude & de maledicētia et de alijs criminibus: ut et par est. Quos autem norint horū aliqd deliquisse: eos plectunt. In illū item animaduertūt: quē minus iure accusantē inuenerint. Et de illo crimine iudiciū faciūt: quod est in causa: ut se hoīes odio mutuo insectētur quā maxime. Nā uehemēter causa; agūt ingratitudinis, Et quē cognorint posse referre gratiā; nec refere, ī hūc seuerissime aīaduertūt: quippe q arbitrātur eos: q sint ingrati: et deos maiorēinmodū negligere: et parētes & patriā et amicos. Ingratitudinē uero potissimū impudētia sequitur: quæ ad omnē turpitudinē maxima est dux. Docēt etiā pueros tēperātiā, ad quā discēdā eis plurimu; cōducit: quod uidēt senes ipsos quotidie tēperāter uitā agere. Tradunt præterea ijs præcepta parendi magi

disciplina Persica.

Ingrati & max pecc ant.

ſtratibus. Multũ quoq; huic rei cõducit: quod ſeniores intuẽtur parere magiſtratibus magno ſtudio Eoſde; inſuper docẽt: ut et cibi et potus cõtinentiã ſeruẽt. Ad quod illos ad modũ adiuuat: quod ante oculos habẽt ſenioris non prius abire uentris implendi gratia: q̃ principes permiſerint: quodq; nõ apud matrẽ ueſcũtur pueri ſ; apud magiſtrũ: quãdo principes ſignificarint. ferũtq; domo pro cibo panem: pro obſonio naſturcium: ad potũ uero capedine; ut ex flumine aquã hauriant. Ad hæc etiã diſcunt ſagittã & iaculũ. Ad ſextum igitur uſq; aut ſeptimũdecimũ ætatis annum hæc agũt pueri. Dein uero ubi in adoleſcentiã exceſſerunt: ita rurſus degunt, Puericiã enim egreſſi cubãt ut antea diximus: in principijs idq; tum cuſtodiẽdæ urbis gratia tũ ob temperantiæ ſtudium, Videtur enim huic ætati maiorem in modum diligentia opus eſſe. Prebent etiam ſeipſos interdiu principibus: ſi cui eis uſui ſint pro repub. Et cum oportuerit: manẽt oẽs circa principia. Cu; uero ad uenatione rex exierit: id quod perſæpe agit in menſe: educit cuſtodiæ dimidiũ Habeãt autem exeuntes oportet arcus et iuxta pharetram: in uagina mucronem: aut ſecurim: præterea cratem: et pila duo: quo & alterum emittãt: & altero: ſi opus fuerit: cõminus utantur, Ob hãc autem rem publice dant operã uenationi: & rex quemadmodu; in bello ſe ducem ijs præſtat: & ipſe tum uenatur: tum ut alij uenentur diligentiam adhibet: quod hæc eis uerissima uidetur meditatio rerum bellicarum, Etenim diluculo aſſueſacit aſſurgere: frigoraq; et calores tolerare. Exercet etiã eos itineribus et curſibus, Neceſſa

riũ etiã ẽ sagitta bestiã ferire ac iaculo petere ubicũq; occurrerit. Atq; animus sæpenumero cogit cõcalescere: ubi ferox aliqua bestia cõtra sese obiecerit, Nam & percutere oportet: quæ occurrerit: & irruentem obseruare. Quare haud facile in uenatione eorũ quicquã abesse reperiatur: quæ inter bellandũ accidunt. Exeuntes autem in uenationem prandium habent & id quidem maiore quãtitate: ut par ẽ: quã pueri: aliaq; eodẽ modo, Et donec uenãtur nõ prandent. Sed si qd opus fuerit aut feræ ipsius gratia præstolari: aut aliter uelint tempus terere in uenãdo hoc prãdio pro cœna usi postridie uenantur ad cœnã usq;. Et duos hos dies pro uno supputãt: quod unius diei cibum cõsumunt. Hoc autem faciunt cõsuescendi gratia: quod si qd etiam in bello oportuerit: id eis sit factu facile. At obsonium q dem hoc puberes habent: quodcunq; uenati fuerint Nam si id minus: nasturcio uescuntur. Quod si qs eos existimat aut uesci iniucunde: cum aliud nihil præter nasturcium addãt ad cibum: aut potu minus suaui uti cum aquã bibant: reminiscantur: quãta cum uoluptate massã paneq; uescuntur in fame: quãq; suaue est bibere aquã in siti. At reliquæ tribus quæ domi manentes in uenationem nõ exeunt: tum alia exercent: quæ pueri didicerunt & sagittando & iaculando tum hæc inter sese decertando agitant. Sunt præterea publici horum ludi præmiaq; proposita, In qua autem tribu plurimi fuerint peritissimi fortissimiq; ac maxime fideles: horũ laudatur a ciuibus & honoratur nõ præsens princeps dũtaxat, uerũ etiam ille qui eos in pueritia erudiuit. Et his adolescentibus utuntur magistratus

si qua in re præsidio opus fuerit:uel ad maleficia inquirenda:uel ad insequẽdos latrones:uel ad alia agenda:quæcunq; aut uirium aut uelocitatis sunt opera, Ab adolescentibus igitur hæc geruntur. Sed ubi annos decem absoluerint excedunt in perfectæ ætatis uiros:quo tempore hi rursus annos quinq; & uiginti ita degunt, Principio quemadmodum adolescentes præsto sunt magistratibus: ut si quid pro repu.opus fuerit:se utantur ijs in rebus quæ prudentiam uiresq; requirũt. Quod si militię dãda sit opera:qui ita sunt instituti arcubus & pilis amplius nõ utũtur sed ensibus et armis quibus comminus pugnant.feruntq; thoraca circa pectora & in manu sinistra cratem quale; habere pingũtur persæ. In manu autem dextera gladium aut mucronem. Et ex huiusmodi uiris magistratus oẽs constituunt:exceptis puerorũ magistris. At posteaq̃ annos quinq; uigintiq; complerint : agentes hi ætatis annũ aliquanto amplius quã quinquagesimũ, illorũ iam ætatem ingressi qui et eunt et uocantur seniores non etiam in exercitum eunt extra solum patrium:sed manentes domi iudicãt oĩs causas & publicas & priuatas. Iudicãt etiam hi causam mortis. Idemq; legunt omnis magistratus. Quod si quis aut in adolescẽtibus aut in uiris deliquerit quippiã contra leges deferunt eum singuli tribuni & ex alijs qui uoluerit, Quem seniores ubi audierint damnãt. At damnatus degit reliquam uitã cum ignominia, Verum ut oĩs persarum respu. clarius pateat: repetemus paulo altius. Nunc autẽ ex antedictis declaratum sit paucis. Persæ dicuntur esse circiter centũ uiginti millia hoĩm. Horum ne

mo lege excludūt a dignitatibus atq; magistratibus. Sed licet oībus persis mittere filios ad publicos iustitiæ ludos. Verum qui possunt filios per ociū alere: eos mittunt ad ludos, Quibus uero alendi non est facultas: nequaq̃ mittunt, Qui autem fuerint apud publicos magistros instituti: licet ijs inter adolescentes eius ætatis opera exercere: alijs uero non licet. Qui rursus legitima inter adolescentis absoluerint: possunt ij inter eos uersari: magistratuūq; participes atq; honorum fieri. At ijs: qui puericiæ atq; adolescētiæ legitima nō obierint: inter uiros nō admittuntur. At ij rursus: qui inter perfectæ ætatis uiros sine repræhēsione se gesserint: fiunt ex ordine seniorum, Et ita seniores ij cōstituuntur qui per omne honestatis genus uitā egerint. Et hæc est uiuendi institutio qua qui utuntur: optimi uiri existimātur. Quim hoc etiā tempore testimonium durat. tum moderati eorum uictus: tum etiā defatigati, Nam nunc quoq; turpe est apud persas & spuere: & emungi & flatus uideri plenos. Turpe item ducitur: si q̃s appareat quoquā ire aut meiendi aut cuiusq̃ huiusmodi rei gratia. Quæ quidē facere nullo pacto possent: nisi & uictu modico uterentur: & humiditatem per laborem consumerent. Quo fit: ut ea alio quopiam secedāt. Hæc igitur de persis oībus dicere possumus. At cuius gratia hoc tempore nobis oratio cœpta est: res gestas Cyri narrabimus a pueritia ordientes, Cyrus enim ad duodecimūusq; annum aut paulo amplius hac institutus disciplina; æquales oīs antecellebat: & celeriter discēdo ea quæ opus erāt & pulchre ac fortiter singula obeundo, Ex hinc filiā suam Astyages eiusq; filium accersiuit: quippe qui eum uidere cu

piebat: quē & pulchritudine audiret et probitate præstare. Venit igitur Mandane ad patrē: Cyrum filiū secum habens. Ad quem ubi curriculo peruenisset: Cyrusq; nouisset Astyagen matris eius patrem: continuo ut erat ingenio facili atq; perhumano: tum eum amplexatus est familiariter atq; perbenigne: ueluti si qs diu una educatus: diuq; illum amans amplexaretur: tum eundem exornatum intuens & suppicturatione oculorum: & coloris infricatione appositioneq; comarum: quæ legitima erāt in medis: hæc enim oīa medorum sunt: & purpuræ tunice & candidi amictus & torques ad collū: & armillæ ad manus: at in persis cum domi sint: uel hoc tempore & uestes sunt uiliores & uictus tenuiores. Intuens inquam Cyrus aui Astyagis ornatum: fixis in eum oculis: o mater inquit ut pulcher est auus meus. Sed cum mater eū rogasset uter ei pulchrior uideretur: pater ne: an auus. respōdit Cyrus. o mater persarū quidē pater meus lōge est pulcherrimus: at medis: quantū scilicet ipse in uijs atq; in ianuijs uidi: meus hic auus maxime præstat pulchritudine. Quod audiēs Astyages rursus eū amplexatus atq; osculatus & pulcherrima stola induit & torquibus armillisq; honorauit ornauitq;. Ac si quo equitaret in equo frænis aureis insigni circunductabat quēadmodum ipse quoq; proficisci cōsueuit, At Cyrus ut & puer & elegans & ambitiosus delectabatur stola atq; equitandi disciplina mirū in modum lætabatur. Nam i persis quoniam difficile est & equos alere & equitare: quia montosa sit regio: uel uidere equum rarissime datur, Cū uero cœnaret Astyages una cū filia

& nepote uellet q; puerū q̃ suauissima uti cœna quo minus res domesticas desideraret: apposuit ei & parapsidas & omne genus pulpamēti & epulas. Itaq; aiunt dixisse Cyrū o Aue quot negocia habes in cœna si tibi necessarium sit in oīa hæc fercula manus extendere & degustare hasce tam uarias multasq; epulas. Quid ais inquit Astyages? Nōne tibi multo uidetur pulchrior hæc cœna q̃ ꝑsica? Atq; ille respōdit Aue mihi sane haud uidetur: sed lōge simplicior apud nos ac rectior est ad explendū uia q; apud uos. Apud nos enim panis & carnes ad hoc deducunt. Vos autē cum eodem studetis peruenire: quo nos: per multos circuitus ac uertigines sursum deorsumq; errantes uix aliquādo uenitis: quo nos diu antea ꝑuenimus. Sed o fili inquit Astyages: hi errores nobis molesti non sunt, Quod si hæc tu quoq; gustaueris, cognosces admodū esse suauia. Tum Cyrus inquit: at ego Aue uideo etiā tibi has epulas esse fastidio. Et Astyagen ferunt interrogasse. Et cuiusnam rei cōiectura istud ais? Quod te inquit uideo cū panem tetigeris nihilo manu; detergere: sed ubi horū quicq̃ attigeris: cōtinuo manū purgas ad mātilia: ueluti moleste admodum feras istorū sacietatē. Ad quæ subdidit Astyages. Si ergo ita sentis o fili, saltem carnibus uescere: quo robustior, domū repetas: simulq; hæc locutus permultum ei carniū apposuit & siluestriū & cicurū. At Cyrus cum uidisset carnium tantū: ait. Num mihi das hasce carnes o Aue ut ipsis utar pro uoluntate? Do tibi inquit me hercule. Tum igitur Cyrus acceptis carnibus eas distribuit inter ministros aui cū huiusmodi uerbis. Tibi quidem

Sacae pincernae nihil dat Cyrus.

hoc ad me datur: quod alacriter mihi tradis equitandi praecepta. Tibi autem quod tragulā dedisti mihi. Nam hoc ego tempore habeo aliud nihil. Tibi uero: quoniam auo perpulchre inseruis. Tibi quoq;: quia patrem meum honore prosequeris. Haec faciebat donec distribueret carnes oīs: quas accepisset. Sed Astyages Sacae inquit pincernae; quem ego honoro maxime: nihil das? Erat autē hic Saccas excellenti forma: eaq; fungebatur dignitate: ut eos deduceret: quibus Astyage opus foret: intempestiuos autem arceret. Sed Cyrus ut puer ad huc ueritus nihil: rogat inconsulto Astyagen. Quam ob rem aue hunc ita honoras? Cui Astyages cauillatus inq̄t. An minus uides q̄ pulchre quāque apte uinum fundit? Horum enim regum pincernae aptissime ac purissime uinum fundunt: ferentesq; phialam tribus digitis eā praebēt. Afferunt eñ ita: ut qui bibiturus est poculum capiat expeditissime. Tum Cyrus ait: iube igitur Sacae o aue: ut mihi poculum tradat: quo ipse quoq; pulcherrime uinū fundēs te mihi uendicem: si potero. Quod ubi iussisset Astyages: Cyrus accepto poculo ita illud bene eluit: ut Sacan uiderat. Iam etiā cōposita facile studiose & apte quodāmodo praebuit: tradiditq; in manū phialam ipi auo: ut & matrem & Astyagen multo risu afficeret. Cyrus uero ipse profusus in risum ad auū; prosiluit eumq; simul osculatus ait: o Saca peristi. ex honore te eĳciam. Nā & pincernae officio melius q̄ tu fungar. & bibam uinum: ut tu. Regum enim pincernae cum dant phialam: ex ea uinum cyatho haustum fundētes in sinistram manum obsorbent: ne si uenena infundis

sent:ip si non lædantur. Hinc Astyages ait per cauilla lum. Cur Cyre: qui aliis in rebus Sacan imitaris: non uinum obsorbuistis? Quod metueram. inquit: medius fidius: ne in cratere mixta uenena forent. Etenim cum tu in natalicijs amicos accepisti: pspicue didici cū uobis uenena infudisse. Et quonam pacto: inquit ille: o fili hoc dignosti? Quod inquit uos uidebam neq; mētis esse neq; corporis cōpotes. Primū quæ a uobis pueri facere prohibemur: hæc uos faciebatis. Omnes enim clamabatis simul: dicebatisq; inuicem nihil. Canebatis magno cū ridiculo: & cum canentem minime audiretis: iurabatis optime cū canere. Et quisq; uestrum cum de suis uiribus loqueretur: mox saltaturi surgebatis: cum nō modo ad numerū saltare: sed ne erigi quidem possetis. Eratisq; obliti omnino: & tu q rex esses & alij: quod sibi imperares. Per id enim tempis ego primū didici hoc quod a uobis tum agebatur: causam esse perpetuæ uestræ confabulationis. Itaq; nunq̄ tacebatis. Et Astyages ait. At patrem tuū fili cum bibit: nōne capit ebrietas? Non inquit me hercule. Sed quo modo facit? Sitim tolerat: & patitur aliud mali nihil Non enim Sacas ei ut uidetur: uinū fundit. Mater autem inquit quid tādē fili adeo Sacā oppugnas? Quoniam inquit Cyrus ipse odio mihi est: quippe qui me sæpe cupiētem ad auū accurrere prohibet homo scelleratissimus. Verum te suppliciter aue precor: da mihi tris dies in Sacam imperium. Et Astyages inquit quo pacto ei imperitaueris? Cyrus autem respōdit. Stans ego: quemadmodum hic in aditu cū uoluerit ingredi ad prandium: dicerem nondum fieri posse: ut prā

dio intersis. Auus enim quibusdam uiris studet: deinde cum ad cœnam uenerit: dicturus sim: q̃ auus lauatur. Cum uero magno uescēdi desiderio afficeretur: dicerem: quoniam auus est apud mulieres. Tandem aliquādo ita ego hunc protraherē sicuti ipse me ab auo arcendo protrahit. Tot inter cœnandum relaxationes animorū eis præbebat Cyrus. Interdiu uero si quē sentiret: cui uel auo uel auunculo foret opus: ad id officiū oĩs anteuertebat. Quicquid enim Cyrus gratificari ijs posset: q̃ libētissime obibat. At cum Mandane reditum pararet ad uirū: rogabat eam Astyages Cyrū apud se linqueret: quæ uel equidem respōdit omibus in rebus patri morē gerere: uerum putare sese factu difficile inuitū puerū dimittere. Hic Astyages ait ad Cyrum: o fili si apud me māseris. omĩū primū aditus ad me tui nulla Sacæ facultas erit: sed potestas oĩs in te futura est. Habeboq̃ tibi gratias: quāto sæpius ad me ieris. Deni & equis meis & alijs uteris: quot uolueris. Et cū abire institueris: habiturus es quoscunq̃ libuerit abeunti tibi. Præterea incedes quā uiam ipse delegeris pro cœnæ mediocritate ex sentētia tua. Insuper tibi do: & que nūc in hortis feræ sunt: & alias oē genus colligam: quas cum primum equitare didiceris insequeris. prosternesq̃; & sagittādo & iaculando: ut uiri magni. Præbeboq̃; tibi pueros collusores et alia oĩa cōsequeris: quæ uelle te dixeris. Hæc Astyages ubi dixisset: Cyrum mater interrogabat. Vtrum uellet manere ne an abire? Hic autē nihil cunctatur: sed quā celerrime se uelle manere respōdit. Rursusq̃; interrogatus a matre q̃ ob rem? dixisse fertur quoniā

alle[illegible] puerorū.

 11

domi o mater & sum: & uideor esse æqualibus superior iaculãdo sagittãdoq;. Hic autẽ noui me esse æqualibus meis equitando inferiorẽ: quæ quidem res mihi mater est permolesta. Quod si me hic reliqueris equitationemq; didicero: cũ in persis fuero: facile arbitror me illis omnibus fore superiorẽ: q pedestri præstant. Cũ uero uenero huc ad medos: enitar (quia factus iam fuero bonorum equitũ optimus) auo auxiliũ ferre. At iusticiã inquit mater o fili qui disces: cum magistri tui sint in persis? Respõditq; Cyrus: uerũ hæc ego mater ex amussim calleo. Quid tibi cognitũ est: inquit mater? Quoniam meus magister: inquit: me perinde atq; iusticiam optime tenentem constituit alijs iudicem. At qui olim in quadã lite uerberibus cæsus sum: ut pote qui minus recte iudicarim. Erat autẽ causa huiusmodi. Puer magnus corpore: cui parua esset tunica: alterum paruũ puerum qui tunicã haberet magnã: exuerat. suaq; illũ tunica induerat: illius tunica se induto. Ego igitur horũ causa audita: iudicaui esse melius ambobus: ut aptã uterq; haberet tunicã. Itaq; hac in re magister me percussit inquiẽs: cum de cõuenictia sim iudex: ita iudicare oportere: cũ uero iudicandũ fuerit utrius sit tunica: hoc ita considerandũ esse: quæ possessio est iusta: utrum habere is debet: qui ui tunicã abstulit: an hic possidere: qui uel laborauit uel emit: quoniã id est ait iustum quod legitimũ sit: quod uero sit cõtra legẽ: id est uiolentũ. Quare secundũ legẽ iubebat semper ferendam eẽ a iudice sententiã. Ita igitur ego mater iura omnino diligẽter calleo. Quod si quid mihi fortasse defuerit meus hic auus me docebit. At non ea

dem fili:inquit Mandane:iura conueniunt & apud auum & inter persas. Nam hic auus tuus rex medorum ois habet in potestate sua. At in persis æqualitatē seruare iustū ducitur: Tuusq pater primū cōstituta facit: quæ facit reipu. Cōstituta ēt accipit. Estq ei modus non libido: sed lex. Caue igitur: ne uerberibus cæsus pereas cum domu; reuerteris: si uenias accepta ab hoc rei tyrānidæ pro regiæ rei disciplina. Na; in tyrānide decoru; existimatur plus habere q̄ oēs. At pater tuus inquit o mater studiosior est: qui doceat minus q̄ plus habere. An minus fortasse uides eum docuisse medos omnis minus habere: q̄ sese? Esto igitur bono aīo. Pater enim tuus neq aliū quenq̄ neq me ita edoctu; ab se dimittet: ut sim habēdo supior. Cu; talia Cyrus confidētius loqueretur: ad postremū abiuit mater: cu; ipse illic relictus apud auum educaretur. Celeriterq æqualibus cōmiscebatur ad familiarē consuetudinē. Quorum etiā parentes adiens liquidoq ostendens eoru; a se filios plurimū diligi: sibi e uestigio reddebat affectos: ut qui indolē eius admirarentur. Itaq si qua uellent in re beneficio uti regis ŭ filijs iubebāt: rogaēt Cyrum: id sibi ut perficeret. At Cyrus rogatu puerorum: ut erat & humanus & honoris appetēs: plurimi faciebat petita transigere. Astyages uero si quid esset rogatus a Cyro: aduersari nō poterat: quin ei morem gereret. Etenim auū in ægrotatiōe: qua olim correptus est: reliquit nunq̄: neq flere unq̄ destitit. sed oībus clarum reddidit se de aui obitu maiorē in modū pertimescere. Nanq si quid noctu Astyagi opus eēt Cyrus sentiebat primus: & omniū impigerrimus exi

liebat ministraturus: quod auo gratũ fore cẽseret. Quibus rebus sibi Astyagẽ omnino deuinxerat. Et erat fortasse Cyrus aliquãto loquacior: idq; tu; ob disciplinã ꝙ cogeretur a magistro & rationẽ reddere eorũ: quæ faciebat: & ab aliis accipere cum causam audiret: tum etiã ꝙ ob discendi studiũ & multa ipse semper a præsentibus requirebat: ut haberent: et quæcunq; per alios quæsita essent: ob dexteritatem ingenii celeriter respõdebat. Quare ex hisce oibus multus ei sermo conflabatur. Sed quemadmodum: ii iuuenes (qui corporibus supra ætatem q̃q̃ adoleuerunt: ostendunt tamẽ iuuenile quiddam) id quod annoru; paucitatẽ arguit: ita ex Cyri multiloquio, nõ audacia promebatur; sed simplicitas quædã atq; lenitas; quo fiebat: ut qs cuperet plura etiã eum dicentem audire; q̃ tacenti adesse. Vt autẽ produxit eum tempus cum magnitudine corporis ad pubertatem tum & oratione utebatur breuiore & uoce sedatiore. At pudore adeo afficiebatur: ut etiã erubesceret: cum in seniores incideret. Nec eandem habebat petulantem adulationem æque ingerẽdi se oibus. Itaq; erat ita remissior; & in congressibus gratus admodũ ac iucũdus. Eteni; quæ sæpenumero æquales inuicẽ decertãt: nõ ad ea socios prouocabat: quæ norat melius se tenere: sed in qbus certo sciret sese esse inferiorẽ ab iis initiũ faciebat: futurũ inquiẽs: ut melius q̃ ii faceret. Quare incipiebat uel in equos ꝓsilire: uel sagittare uel iaculari ab equis: cũ nõdũ bene equo insideret. Cũq; uinceretur: ipse plurimũ ridebat secũ. Verũ ubi nõ detrectat id agere: quo superatus foret: sed eodem reuolutus tẽptat idẽ rursus melius facere: breui eo ꝑ

uenit:ut æque atq; æquales equestrem sciret:breui etiã ob rei studium illis superior factus est:breui quoq; in hortis quæ seruabãtur:feras cõsumpsit insequẽs feriẽs interimẽs.adeo ut Astyages nequiret ei bestias collige re.Quare Cyrus ubi sensisset auũ nõ posse:q̃uis uel let:multas sibi uiuas præbere feras:ait o aue quid est opus negociosus tibi sis in bestijs quærẽdis? Si me in uenationẽ emiseris una cum auũculo:facile putabo fe ras oĩs(quas uidero)ali mihi. Cum uehemẽter aũt cu peret exire in uenationẽ:nõ itidẽ:ut cum esset puer:ro gare auũ blandius poterat:sed uerecundius adibat:& quæ Sacæ antea uitio dabat:quod nõ se ire ad auũ sine ret:ipse iam sibi factus est Sacas.Non enim adibat:ni si uideret eẽ tempestiuũ:Sacãq; rogabat:omnino sibi significaret:quãdo foret introeundi tempus & quan do tempestiuũ nõ eẽt. Quare & Sacæ & alijs oĩbus erat is ia; carissimus.Vbi igitur nouit astyages Cyrũ magna teneri cupiditate in uenationem egrediendi: emittit eum una cum auunculo:datis etiã una custodi bus quibusdam equitibus senioribus:qui cum tu; a lo corum difficultatibus:tum a siluestribus feris custodi rent:si quæ apparuissent.Cyrus igitur prõpte eos: q se sequebãtur:interrogabat:quæ feræ proxime adeun dæ non sint:&quæ fidenter insequẽdæ? Hi autẽ dice bant permultos propius factos esse ab ursis & apris & leonibus & pardalibus interemptos.ceruas & ca preas & siluestris oues & asinos etiam siluestris esse innocuos.Addebant hoc præterea nihilo eẽ minus lo corum difficultates abseruãdas quã bestias.Iam enim plures simul cũ ipsis equis precipites corruisse.Quæ

Cyri percun ctatio de feris.

quidem omnia Cyrus strenue discebat. Sed ubi ceruã uidisset exilientē: omniū: quæ audierat: oblitus eam in sequebatur: aliud nihil aspiciēs: quã quo fugeret: cum eius equus prosiliens cadit in genua: & illi prope col lum enodauit: quin Cyrus uix equo se cõtinuit. Surgē te autē equo ut uenit in campū: ceruam iaculo prostet nit. rem sane pulchrã ac magnã. Cyrus igit̃ plurimū lætabatur. At custodes adequitãtes cõuicio eū appete bant: dicentes: quod in periculum deuenisset: subdide rantq; eum se ad auū delaturos. itaq; Cyrus equo de scendit stabatq;: atq; his auditis tristis erat. sed ubi cla morē sensisset: in equū tanq̃ afflatus resiliuit. uidēsq; aprum ex aduerso adactū: ei obuius equum agit iacu loq; cõtorto aprum rectissime in frontem ferit ac deti net. Hic etiã iã auunculus uisa audacia: cõuicio Cyrū afficit: qui eum q̃uis obiurgantē orabat tamen: ut has feras oĩs: quas cœpisset; sineret portare se atq; auo da te. Sed auūculus fertur dixisse. At auus si te hosce in secutū senserit: nõ te modo acerrime increpabit: sed ēt me q te id facere permiserim. Quinimo si libuerit in quit Cyrus: meipsum uerberet: ubi has ego dedero, Et tu quoq; ait auuncule crucia me: ut libet: modo mihi hoc gratificeris. Ac Cyaxares tandem inquit: facito ut uis. tu enim ut uideris hóc sane die geris in nos impe rium. Ita igitur Cyrus portatis feris & dabat eas auo & illi se uenatum illas dicebat. Et iacula quidē mini me mõstrabat. sed ea cruore illita illic posuerat: ubi ab auo uisum iri arbitrabatur. At Astyages nunc inquit uerum o fili accipio equidem libenter: quæcūq; abs te dantur. sed nihilo horum egeo: quo ipse periclitteris.

13

Cyaxares Cyaraxes est apud Eu ebiu[m] ...

& Cyrus inquit, si igitur tu nõ eges: maiorẽ in modum te rogo & oro aue: ut has feras des mihi in meos æqualis distribuẽdas. Cui Astyages respõdit. Accipe fili has feras & aliđ quodcũq; libuerit: & distribue pro tua uoluntate, Quibus Cyrus acceptis eas distribuebat inter pueros: simulq; dicebat. O pueri ut certe nugabamur: quãdo hortorum feras uenabamur. Na; id mihi simile uidebatur: quẽadmodum si quis ligata aĩalia uenaretur. Primũ eni; erãt paruo in loco deinde tenues & scabidæ: & alia earũ clauda erat: alia māca. Sed quæ in montibus bestiæ sunt & pratis: ut sunt pulchræ: ut sunt magnæ: ut pingues apparebãt. Atq; ceruæ qđẽ tanq̃ uolucres saltu tollebant̃ ad cælum. apri uero ut uiri fortes tradunt̃: ferebant̃ aduersi: quorum tanta ẽ latitudo: ut ab iis ictus aberrare nequeat. Pulchriores profecto hæ mihi feræ uidẽtur uel mortuæ. quã uiuæ illæ munimine hortorũ muroq; occlusæ. Num inquit: ꝑmitterent uos parentes uenatum ire? Et facile quidẽ illi respondebãt: si Astyages iusserit. Quis igitur uestrum inquit Cyrus: sit apud Astyagem internuncius. Quis enim dixere: te alius persuadere satius poterit? At ego mediussfidius qui homo factus sim: nescio. Neq; enim facere possum uerbum: neq; respicere ad auũ iam ex æquo. Quod si tantũ cre uero uereor: ne secors quispiam reddat & fatuus. Cũ puellus essem: uidebar in loquẽdo acerrimus. Ad qđ dicebãt pueri. Male habere negociũ dicis s; ne nostra quidẽ causa ubi qđ opus fuerit possis agere: sed aliu; quẽq; id nos rogare oporteat quod in te sit. Quæ Cyrus audiens animi angebatur: atq; abiens cum silẽtio

seq; ipse ad audiēdum hortatus: ad auum ingressus est meditatus: quæ illi sine ulla prorsus molestia loq̄retur perficeretq; & sibi et pueris quæ rogabāt: hoc igitur eius fuit initium. Dic inquit mihi o aue. si quis e famulis tuis effugerit et eum postea ceperis qui eo uteris? Qui aliter inquit: quā ut eum uinctum cogam operis exerceri? Quod si ultro ad te reuerterit: quomodo facies? Quid inquit aliud q̄ ut uerberibus cæso ne hoc iteru; faciat: utar ut antea? Tempus tibi fuerit inquit Cyrus: parare: quo me uerberes: quoniam consultem a te fugam facere: æquales capiens ad uenandu;. Atq; inquit Astyages pulchre abs te factu; est: quod predixeris. Intriseccus ne mouearis: tibi caue: pulchrū est enim si carniculariu; gratia filiæ Mandane filiū perdidero. Quibus auditis paruit auo Cyrus: ac mansit. Cumq; tristis & mœstus esset tacitus degebat. astyages uero ubi eum nouit uehementius tristari: uelletq; ei rem gratam facere: educit ad uenationem & pedites multos & equites congregatis etiam pueris. Cumq; in campestrem lesione feras compulisset regionē magnam fecit uenationem. Atq; ipse regio more præsens uetabat quēq; bestias ferire priusq; Cyrus uenationibus expleretur. At Cyrus impedire alios nō sinebat. Sed si uis aue: inquit: libēter me uenari: permitte meos æquales omnis & insequi & certare ut quisq; possitq; optime. Hec igitur Astyages p̄mittit. Stāsq; eos spectabat: qui & æmularentur in bestias. & contenderent: & insequerentur: iacularenturq;: At Cyro quidem delectabatur: quod præ uoluptate silere non posset: sed tanq; generosus catulus circūiret

cum propinquabat feræ:et quēq; nominati; uocans hortaretur. Videnſq; Cyrum deridere alium:& aliū ſentiēs laudare ac nemini iuidere plurimū gaudebat Abijt domū Aſtyages beſtias plurimas ſecū habēs:cæterum uenatione eſt adeo tum delectatus:ut ſemper: cum per ociū liceret una cū Cyro egrederetur:alioſq; q̃ plurimos pueros Cyri gratia aſſumeret. Cyrus igitur plurimū tēporis ita egit ſeſe oībus uoluptatis boniq; cuiuſq̃:nullius aūt improbitatis auctorem præſtans. Cum uero quintum ſextumue ac decimū ageret ætatis annū:regis aſſyriorum filius uxore; ducturus cupiuit etiā ipſe per idē temporis uenari. Audiēs igitur ī ijs locis:quæ aſſyrios medoſq; dirimūt feras eſſe permultas:quoniā ceſſatum eſſet ab illarum uenatione propter bellum:cupiditate affectus eſt eo excundi Quo igitur tutius uenaretur:& equites pluris aſſumpſit & ſcutatos:qui feras expellerēt ex aſperioribus ſiluis in locos cultos atq; ſpacioſos. Sed poſteaq̃ eo uenit:ubi ijs erant caſtella & ſtatio:hic cœnatus eſt:quo poſtridie uenaretur. Vbi uero tempus ueſpertinum iā eſſet:aduenerunt ex urbe:qui priori ſtationi ſuccederēt & equites et pedites. Is igitur arbitratus eſt multum adeſſe exercitum:cum duæ ſtationes ſimul eſſent & ſecum ipſe permultos adduxiſſet equites ac pedites. Itaq; conſilium cepit optimū factu eſſe:ut prædā ageret ex medorum ſolo:ita ratus & opus uenatiōis clarius uiſū iri:& uictimarū copiā fore maximā. Mane igitur ſurgens ita agebat agmen. Pedites liquit frequētis intra fines. Ipſe uero cū equitatu immittens uerſus medorū caſtella hic manebat optimos ſecū ha

Cyrus adoleſcentulus an. iā 16. natus.

bens atq; pluris equites: ne presidiarũ medorum mili tes possent aduersus palantes suos auxiliu; ferre. Idoneos uero dimisit per tribus: alios alio discurrẽtis. Iubebatq;: ut facta præda: prout quis incideret ad sese equitarent. Et hi quidem hæc agebant. Sed ubi increbuisset apud Astyagen in agro suo esse hostes: ipse cũ suis auxiliũ tulit ad cõfinia: idemq; fecit filius simul cũ præsenti equitatu. Aliisq; oibus ut ipsi quoq; auxilio essent significabat. Vbi autẽ uidisset assyrios magna hominũ multitudine instructos: & equites quietem agere: steterunt etiã medi. Cyrus uero intuitus totis uiribus alios auxiliũ ferre: ipse quoq; auxiliator accedit tum primũ indutus arma: cum ne id quidẽ esset unq̃ suspicatus: usqueadeo armari iis cupiebat. Ea enim; arma quæ ab auo sunt facta: & perpulchra erãt & Aptissima eius corpi. Ita ergo armatus equo adactus est. Quod uidẽs astyages: nõ potuit nõ mirari: cuius iussu uenisset: eiq; tamẽ dicebat: iuxta se ut maneret. At Cyrus cum uidisset multos aduersos equites rogabat. Num hi aue inquiet is hostes sunt: qui stãt cum equis adeo quiete? Hostes inquit Astyages. An etiam illi ait: qui immittũt? illi quoq; respõdit. Pape Cyrus ait O aue: Veruntamen & aspectu inutiles & super equuleos inutilis res nostras abigũt. Itaq; opus est: ut ex nostris aliqui aduersus eos immittãtur. At nõ aspicis inquit o fili: quãtus equitũ globus stat cũ equis instructus? qui si aduersus illos nos agamur: rursus nos intercludent. Neq; adhuc nobis adsunt copiæ. Verũ si tu manseris inquit Cyrus: et auxiliũ ferẽtis exceperis metuẽt hi: neq; se mouebũt. qui autẽ prædã agũt: cum

uiderint aliquos in se impetus facientis: eam dimittet Visus est Cyrus Astyagi aliqd dicere: simulq; admiratus uim acrimoniamq; ingenij: iubet Cyaxari filio ut accepta equitum manu in eos immittat: qui prædã agunt. Ego autem in hos ferar: si aduersus te moueã tur. Itaq; nos cogentur obseruare. Ita ergo Cyaxares acceptis equis uirisq; robustissimis in hostes agitur. Quos Cyrus moueri ut uidit: ipse etiã motus sese primus celeriter ducẽ præstitit: quẽ & Cyaxares sequebatur: & alij quoq;. Eos aũt propinquantẽs ut uidere qui prædabantur: continuo dimissis rebus uertuntur in fugã. Cyri aũt milites eos intercludẽtes quoscunq; assequerentur: continuo feriebant: Cyrusq; imprimis Eosq; post terga pertinacius insequentes quotquot dilapsi sunt: cepere nõnullos. Et quẽadmodũ generosus canis ob ruditatem temere fertur aduersus aprum: ita etiã Cyrus ferebatur nil aliud uidens q̃ captum percutere: atq; aliud prouidens nihil. At hostes ut uidere suos laborantis: promouere globum: quo insequentis auerterent: cum eos intuerentur progredi. Cyrus autẽ nihilo remissior quinimo auũculũ præ gaudio cohortans insequebatur hostes: eosq; acriter premens uehementem fugam facere cogebat. Ac Cyaxares quidem sequebatur ob patris fortassis uerecundiam. Atq; alij quoq; sequebantur: & erant ad fugandum ij tũ etiã alacriores: quãuis essent hostibus nõ admodum pares uiribus. At astyages ut uidit hos temere insequi hostes autẽ frequentis instructosq; occurrere. filio atq; Cyro metuẽs ne ipsi imparati in illos paratos incidẽtes quicq; aduersi paterentur: aduersus hostes cõtinuo

agebat exercitum. Sed illi rursus ut medos uiderunt promoueri: intendentes alij tragulas: alij sagittas cō stitere. periude atq; eos progredi prohibituri: cum ad iactum sagittæ uētum foret: ut sæpenumero facere cō sueru͂t. Cu͂ enim prope essent. hucusq; seinuicē adorie bantur: ferētariiſq; persæpe ad uesperam usq; certa bant. Sed ubi uiderunt assyrij & suos fuga recipere se ad exercitum & Cyri milites ferri frequētis aduer sus eos & Astyagen cum equitibus iam adesse intra iactum sagittæ: inclinata acie uertuntur in fugā. Me di uero inde scilicet totis uiribus insequentes permul tos fecere captiuos. Quosq; caperent: & equos ferie bant & uiros: cadentis uero interimebant. Nec stete re prius: ꝗ̄ ad assyriorum peditatum peruētum esset. Hic ueriti: ne insidiæ aliquæ subessent: substiterunt. Hinc igitur reduxit exercitu͂ Astyages: tum equæstri lætus uictoria: tum Cyrum supra modum admirans: quem & eius operis auctorem sciret: et Audientia fu rentem nosset. Etenim cæteris abeuntibus domu͂ solus omnium ille tum aliud nihil ꝗ̄ interemptos obequit tans spectabat: ac uix eum qui huic rei prefecti erant abstrahentes ad Astyagen adduxerunt: quos ille sibi ualde anteriores faciebat: quoniam aui faciem intue retur in se spectando turbatam, Hec igitur gereban tur in medis. Et cum alij omnes Cyrum habebant in ore & oratione: & carminibus: tum astyages quem antea honorabat: tum maximo stupore prosequeba tur. At Cyri pater Cambyses his auditis lætabatur. Sed ubi accœpisset iam res uiro dignas ab eo geri illum ad se reuocauit: quo patria instituta discendo

absolueret. Hic Cyrus dixisse traditur sibi esse abeundum: ne quid pater moleste ferret ac ciuitas uitio sibi daret. Itaq; Astyagi uisum est necessariũ: ut eũ remitteret. Quare datis ei equis: quos ipsi capere libuisset cum alio multo apparatu: ab se dimisit. Idq; tu; quia illum carissimũ haberet: tum etiam qui magnã in eo spem reponeret: ut qui uir satis futurus esset qui & prodesset amicis: & malefaceret inimicis. Cyrum aũt abeuntem oẽs in equis deducebãt & pueri: & æquales: & uiri: & senes: & Astyages etiã ipse. Feruntq; fuisse neminẽ: qui sine lachrymis cõuerteretur. Et ipse etiam Cyrus dicitur multis cum lachrymis discessisse Qui cũ dona plurima distribuisset inter æquales: quibus donatus fuerat ab Astyage: dedissetq; ad postremũ exutus stolã medicam cuidam: hũc significãs sibi esse charũ & periucundũ: ea illi cũ accœpissent: admisissent: q; detulerunt ad Astyagen. Quæ astyages accœpta rursus misit ad cyrũ. At ea Cyrus iterum misit ad medos dicẽs. O aue si uis me rursus audacter ad te ire sine hæc eos habere: q̃bus data ab me sunt. Quibus astyages auditis: Cyri uoluntati est obsecutus. Quod si amatoriĳ sermonis mentio est faciunda: dicitur in Cyri abitione: cu; se inuicẽ seiungerent: cognatos per osculum oris eu; a sese amisisse lege persarũ. Etenim hoc etiã tẽpore id faciunt persæ. Medus autẽ quidã q & honestus ualde & bonus uir esset diu in stuporẽ adductus est ob Cyri formæ prestãtiã, Hic cum uideret cognatos illũ osculãtis: ipse substitit. Vbi uero aliĳ abierunt: Cyrum adĳt: atq; ait. me solum ex cognatis Cyre ignoras? Cui respondit Cyrus. Num etiam tu

Amatorius sermo.

cognatus es. Maxime inquit. Propterea inquit Cyrus me inuceris? Nam sæpe mihi hoc facere uisus es. Adire enim te inquit: cum usq; uellem: per deos immortalis me pudebat. At nullo inquit Cyrus te pudore teneri oportebat: cũ esses necessarius: simulq; adeuntẽ osculatus est. Et medus post acceptum osculum quæsisse dicitur. Num etiã inter persas hæc esset cõsuetudo cognatos osculandi? Maxime inquit: ubi aut post curriculũ tẽporis se inuicẽ uideãt: aut aliquo ab inuicẽ eãt Hora esset admodũ inquit medus osculandi mei rursus. Iam enim ut aspicis: ita abeo. Et Cyrus eũ osculatus ab se dimittit. Qui cũ abisset: ac nondum multũ peregisset itineris: iterum uenit sudãti equo. Et Cyrus hunc intuitus. Num ait eorum aliquid es oblitus: & quæ dicere mihi uelles? Non equidẽ respondit, Sed ueni post curriculũ tẽporis. Cui Cyrus inquit, At meduissidius breue o cognate. Quod breue medus respondit? An ignoras Cyre: ꝙ quantulum etiã temporis oculos moueo: mihi uidetur esse permultũ: quod tum te talẽ non aspicio? Atq; hic Cyrus ex prioribus lachrymis primũ risit: & abeũti illi cõfide iquit: nã post parũ tẽporis uobis adero. Itaq; ubi si uolueris: aspicere me licebit uel fixis oculis. Cyrus igitur cũ ita abisset: in persis traditur annũ etiã egisse inter pueros: qui primũ cauillis eũ appetebãt: tanꝙ redisset edoctus in medis uoluptuose uiuere, Sed ubi uiderent eum quẽadmodũ ipsos & comedentẽ suauiter & bibentẽ: & in festo die siquãdo epulatio fieret: de portione etiam sua aliis dantẽ potiusꝙ quod ipse egeret: eũ sentirẽt: ad hæc aliis quoq; in rebus omnibus eundẽ sibi prestare cognoscerẽt: hic

rursus cum æquales uerebātur. Cum hanc uero pueritiæ disciplinā absoluisset: & pubertatē iam esset ingressus: inter puberes item uisus est tenere principatum. tum ea exercens: quæ par foret. & tolerans quæ oporteret: & reuerētia utens in senioris. & magistratibus parens. Temporis autē progressu moritur in medis Astyages. & Cyaxares Astyagis filius fraterq; Mandanes regnū medorū possidebat. At rex Assyriorum syris oībus subiugatis natione sane maxima: & arabum rege in deditionē acto: ac subditis iam hyrcanis bactriamsq; obsessis: cum arbitraretur: si medos fecisset imbellicos: futurū: ut finitimis oībus facile imperaret: cum hæc natio uideretur finitimorum oīm ualidissima: quare mittit & ad subditos suos omnis & ad regē lydorum crœsum: & ad regē cappadocū & ad phrygas utrosq;: & ad paphlagonas & indos: & ad caras & cilicas: tum apud eos insimulās medos ac persas: tum etiam dicēs hasce gentes & magnas esse: & ualidas & ad idem consentiētis: & mutuis inter sese matrimonijs coniunctas atq; in unum conuenientis: periclitariq; nisi quis eos anteuertēs debilitarit: ut singulas adorti natiōes in seruitutem agant. Quare his uerbis alij psuasi: alij muneribus ac pecunijs inducti quibus ille plurimū abundabat: faciebant cum illo societatem. At Cyaxares Astyagis filius cum accepisset & insidias eorum & apparatum aduersus sese: tum ipse continuo oīa parabat cōtra quæ poterat: tum mittebat in Persas & ad rēpublicam & ad Cambysen: qui & sororem haberet uxorē & regnaret in persis. mittebat etiam ad Cyrum eum rogās operā daret: ut

ſi quos milites reſpublica perſarum in auxilium ſibi mitteret: eorũ ipſe iret imperator. Iam enim Cyrus impletis annis decẽ inter puberes, erat in perfectæ ætatis uiris. Ita igitur cu; rem Cyrus approbaſſet: ſeniores cõſultantes exercitus legunt eũ imperatorẽ qui mittebatur in medos. Ad hæc ei dederũt. ut ducentos ex ijs legeret: qui ab honoris æqualitate homotimi uocãtur quibus itẽ ſingulatim dederũt electionẽ quaternoru; uirorũ & horũ quoq; homotimorũ, Ac fiunt hi quidẽ mille: quibus etiã ſingulatim cõſtituerũt electionẽ ex populo perſarũ denorũ ſcutatorũ. & funditorum denorũ ac ſagittariorũ itẽ denorũ. Et ita fuere ſagittarij decẽ milia & ſcutati decẽ milia: & funditores quoq; decẽ milia. Præter hos aũt erãt ij mille homotimi. Tãtus igitur exercitus Cyro datus eſt. Sed ubi electus eſt celerrime initium fecit, primum a dijs immortalibus factaq; per id temporis litatione: legit ducẽtos illos qui ubi etiam ipſi ſingulatim quaternos legiſſent: eos cõuocauit: et hæc tum primũ in ijs ita locutus eſt. Ego uos legi uiri amiciſſimi nõ propterea: ꝙ nũc de uobis primũ periculũ fecerim: ſed quoniã uiderim ab uſq; pueris: quæ ciuitas ad honeſtatem conſtituit: hiſce uos alacriter operã dare: quæ autẽ ducit turpia: ab his omnino abſtinere: quorũ aũt gratia & ipſe nõ inuitus in hoc ſum imperiũ cõſtitutus: & uos rogaui: uolo hæc uobis nõ eẽ obſcura. Cogitaui equidẽ maiores noſtros nihilo fuiſſe nobis deteriores. Exercuerunt enim illi quoq; aſſidue: quæ uirtutis dicũtur opera. Quod autem bonum uiri huiuſmodi uel reipublice perſarum uel ſibi ipſis addiderũt: uidere id nequeo. Atqui nulli

Cyrus uir in perfectæ ætatis

Oratio Cyri Imperatoris ad milites suos

Cyri pietate In deos

uirtuti:ut mea fert opinio:ab hominibus datur opera quo nihilo plus habeat uiri probi q̃ improbi:sed & hi qui a repentinis abstinẽt uoluptatibus:nõ id agũt: ut lætentur nunq̃:sed ut per hanc continentiã multo maiore in posterũ tempus lætitia afficiãtur:& hi qui dicendo student cæteris antecellere:nõ hoc exercẽt:ut a benedicendo nunq̃ cessent:sed q existimant hac orationis præstãtia dum reddunt hoies persuasos:fore:ut & multa & magna bona ipsi cõsequatur. Et item hi qui hasce bellicas res exercẽt:nõ hoc laborãt ut a præliis nunq̃ uacent:sed quia putant etiã hi:si rerum bellicarũ gloria excelluerint:futurũ:ut multas opes:multam fœlicitatẽ:maximosq̃ honores & sibi compareñt & reipu. Quod si qui uersati bellicis in rebus prius q̃ fructũ ab his quenq̃ susceperint:senectute redditos se uideant imbecillos:simile hi mihi uidẽtur pati: ueluti si quis bonus agricola esse studuerit & bene serẽdo & bene inserẽdo:cũ de his fructus capiundus est: eum non conuehat:sed sinat rursum humi defluere. Ac si quis in ludo per multum sese laborẽ exercuerit & dignus uictoria defecerit ad calcẽ:neq̃ hic uidetur mihi nõ esse iure demẽtiæ accusandus. At ne uiri amicissimi hæc nos patiamur:cauẽdum est. Sed quoniam conscii nobis sumus : q ab usq̃ pueris rebus honestis bonisq̃ studuimus: eamus aduersus hostes : quos ego certo scio:quo ad nos rudis esse imperitosq̃ bellandi ac plane inutilis. Nec enim hi satis queant nobiscũ descendere in certamẽ: qui etsi sagittandi sunt & iaculãdi equitandiq̃ periti:ibi tamẽ relaxentur:ubi laborandum fuerit:quippe qui labores ferre nõ possunt:

Neq; hi:qui uigilandum cum sit:uigilare nequeunt. sed sunt ob ignauiam somno inferiores. Nec item hi: qui q̃uis hæc præstare possent:tamē quoniā neq; amicis neq; hostibus uti nouerūt:magnarū disciplinaru; non obscure indocti sunt. At uos æque nocte possitis atq; alij uti die:labores uero iucūdæ uitæ duces existimatis. famē habetis pro obsonio:aquæ potu; fertis facilius q̃ leones. Et q̃ omniū pulcherrimā maximeq; ciuilē possessionē in animos importastis:laudē magis q̃ alijs rebus omnibus gaudetis. At laudis amatores coguntur huiusce rei gratia ea sibi cōparare:quorum causa laudētur:ob eāq; rem omnē laborē:omne periculum q̃ libētissime subire. Quod si hæc de uobis loquēs aliter sentio:meipsum fallo. Nam quod minus huiusmodi per uos eueniet aduersus me erratū uenturum sit. Verum tum ob peritiam atq; beniuolentiā in me uestram tum ob hostiū inscitiam credo fore: ut me hæc spes optime haud falsum habeāt. Itaq; bona cū fiducia iter capiamus:quoniam liquido iam patet nequaq̃ nos per iniuriā appetere aliena. Nunc enim hostes ueniūt auctores inferēdæ iniuriæ. Nos uero amicē in auxilium uocāt. Quid igitur est aut iustius q̃ propulsare iniuriam:aut pulchrius q̃ amicis succurrere? Atqui uos illius etiam rei gratia fidere opinor:quod haud ad bellū egrediar per neglectum rerū diuinarū. Nam qui de me plura cognoscitis:illud minime ignoratis:me nō solum in magnis rebus:sed etiā in paruis semper a dijs immortalibus initium facere. Ad postremum inquit. Quid est amplius dicendum? Lectis uos assumptisq; uiris fortissimis paratisq; rebus alijs:ita

Quid iustius q̃ ... iniuriā & quid pulchrius ...

in medos, Ego autē reuersus ad patrē iādudum aderō quo res hostilis quā celerrime edoctus: ea parē oia: que usui sunt: ut quāoptime cū diuina ope belligeremus. Et hi quidē hæc gerebāt, Cyrus aute; domū reuersus: precatusq3 uestā patriā atq3 ioue; patriū aliosq3 deos pergebat ad exercitū: eumq; pater una deducebat. Sed posteaq̄ ædis egressi sunt: dicūtur fulgura ei atq3 tonitrua dextera esse facta. Quæ ubi apparuissent: nullo preterea uictes alio augurio iter faciebant: quod signa dei optimi maximi neminē laterēt. Procedēti aūt Cyro pater hmōi sermonē facere est aggressus. O fili mihi carissime quod dij imortales te mitiūt propitij ac mites: & in sacrificijs manifestū est: & in signis cælestibus id quod ipse etiā nosti. Nā rerū harū ego tibi doctrinā de idustria tradidi quo nō alijs iterpretibus mentes deorū calleres: sed ipse cognosceres et uidētes audiēs quæ uidēda audiēdaq; sūt: ne augures petas: si uelint te decipere: dicētes alia: q̄ dij ipsi significēt. neq; rursus ubi careas augure ābigas qd tibi diuīs signis portēdatur: sed cognoscēs p dominationē deorū cōsulta ipsis obtēperes. Atq; Cyrus inqt. o pater quādo dij nō aduersi cōsulere nobis uelint. pro uiribus diligētiā adhibebo ut mones. Memini enim ex te olim audisse itide; a dijs illū magis exorare: quod uelit: quēadmodū etia; ab hominibus: qui non cum difficultatibus fuerit: tum assentetur: sed cum rebus secundis utitur: tum reminiscatur deorum: & amicorum dicebas eandem habendam esse diligentiam. Propterea inquit o fili ob illos cultus libentius uenis deos rogaturus ita affectos: sperasq; futurum ut magis quæcunq3 rogaueris: conse

quare: quod ubi conscius sis nunq̃ eorum cultui defuis se. Valde inquit o pater ita sum affectus in deos: ut in amicissimos mihi. Quid enim fili Cambyses inquit? Meministi ne illa: quæ nobis olim uidebantur: fœlicioris esse homines si didicere quæ dij dederint: q̃ si eorum fuerint inscij: & si operantur efficere magis q̃ si fuerint ociosi: & si diligentiam adhibuerint q̃ si horum fuerint negligentes degere posse securius? Qui ergo tales se præstarent: quales par est. ita nobis uidebatur bona ijs petenda esse a dijs immortalibus Ita inquit Cyrus. Memini equidem hæc abs te audisse. Etenim necessario parendum est orationi tuæ, Nã noui te dicere semper solitum haud fas esse a dijs petere neq; uictoriam eos equestri pugna: qui equitare non didicissent neq; sagittæ ignaros superare illos sagittando: qui huiusmodi peritiam callent: neq; gubernandi imperitos optare nauium salutem gubernãdo neq; eos: qui frumentum non seuerint sibi præcari triticum pulcherrimũ nasci: neq; saulute; petere qui sibi in bello non cauerint. Huiusmodi enim oĩa eẽ præter diuina instituta: sed qui optant ne fasta dicebas cõsentaneum esse hos æque a dijs optata non consequi: atq; ab hoĩbus non adipisci quæ illicita rogant. Sed illorũ es ne oblitus: cum ego ac tu cõmentaremur sufficiens uiri opus atq; pulchrum esse: si curare quis queat ut & ipse honestus ac bonus omnino sit: resq; ad uictum necessarias tum ipse tum famuli habeant abunde: & cum magnũ hoc opus esset ita etiam scire alijs præesse hoĩbus: ut habituri sint oĩs res necessarias affatim: & ut futuri sint omnes: qualis oportet: hoc nobis mirabile

sane uidebatur. Ita mediusfidius o pater memini hoc dixisse te. Itaq; mihi quoq; uidebatur opus esse maximũ pulchre imperare. ac nũc eadem mihi uidẽtur: cũ ipsum imperãdi munus mecũ ipse considero. Equidẽ cu; ad alios hoĩes oculos cõuertẽs animo uoluto: quales sunt: qui principatum obtineant: & quales ij qui sint nobiscum decertaturi turpissimum mihi uidetur eiusmodi hoĩes formidare: minusq; libenter ĩjs obuiã ire in pugnã: quos ego ut ab hisce amicis nostris incipiã: sentio existimare id esse operæpreciũ: ut rex subditis antecellat cenæ sumptu ac magnificentia: auri magnitudine: diuturniore somno: utq; oĩbus in rebus minore degat cum labore q̃; subditi. At ego arbitror decere principem subditis anteire nõ dolo et ocio: sed prouidentia & industria, Verũ quædã sunt inquit fili: quæ nõ erga hoĩes exerceri debẽt: s; circa res ipsas quibus difficile est abũdare: itaq; ne te lateat breui periturum imperiu;: ubi exercitus caruerit cõmeatu. At qui hunc Cyaxares ipse ait o pater præbiturũ sese nostris hinc proficiscẽtibus omnibus. Pergisne igitur. inquit: fili fidẽ habẽs hisce Cyaxares pecunijs? Certe inquit o pater. Quid inquit: nosti: quot pecuniæ ei sunt? Non me hercule: inquit Cyrus. Verũtamẽ fidẽ adhibes his rebus incertis? Quod aũt tibi grandi pecunia opus erit & multa tibi hoc tempore alia impensa necessario faciunda est. id haud nosti? Noui equide; inquit Cyrus. Si igitur eũ inquit impẽsa defecerit: uel ipse etiã ultro mentiatur: quomodo tibi exercitus res habebũt. Videlicet nequaq̃; bene. Idcirco: inquit: o pater si quẽ tu redditu; uides: qui. quãdiu inter amicos

sumus:ab me quoq; præstari queat expone. Interrogas:inquit:fili:ubi abs te pecunia parari q̄at? A quo magis cōsentaneū est suppeditari pecuniā:quā ab eo qui exercitui præsit? Tu uero hinc agis tecum peditatum:quem scio cu; alio longe maiore nō cōmutares. Equitatum aūt medorū:qui optimus est:socium habebis. Quam ergo finitiuā gentem nō existens tibi gratificatum iri & obsequendi uoluntate:& mœtu pœnæ? Quæ:quidem tibi una cum Cyaxare cōsiderāda sunt. quo nunq̄; deficiat uobis aliquid necessarium. Quin etiam assuescendi gratia excogitādus est pecuniarum redditus. Hoc insuper omniū maxime meminneris nūq̄; expectandum esse:ut tum cōmeatū pares dum ipsa caritudo te cogerit :sed cū maxime abūdaueris:tum ante indigentiā illum strue. Eteni; magis a quibus opus fuerit eum cōsequeris:cū nō uisus fueris indigere. Neq; præterea a tuis militibus accusabere. Magis etiam ex hac te re aliī uerebūtur. Ac si quos tuis uiribus uolueris uel bene afficere uel male:obsequentioris es milites habiturus in rerum necessariarū copia. Et oratione tum uteris magis ad persuadēdū apposita:cu; maxime poteris demōstrare te satis esse qui & bene possis & male afficere. uerum Cyrus inquit:o pater mihi uideris hæc oīa q̄; optime dicere:et item quod quæ nunc milites accipient:eoru; mihi nemo sit gratiam habiturus:quippe qui norūt:quas ob res eos Cyaxares socios accersit:& quod ea præterea quæ quis accipiat:tū sibi honori ducturi sunt:tum dāti horum gratiam cōsentanee plurimā habituri. Qui autem uires habet quibus potest tum iis amicis gratiā

referre:qui de se bene meruerint:tum de his:quos habet inimicos operã dare:ut ultionẽ sumat:hũc negligere pecuniæ redditum putas ne:inquit: minus esse turpe:q̃ si quis & agros habeat & ad eorũ cultum operarios:deinde eos sinat ob negligentiam esse inutilis. Quare ita de me tu persuade nunq̃ fore:ut res necessarias militibus moliri negligam:neq; inter hostis neq; inter amicos. Quid enim inq̃t fili: meministi ne quæ nobis olim necessario uidebantur nõ eẽ neglig ẽda. Non enim memini:inquit Cyrus quando ego sane ueni ad te argentũ petiturus:quod ei soluerem:qui dicebat sententiã rei militaris mihi tradidisse: & tu id mihi cum dedisses:ita me simul quodãmodo interrogabas. Num fili in præceptis rei militaris uir iste:cui fers mercedẽ:fecit ullam etiã mentionẽ de administratione rei familiaris? Nihilo certe minus rebus ad uictũ necessariis est opus militibus:q̃ in domo famulis. Sed ubi ego tibi ueritatẽ loquẽs respõdissem illum hac de re nihil omnino meminisse:rursus ex me querebas:si quam mihi præceptionem tradidisset de bona ualitudine:aut de uiribus corporis:perinde atq; imperatorẽ oporteat nõ secus de his rebus q̃ de re militari habere rationem. Cum uero hæc etiam negassem:rursus ex me quærebas:si quam dedisset mihi doctrinam de reddendis sociis optimis circa singula belli opera. Quod ubi etiam negassem:hoc idem es percũctatus:dedisset ne mihi institutionem ullam de iniicienda militibus alacritate & promptitudine:cum diceres alacritatem ignauiæ atq; inertiæ omnino præstare in omni opere? Vbi autẽ hoc quoq; habuissem:querebas itẽ argutius si a ua habuisset oratiõe; de præcipua imp̃atoris idustria

 92

ad persuadēdū exercitū? quod cū negasse; oino: rogā bas me ad postremū: qua tādē ille doctrina diceret me sciētia rei militaris ab sese institui. Cui cu; rñderē in struēdi exercitus doctrina: risisti tu qdē: mihi q3 unu; quodq3 cōferēs enarrasti: cui exercitus istructio utili tati foret rei militari sine cōmeatu sine bona ualitudi ne sine sciētia dictarū artiū circa rē bellicā sine obe diētia: cūq3 mihi ostēdisses nosse aciē instruere breue; quādā esse partē rei militaris: ipseq3 rogasse;: si quid horū posses me docere, iussisti abeūti: mihi ut cū his ui ris dissererē: q militares hñtur: et ex iis quærerē. quā ratione hæc singillatim fierēt. Ex hoc igitur tpe corū ego cōsuetudine usus sū: quos huius rei prudētissimos esse audiebā. Et de alimento quidē sum persuasus id satis fore: quod Cyaxares nobis prebuerit. De bona ue ro ualitudine: quod & audirem et uiderē etiā urbes: quibus bene ualere opus esset: medicos eligere: & du ces militū gratia medicos educere: sic etiā ego postea q3 in hac sum dignitate constitutus: cōtinuo huius ha bui rei curā. Atq3 existio eqdē mi pater me uiros ha biturū mecū: q artē medicā satis callēāt. Pater igit ad hæc iqt: uerū fili, hi quos tu dicis: quē admodū amictū fractorū sunt resarcinatores qdā sic etiā medici: cū ali qui ægrotarit: tū his medētur. Sed tua bonæ ualitudis curā erit q3 horū magni decētior. Nā ne initio ægro tet exercitus: tibi curādū ē. Et qua ego uia o pater hoc agere satis qa; Si quo i loco diutius sis futurus diligē tia tibi est adhibēda primū: ut castra i sabluri loces id quod nisi neglexeris: facile assequaris. Etenim dicere hoies assidue cōsuerūt et q loci morbidi sunt et q salu

bres. his uero utrisq; certissima afferũt testimonia tũ; corpora tum colores: Dein nõ satis est locos ipsos cõsiderare: s; meminisse etiã debes quid ipse obserues: ut bene ualeas. Et Cyrus inquit. Primũ equidẽ operãdo: ne unq̃ saturer. Id eni; difficile est et graue. Dein uero per laborẽ immissa cõsumo. Ita enim mihi uideor & perseuerãtius bene ualere et robustior effici. Ergo ita inquit tibi fili de aliis est curãdum. Num inquit o pater ocium erit militibus ad exercẽda corpora? Minime pater respondit. Nõ solũ enim exerceri oportet: sed necessario exerceri. Na; exercitus scilicet opus est si suo numere fungi uelit: ut uacet nunq̃ aut nocere hostibus aut prodesse sibi. Permolestũ est profecto hominem unum alere ociosum. Multo etiã molestius totam domũ: sed omniũ est molestissimũ uniuersu; exercitum ociosum alere. Nam et plurima sunt in exercitu: quæ uescuntur & quæ a minimis incipiũt: et quæ iis: quæ cœperint: utantur affluentissime. Itaq; exercitum uacare nunq̃ decet. Dicis tu Cyrus inquit: o pater: ut mihi uideor intelligere: quemadmodũ ociosus agricola est inutilis: ita imperatoris nullam esse utilitatem: si uacarit, Illum autẽ imperatorem ego inquit admitto: qui nisi quis deus aduersetur: opera sua simul et cõmeatũ militibus maxime redditurus: et corpora sit paraturus q̃ optima. Sed ob meditationes rerum omniũ bellicaru;: ut mihi pater uidetur. si ludos aliquos pronũciauero singulis: ac præmia proposuero: eos reddam exercitatos q̃ optime: ut ad singula cũ opus fuerit eis præsto utar. Pulcherrime inquit: dicis fili. Hoc eni; si feceris: certo scito militaris te ordines

Non sinat otiosum exercitũ sed ppetuis certaminibus ac [illegible] exerceatur.

semper spectaturum ueluti choros conuenienter suũ; officium meditari. At qui ad reddẽdos milites alacris & strẽnuos nihil mihi uidetur satius inquit Cyrus q̃ spem iniicere hoibus. Verum Cambyses inquit o fili hoc hmõi est: quale si quis in uenatiõe canes hortetur semper eadem appellatione qua solet ubi feram aspi cit. Nam primũ alacriter parent. Quod si eas fefelle rit: sæpius: ad postremũ neq; quãdo feram uero intuẽs uocarit: ei obediunt: Ita etia; de spe accidit. Si quis fre quenter bonoru; expectationes iniiciens fefellerit: uir huiusmodi ne tum qdem potest persuadere: cũ spem ueram attulerit. At non ea debet fili is dicere: quæ mi nus certo norit. Verum alii hæc quãdoq; dicendo perfi ciant. Adhortationẽ autem suã i maxima pericula ser uet q̃ fidelissime: opus est, Dicis tu inquit Cyrus me diusfidius perpulchre: ac mihi ita iucundius est. Haud quaq̃ mihi pater uideor imperitus: quo pacto redden di sunt milites obediẽtes. Nam & incontinuo me ex puero hoc docebas: cum tibiipsi primũ parere cogebas: dein ubi magistris me tradidisti: illi quoq; idẽ hoc diẽ bant. Cum uero essem in pubertate: princeps eiusdem rei uehementẽ habebat diligentiã. Atq; leges itẽ plu res. Hæc duo mihi uidẽtur maxime docere & imperá re & imperiũ pati. Itaq; de his cogitãs: in oĩbus mihi uidere uideor obedientiam in exhortatione maxime cõ sistere: quæ obedientem laudat & honorat: inobedien tem uero ignominia suppliciòq; afficit ut necessitãtẽ adducti pareant: fili hæc est uia. Sed quid hoc lõge me lius est: ut ultro pareant: alia est uia compendiosior. Quem enim seipsis prudentiorem dixerint circa suã

ipsorũ utilitatẽ :huic homines perlibenter obediunt. Achoris hoc ita habere cũ in aliis multis tum in ægrotis: quod alacriter eos uocãt: qui iussuri sunt faciũda: et in mari: quod gubernatoribus qui una nauigãt: audiunt: & quos aliqui putarint q̃ se melius uias nosse ab iis tanq; ab harũ peritissimis ducibus abesse nũq̃ uolunt. Cum uero si obediant: arbitrantur fore: ut mali quippiam capiant: neq; detrimentis admodum cedunt: neq; muneribus efferuntur. Nã ne dona quidẽ causa mali sui sponte quis accipit. Dicis tu inquit pater ad habendos obedĩetis milites: nihil esse efficacius q̃ ut dux subditis prudẽtior esse uideatur. Dico id sane. Et quo pacto de se quisq̃ possit o pater talem opinionem celerrime prestare? Non est inquit fili cõpendiosior uia q̃ earum rerum quarum uideri uis prudens: habere prudentiam. Quod si de his singillatim consideres: facile cognoscas dici ab me uera. Na; si uideri uelis bonus agricola: qui nõ sis bonus: aut eques aut medicus: aut tibicem: aut aliud quippiam: cogita: quot sint machinanda tibi quo uidearis talis: Quod si tuo persuasu & te multi laudent: quo autoritatem adipiscaris: & in eorum singulis bona ieceris fundamenta: tum modo decipias: tum paulopostea: ubi de te periculum feceris: qualis sis: arguaris: tum ostentator præterea appareas. Sed de futura utilitate quo pacto quis prudens uero fuerit: Perspicuu; est inquit fili ea te discendo assecuturum. Quæcunq; potes per disciplinam cognoscere: quemadmodũ instruere aciẽ didicisti. Quæcunq; uero neq; per disciplinam neq; per humanam prouidentiã prospici possunt: de hisce

tu per uaticinium deos consulens. Sis alijs prudētior præserti; si quod noueris factu melius: curaueris: quoniam id modo agendum sit. Etenim curare q̄ opus sit, prudentioris uiri est q̄ negligere. Vt autem quis ametur a subditis: id quod mihi uidetur esse maximū: eadē est ratio, quæ si q̄s amicis carus esse cupiat. Oportere enim puto ut beneficium appareat. Sed hoc inquit fili difficile est: ut in eos semper beneficiū cōferre quis possit in quos uelit. At illud certe potest: ut una cum ijs lætetur: quibus aliquid boni cōtigerit & una tristetur: si quid acciderit mali: & opem ferre alacriter studeat eorū difficultatibus: et præcaueat: ne quid errent: & enitatur prouidere: ne quid itē decipiantur quibus in rebus magis se quodammodo socium debet præstare. Atq; in rebus gerēdis siquidē in æstate fuerit, debet imperator tolerare plus solis: et id quidē nō occulte: in hyeme uero plus frigoris: & in laborando plus laboris: hæc enim omnia conducunt ad amorem subditorum. Dicis tu quidem inquit Cyrus tolerantiorem esse imperatore; ad omnia oportere q̄ subditos? Ita plane, Confide fili: ac scito: alia corpora iperatoris ac priuati hominis ijsdem laboribus non similiter affici. Honos enim labores imperatori leuiores efficit: præsertim quod intelligit in hominum esse oculis quicquid faciat. Sed ubi habuerint milites commeatum: ijdemq; bene ualeāt: & labores perferre possint: sintq; bellicis artibus exercitati: cupiantq; uiri apparere fortissimi: libentiusq; obire imperata uelint q̄ detractare: nonne quis tibi pater sapere uideatur si uoluerit q̄ celerrime cum hostibus manum cōserere?

Ita inquit me hercule: si meliorem conditionem sit ha biturus. Sin id minus: quo me censebo meliorem & meos item melioris: eo cauebo magis: quemadmodum alijs in rebus: quas nobis plurimi ducimus has oportu ne ac tuto facere studemus. Meliorem habere patericō ditionem q̄ hostes qui possit quis maxime. Non mini mū inquit fili meduisfidius, neq; simplex opus inter rogas. At noris: qui hoc facturus sit & insidiatorē eē oportere. & dissimulatorē, & dolosum. & deceptorē & furem. & raptorem. & omni in re hostibus præua lere. Et Cyrus arridens inquit. o hercules qualem me pater uirum esse dicis oportere. Qualis inquit fili & iustissimus sis & legum uir obseruantissimus. Quo modo tamē inquit: cum puericiam pubertatēq; agere mus: his contraria docebatis? Ita inquit per Iouem: & eadem nunc quoq; erga amicos ac ciuis. Sed ut hostis male afficere possitis: an ignoras didicisse uos malefi cia permulta? Ignoro equidem pater. Quamobrem in quit: discebatis sagittare? Quamobrem iaculari? Quā obrem in seruitutem agere [illegible] agrestis & rhætibus & foueis? Cur ceruas [illegible] & laqueis? Quid autē? [illegible] aduersus [illegible] es: & ursos: & pardos ex æquo consistit [illegible] pugnabatis? Sed cū meliore conditione qua dam semper studebatis aduersus eas bestias certare. An hæc oia minus nosti & maleficia esse & deceptio nes & dolos. & auiditates? Ita inquit meduisfidius quo id bestias quidem. Quod si uisus forem uelle de cipere quenq; hominē: multis uerberibus cæsus essem. Neq; enim sagitta inquit pater: neq; iaculo hominem ferire permittebamus nobis: sed ad calcem propositaq;

...ibus artibus fi: ...t hosti superior ...ax.

latere docebamus. Et ne nunc quidē ut: in amicos utamini maleficio: hortamur. Quod si quando bello utendum foret: possetis et in homies istum dirigere, atque decipere: & auidius habere non aduersus homines uos erudiebamus: sed in bestias: quo ne in his quidem amicis noceretis. Verum si quando belligerandum esset neque harum rerum exercitatio uos lateret. Si ergo inqt pater conducit horum utrorūq; scientia & beneficiorū & maleficiorū: hæc quoq; docenda fuerant aduersus homines. At dicitur fili fuisse olim apud maiores nostros uirum quendam magistrum puerorum: qui pueros iusticiam docebat. quemadmodū etiam ipse iubes: nos mentiri & mentiri & non decipere & decipere: & non calumniari & calumniari: & nolle plus habere & uelle plus habere. Definiebat etiam quæ horum erga amicos faciunda essent: & quæ aduersus inimicos. At quæ in hanc sententiā docebat iustum esse amicos fallere: uidelicet propter bonum: & furari amicorum bona propter bonum. Qui uero hæc docebat: necesse erat: pueros inuicem exerceret ad hæc faciunda: quēadmodum dicuntur græci docere pueros in luctatione decipere: eosq; exercere iter sese: qui facere hoc possint Cum ergo aliqui ita essent ingeniosi & ad bene decipiendum & ad plus habendum: fortassis etiam nō obtusi ad lucrādi studium: ii; ne ab amicis quidem abstinebant: quominus tēptarent ab illis locupletari. Quamobrem ex his manauit lex.: qua hoc etiam tempore utimur: simpliciter pueros docendos esse: quemadmodum erga nos ipsos erudimus; famulos: uerum dicere & nō decipere: neq; habēdi auiditati studere. Quos si secus

egerit: supplicio afficimus quo assuefacti huiusmodi consuetudine cives reddantur mitiores. Sed ubi habuerint aetatem: qua nunc ipse es: etiam quae adversus hostes iura servanda sunt: securum visum est docere. Nō enim amplius videmini incitari: qui cives immanes efficiamini: cum ad mutuum pudorem sitis educati. Sicuti de rebus venereis verba non facimus admodum ad iuvenes: ne addita ad vehementē libidinem desidia: ea iuvenes utantur imoderate. Mediussidius: inquit Cyrus: me igitur perinde ac tardum ad discendum si q̄d habes pater harum aviditatū: docere ne parcito: quo ipse plus habeam: quā hostes. Molire igitur pro ea quanta tibi est acies instructa: adoriri hostes imparatos: & armatus inermes: & vigilans dormientis: & apparentis iprovisus. Et q̄ in locorū difficultate sunt: tu eos tuto in loco excipito. Et quō inquit pater in istiusmodi erratis hostes deprehendātur? Quoniam: inquit: fili multam hmōi occasionē necesse est et a nobis et ab hostibus praeberi. Necessario utriq; frumentatū itis. utriq; cubatis, & mane ad res necessarias fere una omnes secedere oportet, & viis qualescunq; sint necesse est nos uti. Quae oīa tibi volutanda sunt aio. Et qua in re noveris nos esse maxime ibecillos: haec tibi maxime est cavēda. In qua vero senseris hostes esse captu facillimos: i hac eos potissimū adorire. Utrum inquit Cyrus in his solū studendū est. ut simus superiores: an etiam in aliis quibusdā? Et in aliis longe magis inquit fili. Nam in his prope omnes faciunt custodias accerrimas: quippe qui norūt esse necessarias. Qui autem hostis decipiūt: possunt eos tum iniecta fiducia: incautos offendere: tum

 96

fugandi sui facultate tradita: reddere turbatos? tum simulata fuga in locos difficilis subducere hicq; adoriri Est igitur inquit opus: ubi hæc omnia studiose didiceris: non his solum utaris: sed tuo quoq; ingenio alia aduersus hostis moliare: quẽadmodũ musici non his utũtur dũtaxat: quos didicere, sed alios nouos modulos facere studẽt. Ac sicuti in musicis quoq; noua & florida habẽtur plurimũ in precio: sic in rebus bellicis noua inuenta existimãtur longe illustriora: quoniã hæc magis queãt hostis decipere. Quod si tu fili uel aliud nihil ad hoĩes trãsferas: quã ea inuẽta: quæ propter bestiolas excogitabas: nõ putes admodũ meliore esse conditione aduersus hostis? Tu em̃ ad capiũdas aues in uehementissima surgens hyeme ibas noctu & priusq̃ mouerentur aues: ijs pagellas ob hanc rem figebas. & quẽ locum mouerãs erat imoto persimilis. Erãt q; aues quedã abs te edoctæ quæ et utilia tibi suppeditarẽt: & eiusdẽ generis auis deciperent. Ipse uero ita eras in insidijs locatus: ut auis aspiceres: nec aspicereris ab auibus. Nũ te exercueras: ut assequereris auis pagellarũ tractu an ut fugere eas sineres? Aduersus leporem uero: quoniã in tenebris pascitur: diẽ autẽ uitat: canes alebas: quæ odoratu eũ inuenirẽt. Et q celeriter fugeret: ubi eẽt inuẽtus: alias habebas canes: quæ erãt eruditæ ad eũ intercipiẽdũ. Quod si ab ijs etiã euasisset: cognito leporũ trãsitu ac saltu: & ad quos locos fugiẽtes a uenatoribus capiuntur. Hic casses uisu difficiles tetendisses quo in uehementi cursu ipse seipsum incidens conuinceret Quo autem neq; hic diffugeret eius rei speculatores constituebas qui ex propinquo loco e uestigio superueni

rent atq; ipse tū a tergo clamore obstrepens continuo ita leporem exterrebas:ut stupidus caperetur. Qui uero anterius erant insidiis:hos tu silentium edoctos obseruare:latere faciebas. Quemadmodum igitur ante dixit:si res huiusmodi uelles etiam aduersus homines ipsos excogitare ac moliri:nescio equidem:si quid rerum bellicarum praetermitteres. Si quando igitur necesse fuerit & in campestri planicie & aperto marte & armatis utrisq; manum conserere:in huiusmodi casu fili conditiones quae paratae meliores fuerint:plurimum possunt. Has autem esse dico:si & milites bene fuerint exercitati corporibus:et animis bene excitati atq; acres redditi:& meditationibus bellicarum artium bene instructi. Hoc te praeterea q; optime oportet nosce: quicunq; ipse duxeris dignum ut tibi pareant:eos omnis dignum iudicaturos ut talis sis:qui praecipue sibi consulas. Nunq; igitur temere tibi habendum est:qui antea noctu consideres:quid subditos facere oporteat: cum dies aduenerit. Interdiu uero:quomodo res nocturnae perpulchre sint ordinandae:& quo pacto sit instruendus ad pugnam exercitus aut quomodo interdiu ducendus sit. quomodo noctu uel angustis uel latis itineribus:uel montuosis uel campestribus. aut qui sit castrametandum. Aut quomodo nocturnae excubiae diurnae ue custodiae sint cōstituendae. Aut quo pacto sit uel adigendus aduersus hostes miles uel ab hostibus abigendus. Aut qua ratiōe aduersus hostilē urbem oporteat exercitum ducere. Aut quo pacto is ad murum ducendus sit:aut inde abducendus aut quomodo uel per nemora sit uel per flumina transeundum:aut qua ite;

Disciplina exercitus

Vigilantia Imp.

ratione tuendus sit equitatus. aut qua uia iaculatores sint sagittariũque custodiendi. Siq; ubi tu exercitum ducas in cornu: hostes superuenerint: ut is contra sit disponendus. Quo si ubi illum agas in phalange: ex alio quopiam loco hostes appareant quam ad faciem: qua sit ratione illis occurrendum: quo aut quæ geruntur ab hostibus quis maxime sentiat: aut res tuas minime hostes sciant. hæc autem omnia quid tibi dicam esse opus? Nam quæcunq; ipse teneam: per sæpe audisti: præsertim quod si quis horum aliquid scire uideretur: eorum nihil neq; neglexeris neq̃; minus didiceris. Oportet igitur: cum aliqua huiusmodi acciderint: his uti præceptis: quæcunq; tibi conducere uideantur. Disce præterea uel imprimis hæc a me fili. Nam præter sacrificia & auguria neq; solus: neq; cum exercitu ullũ discrimen adeas: animo uolutans solere homines res gerendas eligere coniectatione potius: quam quod norint a quibus ipsarum rerum bona futura sint Verum scias ea esse ab his: quæ eueniunt. Multi enim persuaserunt ciuitatibus: & ii quidem qui sapientissimi uidentur: aduersus hos bellum suscipere: quorum eæ usæ persuasionibus periere. Multi etiam auxere multos & priuatos homines & res publicas: quoru; amplificatio iis maxima attulit mala. Multi quoq̃; his: quibus poterant amicis uti per mutua beneficia cum maluissent seruis uti q̃ amicis his ipsis dedere pœnas. multi item non cõtenti ea uitæ parte quæ in uoluptate est posita cum uoluissent omnium esse domini propterea amiserunt etiã quæ habebant. Multi quoq; ubi diuitias quas maxime optabant adepti essent propter illas perierunt. Et ita

humana sapientia nihilo magis nouit expetere summum bonum: quam si quis hoc agat quod ei sorte tributum est. Sicut enim carissime fili dii immortales omnia: & præterita & præsentia: & quæ sunt ex iis singillatim euentura. Consulentibusq; hominibus: dii ipsi quibuscunq; sint propitii: ante significant: quæq; facienda sunt quæq; non facienda. Quod si minus omnibus consulere dii uolunt: nihil est mirandum. Non enim coguntur necessitate ea curare: quæ nolint.

XENOPHONTIS DE CYRI PAEDIA

LIBER SECVNDVS.

Arg.m Narrat. in 2° Cyri uigilantia in disciplinandis militib. Narratur certamina conuiuium, et ludus bellici ad exercendos milites. [illegible] Cyri [illegible] in fines Armeniae, ut regem illum q ne tributum Cyaxari negabat ad [illegible]

VM TALIA DISSERENTES. ad fines usq; persidis uenissent: essetq; iis Aquila dextera apparens itineris Dux facta: deos heroasq; precati terram colentes persida: ut se propitii mitterent ac mites: ita fines superarunt. His uero superatis cum rursus orationem habuissent ad deos: qui mediam habitant: ut se propitii mitesq; exciperent: mutuatis se caritate pro dignitate complexi: pater Cambyses reuertit in persas. Cyrus filius in medos ad Cyaxarem proficisci

tur. Quo cum uenisset: primum ut par erat: se inuicem amice complexi sunt. Deiñ rogabat Cyrum Cyaxares: quantum agmen duceret. Cui respondit Cyrus uiginti millia a sese duci: qui & antea ad uos ierant stipendio conducti. Alij etiam qui nunq̃ egressi sunt præter hos ueniunt ex ordine optimatium. Hi quot sunt inq̃t Cyaxares? Numerus inquit Cyrus si audieris: sit tibi minime iucundus, Sed illud cogitato: quod pauci optimatis q̃ ab honoris paritate homotimi uocant facile i alios psas: q̃ sunt pmulti: iperiũ gerũt. Verũ num tibi ijs opus est: an frustra timuisti hostes ne fortasse nõ ueniũt. Veniũt inq̃t certe: & multi q̃dẽ. Qui hoc nosti? Quoniam inquit multi qui inde ueniunt: alius aliomodo: omnes tamen idem dicunt. Certandum est igitur nobis aduersus uiros? Est enĩ inquit necessariũ. Quid inquit igitur Cyrus: nondum uires dixisti mihi quantæ sint adorientium hostium: ac item nostræ: quo ambabus cognitis ad hæc nos consultemus ut certemus optime. Accipe igitur inquit Cyaxares. Crœsus quidem lydus ducere fertur

~~inquit Cyaxares. Crœsus quidem lydus ducere fertur~~

secum equites decem millia: scutatos uero atq̃ sagittarios pluris quadraginta millibus. Sed Artaman: qui magnæ Phrygiæ est princeps: aiunt ducere equites ad octo millia: hastatos autem simul cum scutatis non pauciores quam quadraginta millia. Aribæum autem capadocum regem equites ducere sex millia: sagittarios uero & scutatos non paucioris triginta millibus. At Maragdum araba & equites ducere ferunt ad decẽmillia: et currus ~~currus~~ centum et funditores magno quodã numero. Atqui græci q̃ habitant iñ asia: nõ

dum certo dicitur: an sequũtur, Sed qui sunt ex phrygia quae Hellesponto adiacet: eos commisceri tradũt Gabæo: qui habet ad Caystriũ campum sexmilia equitum & scutatos ad decemmilia. Caras quidem ac cilicas & paphlagonas uel rogatos minime aiunt sequi. At asyrius qui habet & babylona & aliam asyriam: ut existimo: ducet equites non paucioris q̃ꝫ uiginti millia: currus id quod certo scio: non pluris q̃ꝫ ducentos: pedites uero: ut arbitror: permultos. Ita enim consueuit: cum huc impetum facit. Tu inquit Cyrus hostes esse dicis equites sexaginta millia, scutatos autem et sagitarios plus q̃ꝫ ducenta millia. Age nunc exercitum tuum quantum esse dicis? Sunt inquit medis equites quidem supra decemmillia. Scutati uero & sagitarii fiãt in nostro scilcet regno saltem sexaginta millia. Ex armeniis uero: qui finitimi nobis sunt: equites aderunt quattuor millia: pedites uigiti millia. Dicis tu inquit Cyrus equites nobis esse minus q̃ꝫ tertiam partem hostium equitatus, pedites uero circiter dimidiuꝫ. Quid igitur inquit Cyaxares: non paucos esse putas persarũ pedites: quos ais ducere? Si uiris inquit Cyrus nobis etiam opus est: siue non est: rursus consultabimus. Verum pugnam mihi dicito: quae est cuiusq̃ꝫ. Fere inquit Cyaxares eadem est omnium. Sagittarii enim sunt ac iaculatores & illorum & nostri. Ergo in armis huiusmodi inquit Cyrus opus est uti ferentariorum dimicatione. Necessario enim inquit Cyaxares. In hac igitur re plurimum est uictoria. Longe enim celerius pauci a multis uulnerati absumentur q̃ꝫ a paucis multi. Si ergo ita res habet Cyre: quid aliud quis inueniat melius

us:q̃ mittere in persas:unaq; docere:si quid mali me
di patiantur:fore:ut in persas clades eat:simulq; maio
ris:copias petere? At hoc uelim scias:Cyrus inquit. Ne
q;:si omnes ueniant persæ possimus hostes multitudi
ne excedere. Num hac re aliud quicquam melius in
tueris? E quidem inquit Cyrus:si facultas sit:arma fa
cerem q̃ primum persis omnibus aduenientibus qua
lia his sunt ueteranis:qui a nobis uocantur homotimi.
Hæc autem sunt circa pectus thorax:& cratis in læ
ua manu:& mucro aut securis in manu dextra. Si hæc
nobis paraueris:facies ut & ipsi securius obuiam ea
mus aduersus hostis:et hostes fugere q̃ manere magis
expetant. Instruimus autem nos ipsos aduersus illos q
manserint. uobis uero equitibusq; uestris illos tribui
mus:quicunq; ex iis fugerint:quo neq; manendi neq;
reuertendi facultatem habeant. Cum Cyrus ita dixis
et:essetq; Cyaxari uisum eum bene dicere:de pluri
bus accersendis militibus nullam amplius mentionē
faciebat:sed antedicta parabat arma:quæ prope para
ta erant cum iam adessent persarum homotimi: qui p
sicum habebant agmen. Hic igitur Cyrus iis uocatis
in contionem ita locutus traditur. Ego uos intuens ui
ri amicissimi ita instructos armis & animis paratos
ad manum cum hostibus conserendam:cognoscens etiā
persas qui uos sequuntur ita esse armatos tanq̃ ad pu
gnam maxime propinquā sint collocati. uereor ne pau
ci atq; nudi sociis congredientes cum hostium multitu
dine aduersi quippiam patiamini. Nunc igitur cu; ue
neritis habentes proborum uirorum corpora & sociis
arma futura sint nostris similia:uestrum opus erit eo

rum animos acuere ad pugnamq; fortis reddere. Decet enim principem non se bonum præstare dumtaxat: uerum etiam pro subditis diligentiam gerere: ut quam optimi sint futuri. Cyrus ita locutus est. At ii omnes lætati sunt: cum putarent sibi esse cum maiore multitudine dimicandum: quorũ unus huiusmodi uerba habuit. At ego absurdam fortassis habere uidebor orationẽ. si Cyro cõsuluero: ut pro nobis aliqua uerba faciat: cum hi arma cœperint: qui nobiscum una in pugnam socii sunt ituri. Enimuero cognoscere mihi uideor eorum orationes: qui plurimum ualent & ad bene & ad male agendum has maxime reddere auditores persuasos: si q; a talibus dentur dona: quamq; etiam minora sunt q̃ ea: quæ a sui similibus uiris dantur: ea tamẽ pluris æstimant: qui accipiunt. Et nunc inquit astantes persæ maiore cum uoluptate Cyri adhortationem q̃ nostram excipient. Et in homotimorum ordinem constituti hoc sibi munus certius ducent: si & a regis filio & ab imperatore collatum fuerit: q̃ si a nobis idem hoc fiat. Quamq; ne nostræ q̃dẽ adhortatões abeẽ debẽt oĩ tamẽ mõ uirorũ aĩositas acuẽda est oĩno. Nobis enim hoc conducet quomodocunq; hi meliores fiant. Vbi ergo Cyrus ita in medium arma posuisset atq; omnis persarum milites cõuocasset: huiusmodi orationem habuit. Vos uiri persæ ut & in eodem estis: ubi nos: orti solo atq; enutriti: & corpora nihilo q̃ nos: habetis deteriora: ita & animos uestros nihilo esse cõuenit nostris humiliores. Cũ tales aũt estis: nõ tamẽ in patria iisdem q̃bus nos: honoribus fungebamini: et ne id quidem: quod per nos essetis expuls

si:ß quia necesse foret:nobis necessaria pararetis. Nūc uero ut hæc sitis habituri:mihi cum diuina benignitate erit curæ. Licet aūt uobis si libuerit:acceptis armis: qualia nobis sunt. & si quid estis ꝙ nos iferiores:ijdeq; nobiscum obite periculum:& si quid præclari ac boni exhisce euenerit:æque atq; nos ipsos honorari. Superiore tempore & uos sagittarij iaculatoresq; eratis: & nos item. Ac si quid eratis quā nos:ad hæc faciunda deteriores:nihil mirandū. Non enim erat uobis ut nobis circa horum diligentiam. In hoc aūt armorū genere uobis nihilo præstabimus Thorax erit circa pectus accommodatus cuiq;:Et eratis in manu læua:quā omnes gerere consueuimus. Gladius autem uel securis in manu dextera:quibus ꝗdem ipsis ut percutiamus aduersarios:opus erit:minime cauentes ne:ꝗd percutiendo aberremus. Quid igitur in his alter nostrum alteri præstiterit:præter ꝙ audentia: qua non minus nos uti decet ꝙ nosipsos? Appetere enim uictoriam:quæ præclaras res omnis atq; optimas & adipiscitur:& tuetur. quid nobis magis ꝙ uobis conuenit? Et imperio:quod eorū: qui uicti sunt:omīa uictoribus elargitur:ꝗd nobis magis opus est quam uobis? Ad postremum ait. Audistis omīa. Aspicite arma & hæc qui eget:capiat:describaturq; apud ordinis centurionem in similem ordinem: quo descripti nos sumus. Cui autem satis est in mercenarij loco esse:maneat inter ministrandi arma. Cyrus ita locutus est. Quibus auditis Persæ putauerunt fore:ut iure in omne æuum uitā per inopiam agerent si exhortati ad similem laborem:quo eadem ipsi præ

mia consequerentur:facere id noluerint. Ita igitur describuntur omnes:& arma omnes acceperunt. In quo u..ro ..mpore aduentare hostes dicebantur:ac nondum aderant. interim enitebatur Cyrus ad uires suorũ corpora exercere:docereq; ordinãdos milites te ad res bellicas animos ducere. Quare acceptis primũ a Cyaxare ministris ĩjs imperauit:ut abunde singulis militibus omnia præberent effecta:quibus foret illis opus. Hoc autem cum parasset:eis reliquit aliud agendum nihil q̃ res bellicas exercere. Illud arbitratus didicisse hos circa singula esse optimos:qui parcentes rebus pluribus mentem adhibere:circa unum uersarentur opus. Quare ex ipsis rebus bellicis sagittæ ac iaculi meditatione sublata:hoc solum eis reliquit:ut cum gladio crateq;et thorace pugnarent. Quo factum est:ut continuo paratis eos redderet animis:qui aut irent obuiam hostibus: aut concederent se pro nihilo esse habẽdos socios. Hoc autem molestum est ĩjs concedere:qui norint se ob aliud nihil ali:q̃ ut pro alentibus sint pugnaturi. Ad hæc item cum cogitasset hæc homines longe malle exercere:quorum gratia lites contentionesq; oriuntur:& ĩjs ludos pronunciauit omniũ rerum:quascunq; a militibus exercere cognouit utile esse factu:& hæc pronunciauit;ut homo priuatus principibus se præstaret obedientem:& laboris cupidum & periculi studiosum cũ modestia:& gnarum rerũ militarium et in armis elegantem:& in omnibus huiusmodi rebus ambitiosum Quincurioni uero se talem exhiberet:qualem bonum decet priuatum & talem quoad eius fieri potest. quincuriam præstaret:& decurioni itidem decuriã:& pri

nipilo manipulum: et ordinis cēturioni eodem modo se præberet: nulli culpæ obnoxium circa eorum principum diligentiam: qui sub illo sunt: quo illi rursus præstarent ut ij quibus præsunt: suo fungerentur officio. Præmia etiam declarauit ordinum centurionibus: eos qui uiri forent parasse ordines optime: tribunos futuros: & primipilis: ꝗ uisi essent optimos reddidisse manipulos: eos ascensuros in centurionum ordinum locos & optimos decuriones in primipilos constituendos: ac item quincuriones optimos in decurionum locos cōstitutū iri. Qui uero inter priuatos excelluissent: in quincurionum locos ascensuros. Existebat autem omnibus his principibus primum: ut a subditis colerentur. Dein alij quoq; honores conueniētes consequebātur. Et aliæ quædam spes maiores uiris dignis accumulabātur: ac laudes: si quid maioris boni in uenturo apparuerit tēpore. Pronunciauit etiam præmia uictoriæ & ordinibus totis: & manipulis totis: & eodem modo decurijs & quincurijs. si uisæ fuerint tum suis præsidibus maxime parere: tum ea quæ antea sunt dicta alacriter exercere. Erant autem ea præmia ijs proposita. qualia in multitudine decent. Hæc igitur & pronunciabantur. et ab exercitu exercebantur. Tabernacula uero parauit ijs Cyrus tum multitudine pro numero centurionū ordinum: tum magnitudine pro sufficientia ordinis. Erat ordo quilibet cētum uiri. Ita igitur pro ordinibus erāt in tabernaculis: uidebantur ij cito hanc utilitatem consequi ad futurum certamen: quod inuicem se aspicerēt idemtidem alij: neq; ea inesset excusatio quod propterea alius alio sit aduersus hostes timidior: quoniam mi

nus bene tractetur. Videbantur etiã iuuari: quod simul habitãtes se inuicẽ cognoscerent: at in mutua noticia innascitur magis oĩbus uerecundia. Qui autẽ ignorãtur uidẽtur procliuiores quodãmodo ad desidiã: tanq̃ uersentur in tenebris. Videbãtur etiã Cyro maximã conseq̃ utilitatẽ ad ordines diligẽter exquirẽdos propter cõtuberniũ. Habebãt enĩ & ordinũ cẽturiones sub sese ordines ornatos: quãdo singillatim ordo proficisceret̃ et primipili manipulos eodẽ modo: et decuriones decurias: et q̃ncuriones quincurias. Constituere aũt ordines diligẽter uisum est ei plurimũ cõducere & ad nõ turbandũ: & ut celerius restituerẽtur: si turbati essent: uelu ti & lapides & ligna si copulari oporteat: ea utcumq̃ prostrata fuerint: facillime coaptãtur si manifestas habeant notas ex quo sit loco ipsorũ quodq;. Quod simul alerẽtur uidebantur ei etiã utiliter agere: ut minus inuicẽ se desererẽt: quod intuerentur bestias quoq; simul enutritas incredibili duci sociarũ desiderio: si quis eas abinuicẽ distraheret. Vtebatur præterea Cyrus hac diligẽtia: ut nũq̃ nisi prius sudassent ad prãdiũ cœnã q; introirẽt. Aut enim ad uenationẽ educẽdo ut sudarent faciebat: aut ludos tales excogitabat: qui sudorẽ essent præbituri: aut etiã si quid eum agere oporteret: ita ducem se præstabat ad rem gerendam: ut sine sudore non redirent. Hoc enim sciebat ad suauiter etiam uescendũ esse bonum: & ad bonam ualitudinem: et ad laborem sustinendum Præterea existimabat labores conducere ut forent inuicem mansueti magis: quod & equi inuicem laborantes mansuetius simul stare consuerunt. Atq; aduersus hostes elatiore sunt animo: qui bonæ ex

ercitationis sibiipsis conscii sunt: At sibi Cyrus taberna culū id parauit quod satis iis foret: quos inuitaret ad cœnam. Inuitabat autem frequēter centuriones ordinū quibus tēpus datū esset oportunū. Interdū & omnesq; primipilos: & decuriones quosdā ꝙncurionesq; inuitabat. Interdū uero & ꝙn curiā totā: et totā decuriā & totū manipulū & ordinē totū. Qnq; etiā milites quosdā Inuitabat præterea atq; honorabat: cū aliquo faceret: qui huiusmodi quiddam fecissent: quod eos ia erat uolebat. Quæ autem apponerentur in mensam: paria semper & ipsi & inuitatis ad cœnam. Et ministris ex erctitus æqualem portionem semper faciebat esculentorum omnium. Nihilo enim minus militum ministri ei honorandi uidebantur ꝙ caduceatores quam oratores ut enim fideles putabat hos esse oportere: & peritos rerum militarium: & calidos insuper & uehementis & celeris & imphiros & moderatos. Ad hæc intelligebat Cyrus esse omnia & tenenda & exercenda ministris: quæ habentur ab his qui optimi ducuntur: quo nullum ii opus recusent facere: sed putent omnia esse ab se gerenda: quæcunq; sunt a principe imperata. Et eam sane diligentiam semper Cyrus adhibebat cum esset una cum suis in tabernaculo: et iucundissimi simul sermones inijcerentur: & qui ad bonas actiones incitarent. Itaq; deuenit olim in hūc sermonem. Num inquit o uiri amicissimi ob hanc rem uidentur cæteri homines esse aliqua ex parte nobis inferiores: quod non eodem suntmodo instituti: quo ipsi sumus? an a nobis nihil differunt neq; in congressibus neq; ubi cum hostibus sit certādū? Et Hystaspas excepit inquiēs. Vt eius

modi uiri in hostis futuri sunt:equidem non intelligo Nam in conuictu difficiles mediussidinsaliqui eorum uidentur ac morosi:Misit nuper Cyaxares hostiarum carnes in ordines singulos.Erantq; carnium frusta cuiq; nostrum tria aut etiam plura:quæ circunferebantur Atq; a me principium coquus fecit primum circunferens obsonium.Cum uero secũdum circuiret obsonium illaturus iussi:ab ultimo principium faceret:retroq; circunferret.Exclamans igitur quispiam ex ijs militibus qui in medio circulo discumbebant:per Iouẽ:inquit horum nihil est æquale:si quidem a nobis:qui sumus in medio:nemo unq̃ incipiet.Quibus auditis:ego profecto turbatus sum:si quid illi minus habere uiderentur eumq; cõtinuo ad me uocaui.hic autem permoleste paruit. Verum ut ea:quæ circunferebãtur:ad nos uenere tanq̃ ut arbitros ultimos ea sumentis:minima relicta erant frusta.Hic ille manifeste ad modum tristatus est dixitq; ad seipsum in malam fortunam quod huc inuitatus uenerim:ad quem ego dixi:ne cura rursus a nobis confestim incipiet:& tu primus maximum capies frustum.Interimq; cirrunferebatur tertiũ id quod erat reliquum.Atq; cœpit ille:cui cum uisum esset exiguũ cœpisse obsonium:quod cœperat:posuit tanq̃ alterum sumpturus:cum illum coquus arbitratus nihilo amplius egere obsonio:abiens circumferebat prius:q̃ ille alterum sumeret.Hic autem grauiter adeo rem tulit: ut consumeretur ei:quod cœpisset obsonium.Quod autẽ adhuc intinctionis ei reliquum erat.hoc quia esset animo quodammodo perturbato fortunæq; iratus ita male affectus euertit:primipilus autem qui nos proxime

discumbebat: rem intutus manus inuicem complosit: ridensq; lætabatur. At ego tussire simulabã: quippe qui neq; risum poteram continere. Talem igitur tibi Cyre unũ ex sodalibus demõstro. Ad hoc igitur ut par erat riserunt omnes. Alius uero quidam ex ordinum centurionibus huic inquit Cyre: ut uidetur: accidit ita difficulter: ego autẽ ut tu nobis edoctis ordines misisti iussistiq;: ut quisq; suum doceret ordinẽ: ea quæ abs te didicimus: ita igitur ipse quẽadmodum etiam aliĩ faciebant: ubi uenissem unum manipulum docebam. Et ubi statuissem primipilum primũ: ordinassemq; post eum uegetum quendam iuuenem & alios: ubi opus esse existimabam: dein stãs ex anteriore parte in manipulum respicerem: ubi mihi uisum est tempus esse iussi procederet: & Vegetus ille uir tuus procedens prior q̃ Primipilus proficiscebatur: quod ego intutus dixi homo quid facis? & ille inquit. procedo ut ipse iubes: cui respondit at ego non te solum sed omnis procedere iubebam. Id ille audiens ad manipulares cõuersus ait. Nõ auditis imperantẽ procedere nos omis? Et uiri illi omnes prætereuntes primipilũ ierunt ad me. Sed ubi Primipilus eos reduxisset in locum stomachabantur dicẽtes: utri parendum sit? Nunc enim alter iubet nos procedere: alter uetat. Et ego hæc æquo animo ferens, eos rursus disposui confestim: iubens ne quis ex posterioribus moueretur prius q̃ anterior duceret: sed hoc solũ omnes aspicerent sequi anteriorem. Cum uero quis in persas abiens uenisset ad me: qui sibi epistolam dari peteret: quam ad meos scripseram: & ego: quoniã Primipilus sciret: ubi posita ea foret: iussissem ei: ut curreret;

Scita alia narratio, quae ostendi[t] magna [illegible]

epistolamq; ferret: ille quidem currebat: iuuenis uero ille habilior Primipilum sequebatur una cum Thorace & Mucrone: Atq; alius uniuersus manipulus illum intutus una currebant ueneruntq; uiri illi ferentes epistolam. Ita inquit ille meus manipulus curat diligenter omnia pro iussu tuo. Atq; alii quidem merito ridebant: q armati ferrent epistolam. Cyrus uero inquit o Iupiter optime maxime cæliteſq; omnes cuiusmodi uiros socios habemus: qui usq; adeo sunt cultu faciles: ut minimo etiam obsonio magnus impariū numerus in amicitiam queat induci: ita autem sunt obedientes: ut antea pareant: q̄ imperata cognorint. Equidem nescio qui magis optandi sunt q̄ huiusmodi milites. Cyrus: quidem ita milites laudauit. Erat etiā in tabernaculo unus ex ordinum centurionibus Aglaitadas nomine: uir moribus seuerissimus: qui ita quodammodo est loquutus. Quid enim inqt: putasne Cyre hosce: uero hæc discere? Sed quid uolūt inquit Cyrus: quapropter mētiantur? Quid aliud inquit: nisi ut risum moueant: cuius rei gratia hæc loquuntur: & sese ostentant? At Cyrus inquit, bona uerba quæso noli hos dicere ostentatores: ostētator: ei nomē mihi uidetur esse propter eos positū: q simulāt & ditioris se esse: q̄ sunt. & fortioris et qui pollicentur ea se facturos quæ nequeūt. præsertim cum manifestum sit hæc ab his fieri accipiēdi aliquid ac lucrandi gratia. Sed qui risum conuiuis moliuntur neq; propter ipsorum lucrum: neq; propter audientiū detrimentum neq; ut noceant cuiq; prorsus: quare hi minus urbani ac faceti iure nominentur: q̄ ostentatores? Et Cyrus quidē ita respōdit de his: qui risum præ

Seueri hominis mos.

bent. ipse autem ordinis centurio qui narrat manipuli ridiculum: inquit. Si quidem Aglaitada flætũ facere studeremus: nos admodum repræhenderes: quemadmodum aliqui etiam in carminibus & in orationibus miserabilia quædam scribentes: lachrymas nituntur inducere: quandoquidē nunc ipse quoq; intelligens uelle nos quadam lætitia te afficere: nocere autẽ minime nos tamen magnæ ignominiæ tibi ducis. Ita est mediusfidius inquit Aglaitadas: ac iure id quidem. Nam qui amicos ad risum mouet: uidetur is mihi sane rem efficere minoris æstimãdam q̃ qui eos multis in rebus ad fletum inducit. Quare ipse nunc si recte consideres: uera a me dici reperies. Et parentes quidem reddũt filios fletibus temperãtes & magistri pueros bene eruditos Ac leges ad iusticiam ciues impellunt quia fletibus eos instituũt. Ridiculos autem homĩes possis ne dicere aut corporibus prodesse: an animos reddere ad gubernationem rei dominicæ ad administrandãue ciuitatẽ aptiores? Hinc Hystaspas in hũc modum locutus est. Tu inquit Aglaitada. si mihi obtemperes in hostes fidenter consumes hoc pluris æstimãdum ut inducas illos flere & quod minimi ducendũ est: nos hosce amicos omĩno ridere affatim efficito. Etenim scio tibi risum permultum esse repositum. Nam neq; utens eum consumpsisti: neq; amicis neq; hospitibus ultro præbes. Itaq; nulla tibi excusatio est: quominus præbeas nobis risum. Ad quod inquit Aglaitadas. Et putas tu Hystaspa ex me risum facere? Et ordinis centurio inquit ita me hercule. amens est igitur: quoniã facilius quis ignem excu

derit:q̄ exigat ex te risum. Ob quod dictum & alij riserunt eius cognoscentes ingenium: & Aglaitadas ipse leniter subrisit. Ac Cyrus eum intutus exhylaratum: iniuriam inquit facis ordinis centurio: quod uirum nobis corrumpis: ac uitias grauissimum & optimũ: dũ risum ei persuades: præsertim qui adeo hostis sit risui. Et hæc quidem huiusmodi dicebãtur. Dein uero Chrysantes ita locutus ẽ. At ego Cyre cũ hisce una omnibus cogito egressos esse nobiscum alios plurimi: alios minimi faciundos: Si quid autem boni cõtigerit dignum hi omnes iudicabunt æqualem habere portionem. At nihil inter homines esse inæqualius duco q̄ et ignauum & fortem uirum de æqualitate certare. Ad quod Cyrus inquit. Nam igitur viri persæ per deos ĩmortalis nobis est optimũ sentẽtiam hac de re inijcere in exercitum: utrum uideatur: si quid boni ex laboribus Deus dederit: facere omnibus æqualem portionẽ? An potius cõsideratis cuiusq; operibus ad horũ rõnem honores esse cuiq; reddendos? Et quid opus est Chrysantas inquit hac de re ad exercitum referre. ac nõ pronunciare potius te ita facturum? Nonne & ludos ita pronunciasti & præmia? At mediussfidius inquit Cyrus non sunt hæc illis similia. Que enim militando acquirent: cõmunia sibi: ut arbitror: censebunt. Exercitus uero imperium putabũt fortassis etiam a domo in me esse collatum. Itaq; si præfectos. cõstituo: nulla me uti putãt iniuria. An etiam censes Chrysantas inquit discernere posse coactam multitudinem ut minus æqualis portiones singuli consequantur: sed uiri fortissimi ho-

noribus donisq; antecellant? Puto equidem inquit Cyrus tum cohortantibus nobis: tum etiam. quia turpe sit aduersari: ne qui plurimũ laborat prodestq; reipublicæ maxima item præmia iure consequatᷣ. Puto autem uel timidissimis conducibile uisum iri: uiris fortibus meliorem esse conditionem. Quapropter uolebat Cyrus & ipsorum homotimorum gratia: hoc decretum fieret. Nã & hos ipsos existimabat fore melioris: si uident se quoq; ex operibus ipsis iudicatos: digna consecuturos esse præmia. Tẽpus igitur ei uidebatur nunc esse hac de re consultandum: quando etiam homotimi uerebantur de æquali uulgi portione. Ita igitur ĩj quoq; censebant qui erant in tabernaculo: ut res poneretur in consultatione; suadereturq; per eum: qui uir esse putaretur: cum arrides quidam exordinũ centurionibus ẽ ait at ego noui uirum etiam plebeium: qui non frustra moleste fert: adeo æqualem esse portionem: Alius quærebat: hunc quemnam esse diceret? Cui ille respondit. Est mediusfidius uir nobis contubernalis: qui omni in re quæritat sibi plus esse. Alius eum rogabat. Num etiam ex laboribus? Minime omnium inquit. Sed in hoc sum mendatũ deprehensus. Nam & laborum & aliarum huiusmodi rerum æquo admodum animo semper sinit plus alium habere: qui uelit. At ego ait Cyrus: decerno o uiri: si habendus sit miles ad agendum strẽnuus & obediens: & exercitu huiusmodi homines qualis ab hoc nunc dicitur esse eĩjciendos. Videtur enim mihi magnam militum partem eiusmodi esse: ut sequatur: quacunq; quis dixerit. Agere autem ut existimo: ostendent alĩj qui præclari forteśq; sunt ad res præclaras et magnas alĩj

uero improbi ad res improbas. Itaq; fit persæpe, ut habeant plures qui secum sentiant improbi uiri q̃ probi. Improbitas enim proficiscẽs per subitas uoluptates harum persuasionibus utitur: quo multi secum sentiant At uirtus ad arduum agens non est admodum præpotens: ut subito inconsultoq; ad se trahat: præsertim ubi alij sint: qui cõtra ad decliue molleq; adhortẽtur. Quare ubi ex inertia atq; laborum fuga improbiores sint: hos ego arbitror ueluti fucos: solũ impẽsa socijs esse detrimento. Quicunq; præterea ad labores mali socij sunt ad habendi uero auiditatem uæhementes impudentesq;. ij sese ad res improbas duces præstãt. Possunt enim sæpenumero demonstrare plus haberi per malas actiones. Itaq; huiusmodi homines omnino a nobis sunt expellendi. Nec est item considerandum uobis: quomodo ex ciuibus ordines suppleatis: sed quẽadmodum equos quæritis: nõ qui patrij sint: sed qui optimi: sic etiam homines quæritote. Ex omnibus inquam hominibus, quoscunq; arbitremini & robori uobis ornamentoq; maxime futuros: hos sumite. Hæc etiam mihi res testimoniũ affert quid nobis conducat. q neq; currus celer sit: si tardis utatur equis: neq; iustus: cui iũgantur iniusti, Neq; domus bene habitatur: quæ malis utitur famulis sed ẽt si egeat famulis, minus erat: q̃ si ab iniustis uexatur famulis. Bene autem scitote uiri amicissimi q non hanc utilitatem solum mali milites afferent ablati si fuerint q aberunt mali: uerum etiam qui relicti fuerint rursus eo uitio purgabuntur quo referti iam erant. at boni ubi uiderint uitiosos ignominia affectos longe magis animati uirtutem capessent. Cyrus Quidem ita

 36

est locutus. & amicis omnibus hæc itidem uisa sunt: & ita faciebant: Ex hinc rursus cauillo in eos uti Cyrus est aggressus. Cum enim intellexisset quendã ex ordinum centurionibus: qui duceret secum ad cœnã faceretq; iuxta discumbere uirum & pilosissimũ & turpissimũ: eo nominatim uocato ait o Sambaula nũ etiam tu more græco id quod pulchrum est circunducis hũc adolescentẽ: qui iuxta te discumbit? Equidem inquit Sambaulas: lætor, igitur etiam ipse: qui & sum conuiua & hunc habeo spectaculo. Quibus auditis contubernales respexerunt. Vt autem uiderunt uiri faciem turpissimã riserunt omnes. Et quispiam dixit. Per deos ĩmortalis o Sambaula. quo tãdem opere uir hic te perdidit? Qui respondit: per deos: inquit: uiri amici dicam uobis. Quotiens enim cum uocaui aut noctu aut interdiu: nunquã mihi neq; negocij excusatione usus est: neq; pedetentĩ unquã paruit: sed semper cursim. Et quotiens ei agendum aliquid imperaui. nihil unquã uidi ipsum facere sine sudore. Effecit præterea hos omnis decuriales: non uerbo sed re demonstrans: qualis oportet esse. Et quidã dixit. Et tu postea ipsum qui talis sit non oscularis: quẽadmodum cognatos? Atq; deformis ille ad hoc nõ mehercule inquit: Non enim est laboriosus quoniam satis fuisset ei: si me osculari uoluisset unũ hoc pro omnibus gymnasijs. Huiusmodi igitur & ridicula & seria tũ dicebantur tum agebantur in tabernaculo. Tandem aliquando tertijs libationibus factis dijs immortalibus: præcati res bonas conuiuium dissoluerunt in lectum. Postridie autem Cyrus militibus collectis omnibus talia est locutus. Viri amicissimi certamen est nobis proxi

mū aduentant enim hostes. Si nos uicerimus hoc enim & dicundum est & faciundum & non quæ sunt eorum qui uincuntur: omnia uincentibus proposita sunt præmia. Hoc igitur pacto uobis est sentiendum quod quando in cōmni belli conditione singuli in se habeant nihil futurū ex sentētia sua nisi quisq; pro se alacer ad rem fuerit plurima quamprimum ac præclara perficient. Nihil enim eorum cunctantur quæ faciunda sunt. Sed ubi quisq; cogitarit alium fore: qui & agat: & pugnet quamuis mollior ipse fuerit. His omnibus omnia simul mala subeunda ueniunt. Ac deus ipse ita fecit quodāmodo: q hominibus qui nolunt sibi imperare laborem ad bonu; consequendū: alios ijs præficit. Nunc igitur surgat hic aliquis qui de hac ipse re uerba faciat: utro nam modo putat uirtutē magis exerceri posse: num si quis plurima & facere uolet: & periclitari: plurimum quoq; honoris cōsequatur: an si uideamus ītéresse nihil: si ignauus quis fuerit? Eodem enim modo æqualia consequemur omnes. Hic igitur surgens Chrysantas: qui unus erat ex homotimis uir sane neq; magnus corpore neq; robustus uisu: sed prudentia excellens. An ego arbitror inquit Cyre te ne cogitantē quidem proposuisse hanc sententiā: an parem æque portionē improbi atq; probi sint habituri. Sed temptare scilicet uoluisti si quis tandem uir sit futurus: qui se ostentet cogitatu ut nihil faciens neq; pulchre neq; fortiter eorū sit æqualem portionem habiturus: quæ aliĳ uirtute peregerint. At ego neq; pedibus uelox sum: neq; manibus ualidus. Neq; ignarus certe sum: quod ex quibus ego rebus corpore meo fecero: non sim iudicandus neq; primus neq; secun

dus: puto etiam neq; millesimus & forsitan ne ex decē millibus quidem unus. Verum et illud certo scio: quod si uiri potentes res fortiter capessent: alicuius boni tanta mihi pars erit: quanta pro iure fuerit. Quod si homines ignaui nihil gesserint: fortes autem uiri ac potentes remissius habuerint: uereor: ne alius rei cuiusq; magis q̃ boni maiorem sim partem habiturus. Chrysantes quidem ita est locutus. Cum post eum autem surrexisset Pheraulas persa: unus ex ordine plebeio: qui Cyro etiā abusq; domo uir esset familiaris ac iucundus: quiq; & corpore formosus erat & animo generosum uirum prese ferebat: huiusmodi est locutus uerba. Equidem Cyre uos omnes persæ: qui adestis: ipse nos omnis arbitror æqualiter nunc moueri ad uirtutis certamen. Video enī nos omnis simili alimento exercere omnia: & simili dignos congressu omnis iudicatos. Eadem etiam nobis omnibus sunt proposita. Nam parere principibus omnibus communiter propositum est. Et quicunq; hoc libēter fecerit: hunc uideo a Cyro honorari. Ac præstare se fortem omnibus in rebus aduersus hostes: non alium decet: alium uero dedecet: sed hoc omnes decere maxime ē antea iudicatum. Nunc pugna quoq; demonstratur nobis: ad quam uideo homines omnes natura doctos: quemadmodum alia item animalia norunt singula pugnā quadam: quam neq; ab alio quopiam didicere: q̃ ab ipsa natura: ueluti bos cornu percutere: equus ungula: canis ore: aper dente. Quæ quidem animalia omnia cauere etiam sciunt: a quibus maxime est cauendū. et hæc quidem sine ullius prorsus doctoris præceptione. Atq; ipse ego ex admodum puero continuo sciebam ut an-

te hoc quippiam propugnaculo quo putarem uerberari. Quod si aliud nihil haberem: utranq; manum pro-tendens: impediebam: quantũ poteram percutientem. Et hoc faciebam non edoctus: quin propter hoc ipsum percutiebar si opponerem. Gladiũ equidẽ cõtinuo puellus adhuc rapiebam: ubi uiderem: cum neq; a quoq; alio id didicissem ut capiundus est gladius: q̃ a natura: ut dico. Faciebam igitur hoc item coactus: nõ edoctus: quemadmodũ sunt etiam alia: quæ prohibitus & a patre & a matre agere cogebar a natura. Ac percutiebam medius fidius gladio: quodcunq; poterã clam percutere. Nõ enim erat solum natura quẽadmodũ incedere & currere: sed ad naturalem motum hoc mihi suaue uidebatur. Verum posteaquã hæc nobis pugna relicta est: in qua alacritatis magis q̃ artis est opus: qui nobis non iucunde certandum est aduersus hosce homotimos: ubi uirtutis præmia proposita sunt paria. Quod si conferimur nõ paria nobis pro periculo proposita esse scimus. Sed hi quidem habituri sunt uitam honorificam. Nos uero uitam laboriosam quidẽ sed ihonoratam: quæ mea sententia est molestissima. Maxime autem o uiri hoc me bono animo ad obeundum certamen aduersus hosce incitat: q Cyrus iudicabit: qui nõ inuide iudicat: sed deos obtestor: indubitato mihi uidetur Cyrus: quos uiros probos uiderit: nihilo quam se ipsum minus eos amare. Hisce igitur ipsum uideo iucundius dare quicquid habeat: q̃ sibi retinere. Noui præterea esse hos animis elatis: q sint iam instituti & ad famen & ad sitim & ad frigus tolerandum: nescientes hi quidem hæc nos quoq; didicisse a meliore magistro q̃ ipsos. Nemo enim ẽ

horum præstãtior doctor q̃ necessitas:quæ hæc nos do cuit diligentissime.Hi laborem in ferendis armis exer cuerunt:quæ omnibus sunt inuenta hominibus:ut fa cillime ferantur.Nos autem in magnis oneribus & in cedere & currere coacti sumus adeo:ut mihi non uide atur armorum indumẽtũ alis potius q̃ oneri esse simi le.Quamobrem Cyre ita me fore exploratũ habetur & certum:& qualiscũq; quis fuero:pro meritis dignũ censeam honorari.Et uos ego moneo uiri plebeij:ut cõ tendatis in hac pugna cum hisce uiris pugnandi erudi tis.Nunc enim uiri in plebeio certamine sumpti sunt. Pheraulas quidem habuit hæc uerba.Surrexerunt eti am alij multi:qui utrisq; cauerent orationi.Decretum est autem debere quemq; pro dignitate honorari.Cy rumq; ipsum iudicem esse.Hæc igitur ita processerunt Inuitauit insuper Cyrus cum uidisset dimidium uiro rum ordinis illius utrinq; inter se contra ad pugnã in struxisse:qui utriq; thorocas haberent:& crates in sini stris manibus:eorum alteris crassas ferulas in manus dedit:at alteris dixit:ut glebis sublatis aduersarios per cuterent.Sed ubi ij steterunt ita instructi.& centurio prelio signum dedit:hic alij glebis feriebant & inter dum alij attingebant thoracas & cratis:alij & femur & caligas.Sed ubi cõminus fierent:qui ferulas habe bant:percutiebant aliis femora aliis manus aliis suras & iis qui ad capiundas glebas inclinabantur:& col la feriebant & terga.Ad postremũ feruliferi eos in fu gam uersos multo cum risu ac ludicro percutiebant.Et alij i altera parte acceptis ferulis rursus eadem iis fe cerunt qui percutiebant glebis.Delectatus autem Cy

Fit exercitatio nis gratia certame in quo alarie minus, cominus alarii fuere

rus tum centurionis cogitatu atq; studio tum militum obedientia: quod simul & exercebantur: et excandesce bant: simulq̄ hi uincebant: qui persarum arma essent imitati: his igitur Cyrus delectatus: & inuitauit eos ad cœnam: & intutus in tabernaculo eorum quosdā li gatos alium tibiam: alium manum: rogauit quid pa terentur: cui respōdebant: quod glebis percussi forent Rursusq; Cyrus interrogabat: utrum posteaq̄ sunt cō gressi, an cum erant procul: cui dicebāt: cum essent pro cul. Nam ubi feruliferi cōminus facti sunt: diebant lu dum fuisse pulcherrimū. Qui aūt ferulis concisi erant exclamabant nō sibi ludum uideri cōminus percuti. Si mulq; ostenderūt ferularum plagas & in utrisq; ma nibus & in collis aliqui etiam in facie. Et tum ut fieri solet ridebant inter se plurimū. Postridie uero campus refertus erat omnibus uiris. qui hosce imitabātur. Ac ni si aliud quicq̄ agerent melius: hoc utebantur ludo. Cū alium quoq; esset olim intutus ordinis centurionē: qui a flumine ordinem ducebat singulatim ad læuam: qui q; cum ei uisum esset tempestiuū: iuberet primipilis: ut postremū manipulum traducerent & tertium & quar tum in frontem: & cum in fronte essent primipili: ius sit ut binatim agerent manipulū ex hinc etiā traduce bant decuriones in frōtem: & cum rursus ei uideretur tempus esse: iubebat ut quaternatim manipulū agerēt ita igitur quincuriones rursus traducebant: ut quater natim manipulus incederet. Vbi autem fuissent ad fo res tabernaculi iubens binatim ire ex ijs: qui singula tim ibant immisit primū manipulū & secundū ad hu ius caudam sequi iussit & tertium & quartum itidē

iubens ducebat intro:& ita ut incedebat:ad cœnam discumbebat. His igitur delectatus Cyrus ob mansuetudinem & doctrinam atq; diligentiam inuitauit etiam hunc ordinem una cum centurione ad cœnam. Cumq; alius quidam ordinis centurio in cœna adesset inuitatus. At meum ordinem:inquit Cyre nõ inuitabis in tabernaculum:Enimuero cum ad cœnam adsit:hæc oĩa facit. Et ubi finem habuerit conuiuium:qui cogit ultimum manipulũ: educit eum: cui primi sunt ultimi instructi ad pugnam. dein qui cogit tertium manipulu; post hoc & tertius & quartus identidem:quo etiam ubi sint ab hostibus abducendi sciant:ut abire oportet. Cum uero ad iter: quod facimus: constituti fuerimus: si quidem eamus ad auroram:ego quidem duco. & primus manipulus primus & secundus:ut par est & tertius & quartus & manipulorum decuriæ & quincuriæ:utrumq; ipse iubeo. Cum uero eamus ad uesperã: qui agmen cogis:& postremi ducunt primi. Mihi aũt qui ultimus sum ita obediũt:ut consuescant & sequi & ducere itidem obedientes. Et Cyrus ait. Num etiam semper hoc facitis? Facimus sane inquit:quotiẽs cœnamus. Vos igit̃ inqt mediusfidius inuito : quod & ad uenientes & abeũtes simul ordĩes meditamini:& id nocte. simul die simul etiã:qđ & corpa ambulãtes exercetis:& prodestis animis doctrina. Quoniam igitur oĩa facitis duplicata:iustũ est duplicatam nobis a me præberi epulationem. Noli per Iouẽ inquit Primipile uno die præbere duplicatã nisi duplicatos etiam nobis uteros præbueris. Et tum finis conuiuij talis fuit. Postero autem die Cyrus illum ordinem:ut dixerat:inuitauit.

Quæ ubi alii quoq; didicissent.reliqui eos imitati sunt omnes. Sed cum olim milites omnis censeret in armis: Cyrus simulq; ordinaret:uenit a Cyaxare nũcius: qui diceret indorum adesse legationem. Quare is ingredi iussus:fero tibi dixit etiam stolam pulcherrimã a Cyaxare. Vult enim te anteuertere:quo splendissimo ornatissimoq; corporis cultu aspiciaris ab indis:dum aduenis. Quæ Cyrus ubi audisset:præcepit primo ordinis centurioni:qui instructus erat ut stans ad dexterã singulatim ordinem duceret:in frontemq; locaret:& secundo iussit:ut idem præciperet ac per omnis idem iussit:ut traderetur. Qui ita obedientes:& præceperunt celeriter:et quæ præcepta sunt:fecere quãprimũ:breuiq; tempore fuerunt in fronte quidem ad ducenos:totidem enim erant ordinum centuriones:in medio uero agminis ad centenos: Vbi autem constituti sunt:eos se qui iussit pro suo ductu.continuoq; ducere maturabat Sed postea q̃ didicisset callem ad regiam ferentẽ essẽ angustiorem:q̃ ut:in fronte omnes transirẽt:iusso primo ordine sequi loco suo;secundo ad caudam huius atq; ita deinceps omnibus.Cyrus quidem ducebat assidue:alii uero ordies seq̃batur.quisq; ad anterioris caudam. Misit præterea ministros duos ad callis introitũ quo imprudentibus uiæ quid factu opus foret:significaret. Sed ubi uenerũt ad Cyaxaris ianuam:præcepit primo ordinis centurioni:ut ordinem in duodenos circa medium instrueret:duodenarios uero profectos in fronte constitueret circa regiam. Ac secundo eadem præcipi iussit & ita deinceps omĩbus.Et hi quidẽ hæc faciebant.hic uero ad Cyaxarem est ingressus in stola

persica minime sordida aut inepta. Quē intutus Cyaxares celeritate quidē lætatus est: sed turbatus uilitate stolæ. Qui hoc ait Cyre? cuiusmodi rem fecisti ita īdis apparens? Ego sane uolebam te quam splendidissimū apparere. Nam mihi ornamēto hoc erat: quod mea natus sorore magnificus & elegantissimus uidereris. At quæ Cyrus inquit. Et utrum magis te ornassem Cyaxares si cum īduerer ueste purpurea caperemq; armillas & monili collum circūdarem ociose iussis tuis audirē an potius nunc. quādo cum talibus tantisq; uiris adeo propere tibi pareo cum sudore: ac studio tui honorādi gratia: tum ortus ipse: tum alios ostentās adeo tibi obedientis? Hæc Cyrus locutus est: quem Cyaxares cū recte dicere putasset: uocauit indos. Qui ingressi dixere mitti se ab indorum rege: ab quo iussi essent interrogare: qua ex re bellum esset. & medis & asyrio. Et cum te audissemus: iussit ut rursus iremus ad asyrium: & ab illo eadē hæc iterrogaremus: Ad postremū: ut nobis utrisq; diceremus regem indorum: considerato iure: cū illo fore: cui iniuria sit illata. Ad hæc Cyaxares ita respondit. Me igitur audite. Nulla nos asyriū afficimus iniuria prorsus. Illum si opus est adite interrogaturi: quid dicat. Cyrus autem cum adesset: quærebat ex Cyaxare. Num etiam ego inquirens dicam: quod sentio? Qui iussit ut diceret Vos igitur inquit Cyrus regi indorum hæc nunciate. nisi quid aliud Cyaxari uidetur: nos ita dicere. Si quid iniuriarum a nobis asyrius dicit in sese illatum: eligimus ipsum regem indorū iudicē. His igiť auditis. legati abierūt. Sed posteaq; īdi egressi sunt. Cyrus ad Cyaxarem dicere hæc cœpit. O Cya

xares equidē ueni domo sine multis priuatis pecunijs. Quot autem erant.harum mihi paucæ sunt reliquæ. Eas enim in milites consumpsi.Et hoc miraris fortasse tu:quo pacto eas consumpserim:quando ij milites abs te alantur.At ne te lateat uelim eas a me consumptas esse pecunias in nullum aliud opus q̄ ad honorem & gratiā:dum præclarum alicuius militis facinus admiror.Videtur enim mihi omibus quos ullus uelit cuiuscunq; rei bonos reddere adiutores ijs iucundius esse:si bene & dicendo & faciendo fuerint ab illo incitati q̄ si molestia afficiātur cogantur.Quos igitur quisq̄ uelit alacris sibi rerum bellicarū adiutores facere:hi omnino uenandi sunt mea sententia bonis & uerbis.Amicos enim meos non inimicos esse oportet qui pro nobis sine excusatione sunt pugnaturi:& talis quidem amicos:ut neq; secundis in rebus sint imperatori inuisuri: neq; in aduersis eū prodituri.Hæc igitur ipse ita prouidēs:pecunijs esse puto. Omnibus autē in rebus ad te respicere:cuius permultam sentio esse impensam:uidetur mihi absurdum esse.In medium autem considerandū arbitror & tibi & mihi:ne tibi sint pecuniæ defuturæ.Nam si hæc tibi abunde fuerint:scio etiā mihi futuras:ubi opus fuerit:præsertim si in huiusmodi eas rebus accipiā:quarum sumptus:ubi eas capias:ibi sit conducturus.Memini audiuisse abs te iam dudum te ab Armenio nunc contemni quoniam audit hostes tad uersus nos ire:Quo fit:ut neq; exercitum mittat: neq; tributum:quod debet.Facit hæc inquit Cyre Itaq; ego uereor:utrū mihi sit melius bellū inferre atq; eum cogere.an magis conducat:per hoc temporis missum fa

cere: ne hũc etiam aliis aduersus nos hostem addamus
Et Cyrus iterrogabat. At hae itacula utrum ei sunt in
munitis locis. an contra? Ad quam Cyaxares respondit
Nequaq̃ in locis sunt admodũ munitis. Ego enim hoc
noui. Sunt sane montes: ubi queat si subito abierit: tu-
tus esse: quo minus captiuus fiat: neq; res item eae capi-
antur: quascũq; subuehere potuerit: nisi quis pertina-
tius obsederit: quemadmodũ a patre meo factũ est. De
in haec Cyrus locutus est. Si mittere me nolueris addi-
tis mihi equitibus: quot ui si fuerint tibi satis: effecturũ
me puto pro deorum ope: ut & milites mittat tibi: &
tibutum soluat: ac item futurum spero: ut nobis magis
amicus fiat quã nũc est. Et Cyaxares iquit. Et ego spe-
ro illos magis ad te ituros q̃ ad me. Audio em̃ ibi pue
ros quosdam tecũ una olim uenari consuesse. Itaq; rur
sus eant ad te fortasse. Quos si coeperis: agat armenius
omnia: quae nos uolumus. Videtur ne igitur inquit Cy
rus tibi conducere occultanda esse consilia haec nostra?
Magis em̃ inquit Cyaxares: eorũ aliquis in manus ue-
niat. At si quis eos aggrediatur: possint capi imparati
Audi igitur: inquit Cyrus: an tibi uideor quicquam
dicere. Saepe cum sociis meis omnibus uenatus sum cir
ca montes & tui & armeniorũ agri: et equitibus olim
aliquibus assumptis ex hisce medis sociis illuc ibã. Si-
milia igi͞t inquit Cyaxares: si facias haud sis suspectus
Quod si maiores copiae illis appareant copiis quas ad
uenationẽ habere consuesti: hoc nimirũ suspitionẽ affe
rat. Sed licet etiam hac in re inquit Cyrus excusationẽ
instruere uere similem si quis ad illos enũciet uelle me
magnam facere uenationẽ: & abs te equites palam pe

Stratagema

tere. Dicis tu quidem perpulchre: inquit Cyaxares: atq; ego tibi non dabo præter paucos quosdã quasi iturus sim ad castella: quæ sunt iuxta asyriam. Nam uero illuc ire institui: atq; ea reddere q̃ munitissima. Cum tu autem processeris cum tuis copiis: ac duos iam dies uenando contriueris: mittã tibi meorũ & equitum & peditum quantum sat fuerit: quibus tu assumptis continuo ascendas. Ipse uero cum aliis copiis enitar non abesse a uobis procul: quo ubi tempus fuerit superueniã: hoc igitur modo Cyaxares continuo coegit ad castella equites ac pedites præmisitq; currus cum cibo ea uia: quæ ducit ad castella. Cyrus autẽ sacrũ fecit propter profectionẽ simulq; ad Cyaxarem mittens petebat iunioris equites. Hic uero nõ multos ẽi dedit: cũ permulti ad eum uellent. Cũq; Cyaxares iam antecessisset cũ copiis peditum atq; equitum ea uia: quæ ad castella ducit: Cyri sacrificia de eundo aduersus armenũ bona extiterunt. Et ita Cyrus suos educit tanq̃ in uenationem instructus. Ei uero proficiscenti cõtinuo in primo agro exurgit lepus. Aquila autem uolans dextera leporem despiciens fugientem & irruit: & percussit illum extulitq; correptum: eoq; ablato in collem proximũ pro libidine utebatur præda. Auguriũ igitur Cyrus intuitus: cum lætatus est: tum Iouem regem adorauit: dixitq; ad præsentes: uenatio quidẽ amicissimi uiri pulchra est futura si deo libuerit. Vt autem ad fines uentum est continuo uenabatur: quẽadmodum consueuit. Et peditum atq; equitum multitudo mota est ita: ut feræ exurgerent Fortissimi uero pedites atq; equites diuisi sunt Exurgentisq; bestias excipiebant atq; insequebantur.

Augurium.

Multasq; cœpere sues ac ceruas capreasq; & asinos sil uestris. Nam in his locis permulti sunt etiam hoc tem pore siluestres asini. Finita autem uenatione cum ap plicuisset ad finis armeniorum: cœnatus est. Rursusq; postridie uenabatur ad eos montes accedens: quos desi derabat. Cunq; rursus uenari desijsset: cœnabat. Vt au tem accœpit exercitum: quem Cyaxares miserat aduē tare: misso ad eos clam nuncio iussit: abessent duas pa rasangas hoc est stadia sexaginta: ibiq; cœnarent: hoc prouidens cōducturum ad latendum. Vbi autem cœna rint dixit eorum principi: ad se iret: post cœnā ad se uo cauit ordinū centuriones. Qui ubi adfuere. locutus est in hunc modum. Armenius uiri amicissimi & socius erat antea & subditus Cyaxari. Sed nūc ut accepit ho stes aduenientis: eum contemnit: quippe qui neq; exer citum nobis mittit: neq; tributum soluit. Itaq; nunc ue nimus ad hunc uenandum si possimus. Quare ita faciū dum uidetur mihi. Tu Chrysanta cū delatus in fines fueris: assumpto dimidio persarū: qui sunt nobiscū: fa cto montano itinere montes occupa: quo eum cum me tus ullus inuaserit: aiunt confugere. Duces autem ipse dabo tibi. Et hosce quidem montis densos arboribus cē serunt: Itaq; sperandum est latere nos posse. Veruntta men si præmitas ante exercitum ex tuis aliquos expe ditos uiros: qui latronibus & numero & dolis similes sint: hi si in armenios ullos incidant: quos quidem con præhenderint: eos impediant: ne quid renuncient: quos uero nequeant comprehendere: eos longius insequātur quo aperte non possint totum aspicere agmen tuū: sed de furtis potius consultēt. Et tu quidem ita facito. Ego

autem cum primū illuxerit: dimidium peditū mecum habens omnisq; equites campestri itinere uidelicet continuo proficiscar ad regiam & siquidem obstiterit: pugnandum erit. Sin sese campo subduxerit: cursim erit insequendus. Quod si fugerit in montes: hic tum opus futurum est. ut qui ad te uenerint: eorum euadat nemo Existimato ita nos futuros qui feras indagantur in uenatione: te autem ut eos: qui sunt ad plagas. Illud igitur memineris oportere prius saltus obstruere: q̃ feræ moueantur. Eosq; latere opus esse qui sunt ad hos aditus ordinati: ne auertant delatas feras. Ac noli tu quidem rursus facere Chrysanta: quēadmodū quādoq; soles ob uenandi studium. Nam sæpe totā noctem in negocio somnū nō admittis. Sed est hoc tempore permittendum: ut uiri mediocriter cubent: dormire ut possint Neq; tu sane montibus soles errare: quod careas itineris ducibus. sed quacunq; feræ subducunt: hac transcurrens transire didicisti. At noli sic etiam nunc per loca difficilia trāsitu abruptaq; proficisci: sed ducibus tuis iube: nisi longe breuior uia fuerit: per facillimā ducāt. Quod enim agmen facillimū sit: idem est celerrimum. Nec etiam quia sis solitus per montes currere: uelis te cursus præstare ducem: sed ut te sequi possit exercitus mature ducito. Bonū etiam est: ut ex robustissimis aliq & alacerrimis uiris subsistant quandoq; atq; alios adhortentur. Sed ubi cornu prætenerit incitanda est acceleratio: ut omnes quo ad eos: qui ingrediuntur: currere uideantur. Hæc ubi chrysantas audisset: lætatus admodum Cyri præceptione animoq; elatus cœpit itineris duces. Et iis: qui secum erant profecturi: posteaquā iussi

ſiſſet faciunda: dedit ſe quieti. Sed ubi dormiſſet: quã tum uiſum eſt ſatis: ad montes proficiſcebantur. At Cyrus ubi illuxit: nunciũ ad armenium præmiſit: qui iuſſus eſt ita dicere. Cyrus o armenie ita ut facias, iubet ut quãprimũ uenias tributũ & exercitum habens. Quod ſi rogat: ubi ſum: uera dicito: quod in finibus. Sin rogat an ipſe uenio: hic etiam uera. Loquere: quod neſcis. Sin quæſierit: quot ſumus, iube: aliquẽ ipſe tecum ut mittat: ac diſcat. Nuncio igitur miſſo Cyrus hæc monuit: exiſtimans amicius ita eſſe: quam ſi prædicẽs nihil: proficiſceretur. Ipſe uero inſtructus quãm optime & ad peragendum iter & ad pugnandum: ſi opus fuerit pergebat. Iuſſit præterea militibus: ab iniuria abſtinerent: ac ſi quis in armeniũ quẽquam incidiſſet: eum moneret: ut & nihil metueret: et quiſquam pro uoluntate uænalia ferret: ubicunque ipſi forent: ſiue eſculenta uellent ſiue poculenta uendere.

LIBER TERTIVS

CYRVS IGITVR IN HIS erat. At armenius auditis quæ sunt a Cyro nunciata: perterritus est: se cum ipse cogitans: quod esset iniustus cum neq; tributum solueret: nec exercitum mitteret. Vehementissimeq; timebat quod uidendus esset muro cingendæ regiæ fecisse initium: qua satis esset ad repugnandum. Quare ob hæc omnia ueritus simul mittebat tum ad cogendas uires suas: tum iuniorem filium Sabarin in montes ac item uxores & suam & filij atq; filias: & ornatum quoq; atq; apparatum cum his preciosissimum mittebat: datis: qui eos deducerent. Ipse autem et speculatores simul mittebat in tutum: quid ageret Cyrus. & præsentis armenios instruebat: cum celeriter alij aderant: qui dicerent hunc ipsum Cyrum adesse una. Hic igitur non amplius sustinuit manū conserere: sed sese subtraxit. Quod ubi uidissent armenij: diffugerūt quisq; ad sua habitacula: ut qui uellent res suas procul portare. At Cyrus ut campū uidit discurrentiū & impellentiū plenū ad eos clam mittebat: inquiens eorum se nemini hostem esse: qui manerent. φ si quem cœperit fugientē: eo pro hoste se usurū. Itaq; plures restiterunt. Qui autem clam secesserant erant una cū rege. At ubi ij qui antecesserant una cū mulieribus: in illos incide

runt:qui latebant in monte:& clamoribus continuo cō plebant oīa:atq; eorū plures capti sunt. Demū uero & filius & uxores & filiæ simul cum pecuniis capiunt: quotquot una cum illis agebantur. Ipsorū autē rex ut sensit:quæ gerebantur:qua uerteretur ignarus:quendā in collem fuga se recepit. Quæ Cyrus itē intutus:collē cingit præsenti agmine.mittitq; ad chrisantam iubēs ut relicta montis statione ad se iret. Et agmen quidem cogebatur ad Cyrum:qui ad armeniū misso caduceatore: ita interrogabat. Dic mihi armenie:utrum uis istic manens cum fame sitiq; pugnare:an in planiciem descendis nobiscum manū conserere? Cui respondit armenius se cum neutris pugnam uelle. Ad quē rursus mittens Cyrus interrogat. Quid igitur istic sedes: & non descēdis? Quoniam inquit:quid me facere oporteat ambigo. Sed nihil inqt Cyrus ambigere te oportet. Nam licet tibi ad agendam causam descendere. Quis autem inquit:iudex futurus est? Videlicet inquit:cui deus etiā sine iudicio te uti dedit:ut uelit. Hic igitur armēius necessitate cognita descendit. Ac Cyrus & illo & aliis oībus illius rebus intra exercitum receptis:castra posuit: cum uires iam omnis simul haberet secū. Per id uero tēporis armenii filius ætate maximus. Tigranes ex peregrinatione quadam aduenit:qui fuerat olim Cyro conuenator. Hic rebus hiis auditis:ita ut habebat.continuo ad Cyrum proficiscitur. Sed ubi uidit patrem ac matrē sororesq; atq; uxorem suam captiuos factos:collachrymatus est;ut par erat. Cyrus autem illum intutus: alia in eum benignitate nulla est usus. Sed dixit. Venisti in tempore:ut de patre causam presens audias. Conuoca

batq; continuo persarũ ac medorum duces: & ad hos etiam acciebant: si quis aderat ex honestis armeniis: neq; amouit: sed audire permisit mulieres: quæ aderãt in rhedis: Atq; ubi idoneum fuit: dicere est aggressus. Et o inquit armenie primũ tibi consulo in causa loqui uera: quo tibi id unum desit: quod est odiosissimũ Namq; apertum mẽdacium: ut scis ĩpedimento est hominibus maxime ad ueniam consequendã. Dein conscii tibi sunt & liberi & mulieres hæ: quot quãtaq; gesseris: & armenii: q adsunt. Qui si te dicere senserint alia q̃ quæ feceris: putabunt te tua sententia damnatũ ad extrema patiunda omnia: si minus: quæ uera sunt: audiant. At interroga inquit Cyre: quod ipse uis. Nam horum gratia uera loquar: & fiat quodcunq;. Dic igitur: inquit mihi Gessistine olim bellum aduersus Astiagẽ matris meæ patrem aduersusq; medos alios? Gessi equidem. Ab eo autem uictus conuenisti ne tributum te daturũ, iturumq; in expeditionem: ubi iuberet: & munimina nõ habiturum? Hæc uera sunt. Nunc ergo quare neq; tributũ tulisti: neq; agmina misisti: & munimina muro cinxisti. Libertatẽ inquit cupiebam. Pulchrum enim mihi uidebatur: & me liberũ esse: & liberis meis libertatẽ relinquere. Et enim pulchrũ est: inquit Cyrus: pugnare quo nunq̃ sit futurus quis seruus. Quod si aut bello quis uictus: aut alio quoq; modo in seruitutẽ actus: moliatur hero seipso priuare: hunc tu primus dicito: utrũ ut bonum uirum honores honesteq; agentem: an ut iniustum: quem ceperis: supplicio afficias. Afficiam inqt supplicio. Nam mentiri me non sinis. Dic igitur liquido inquit Cyrus: sigillatim. Si quis tibi in magistra

tu fuerit:& errarit:utrum eum finis magiſtratũ gere re:an alium eius loco conſtituis. Alium inquit cõſtituo Quid ſi grandẽ habeat pecuniam:ſinis eum diuitẽ eẽ an pauperem facis. Aufero inquit,quæ habeat. Sin eti am ad hoſtes eum deficere intelligas:quid facis. Interi mo:inquit. Quid enim eſt opus mendacij me potius ar gutum,q̃ uera dicentem mori. Hic eius filius hiſce au ditis tiarã diſcerpſit:peploſq́;diſcidit. mulieres uero uo ciferantes laniabantur perinde:atq; mortuus eſſet pa ter:& ipſe iam periſſent. Et Cyrus eas tacere cum iuſ ſiſſet:rurſus iquit:de his ſatis. Hæc igitur iura tua ſunt armenie. Nobis autem quid ex his faciundũ conſulis. At quæ tacebat armenius:dubius is quidem utrum Cy ro conſuleret. Nũ ut ſe iterimeret:an ijs contraria doce ret:quæ ipſe dixerat ſeſe facere. At filius eius Tigra nes interrogat Cyrum inquiẽs:dic mihi Cyre:quoniã pater uidetur ambigere:uis ne ea de ipſo conſulã:quæ tibi optima eſſe reor. Et Cyrus quoniã accœpiſſet quo tempore Tigranes ſecum uenabatur.ſophiſtam ei fuiſ ſe familiarem atq; admirationi habitũ percupiebat au dire:quid dicere tãdem uellet:Itaq; impigre iuſſit ut diceret:quod ſentiret. Ego igitur ĩquit Tigranes. ſi qui dem tu probas in patre uel quæq; conſuluit:uel quæq; geſſit:ut hunc imiteris. plurimũ tibi conſulo. Quod ſi tibi uidetur peccaſſe omnibus in rebus:conſilium meũ eſt. ne hunc imiteris. Ergo inqt Cyrus ſi faciam iuſta minime peccantẽ imiter? Sane ĩquit. Supplicio igitur afficiũdus ſit pater tuus pro tua ratione ſi quidẽ iuſtũ eſt iniuſtum afficere ſupplicio. Vtrũ autẽ cenſes Cyre melius eſſe aut ad tuam utilitatem cruciatum fieri aut

Acuta [illegible] Cyri et T[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] libertatem Ar meni[illegible].

ad tuum detrimentũ? Ergo meipsum inquit hoc pacto cruciarem. Atqui plurimũ tibi noceres: si tum tuos interimis: cum eos comparere tibi sit faciundum plurimi. At quo pacto sint homines plurimi faciundi: cum deprahendantur iniusti? Si quando mea sententia fiant sapientes. Videtur enim mihi Cyre ita habere. Sine sapientia quidem neq; alias uirtutis ullam esse utilitatẽ. Quid eñ q̃sq; utatur robusto forti ue: si insipiẽs fuerit Quid eq̃stri? Quid diuite? Quid potestatẽ hñti i ciuitate? Vna cum sapientia & amicus quisq; est utilis et seruus omnis bonus est. Hoc igitur inquit dicis quod etiã tuus pater hoc uno die ex insipienti factus est sapiens Valde quidem. Affectum ergo tu animi esse dicis sapiẽtiam quemadmodum ægritudinem: non disciplinam. Haud enim si uidelicet prudentem fieri oportet: qui futurus sit sapiens: continuo ex insipienti sapiens quisq̃ fiat. Quid autem inquit Cyre nondum sensisti etiam unũ uirũ ob insipiẽtiã inire cum eo pugnam: q̃ se fortior sit uictus cessasse continuo a sua in hũc insipiẽtia? Nondum item ciuitatem uidisti aduersus alteram ciuitatem instructam ad pugnã: quæ uicta cũ fuerit. huic continuo pro pugna obediẽtiã præstat? Quem autem inquit Cyrus patris conflictum dicens nixius asseueras adeo ipsum esse sapientem effectum. In quo inquit me hercule sibi cõscius factus est: quod ꝓ libertate: quã cupiebat: seruus sit factus: ut antea nunq̃. Quæ autem putauit latere oportere aut præuenire aut propulsare horum nihil potuerit efficere. Te autem nouit cum uoluisti eum decipere: ita decepisse: quẽadmodum si quis cæcos ac mutos, nulliusq; sensus, atq; mentis hoĩes deci

peret. Quæ uero putasti latere oportere ita a te occulta esse nouit: ut que sibi putabat loca parasse munitissima: hæc ei tu carcerem clam antea struxeris. Tāta autē celeritate cum supasti: ut a loco longe distanti cū magnis copijs profectus: prius assequereris: q̄ hic uires apud se suas coegerit. Dein uidenturne tibi inquit Cyrus talis conflictus satis esse: qui homines reddat sapiētis ad alios cognoscendos qui sint se meliores? Longe quidem magis inquit Tigranes: q̄ cum quis pugna sit uictus. Nam corporis uiribus superatus interdum putauit fore: ut corpore exercēdo repugnaret. Et urbes captæ arbitrantur assumptis socijs repugnatū ire. Quos autem melioris sese aliqui dixerunt. His plerumq; etiā non coacti libenter parent Tu quidem uideris non existimare homines contumeliosos eos noscere: qui se sint tēperantiores: neq; fures illos: qui non furantur: neq; mētientis: qui loquuntur uera: neq; iniustos: qui iusta quæ sunt: faciunt. An es ignarus nunc quoq; patrem tuum esse mentitū: neq; constanter obseruasse: quæ nobiscum conuenerat: nequaquam is quidem nescius nos eorū nihil omino esse transgressos: quæ Astyages conuenisset At nec ego: iquit Tigranes: hæc dico solam meliorū cognitionem sine ulla pœna a melioribus inferenda reddere homīes prudentis: quemadmodū nūc meus pater dat pœnas. Verū tuus pater: inquit Cyrus: nullū prorsus adhuc passus est malum: qui socio admodum timet ne extrema omīa patiatur. Num igitur quicquā putas: inquit Tigranes: magis homīes sibi subijcere: q̄ uehementem metum. Num es nescius eos qui ferro percutiuntur: quod supplicij genus putatur ualidissimū: rur

ſus etiam uelle aduerſus eoſdem pugnare? Quos autẽ uæhementer homines metuerint: ad hos ne ſi conſolentur ſe quidem poſſunt etiam oculos conuertere? Dicis tu: inquit: metum maiori ſupplicio eſſe hoibus quã ſi re ipſa male afficiantur. Actu quidem noſti: inquit Tigranes: me uera dicere. Scis enim eos: qui metuunt exilium patriæ: quiq; pugnaturi timent: ne uincantur: degere in animi acerbitate. Et eodem modo qui nauigant: ne patiantur naufragium: & qui ſeruitutem ac tributũ metuũt: hoſce neq; cibum poſſe neq; potum capere propter metum. Qui iam uero exules ſunt: & qui uicti: et qui ſerui: poſſunt interdum magis etiã: q̃ felices ipſi & cõedere & dormire. Eſtq; manifeſtius etiam in hiſce metum eſſe ueluti onus quoddã. Aliqui enim metuẽtes: ne ſi capti fuerint: mortem dent: prius ob metũ moriuntur: alĳ iaciẽtes præcipites ſeipſos: alĳ laq̃o ſuſpendentes: alĳ iugulantes uſq; adeo metus rerum omniũ horribiliũ maxĩe aĩos pterret. Meũ uero patrẽ: quo nũc putãs aĩo affici ꝗ nõ mõ de ſua: uerũ & de mea: & de uxoris: et de omniũ liberorum ſeruitute metuit? Ad hæc reſpondit Cyrus. atq; pater hic tuus ita nũc afficiatur: facile equidem crediderim. Nam eiuſdem uiri eſſe uidetur mihi & in ſecundis rebus uti contumelia: & in aduerſis aĩo conſternari celeriter: & rurſus item ſi quid reſpirarit animo efferri: ac iterum moleſtũ ſe præſtare. Sed ita eſt profecto Cyre. Noſtra quidẽ errata in cauſa ſunt: quominus credatur nobis. Uerum tibi licet caſtella muris cingere: & quæ munita ſunt continere. & aliud fidei pignus capere: quodcũq; uelis. ac nos ſane habebis: qui hæc feramus haud iniquo admodũ aĩo.

Meminerimus enim: nos harũ rerũ esse auctores. Q́d si cũ illorum: qui nihil deliquerint. regnum tradas: ac fidem eis non adhibeas: uide: ne simul & benefaci as: & illis amicus nõ existimeris. Sin rursus odiũ cauẽs minus eis iuga imponas: quo a contumelia abstineant uide ne illi denuo corrigendi etiam sint magis: q̃ nos nunc fuerimus. Sed ita inquit Cyrus per deos immor talis huiusmodi ego ministris nõ libenter mihi uidear uti: quos sciam necessitate ministrare. Quos autem no rim beniuolẽtia amiciciaq́ mea quod opus est: capesse re, Hi mihi uidentur etiam si peccarint facilius ferẽdi q̃ ii qui me exosi omia cumulatissime necessitate præ stant: Ad quæ Tigranes respondit amiciciam a quibus unq̃ tantam capias: quantã a nobis comparare nunc potes? Ab illis inquit mea sentẽtia: qui mihi hostes fue re nunq̃ si uelim in eos esse beneficus: ut ipse nunc iu bes: uobis benefaciam. Num etiam possis inquit Cyre quenq́ hoc tempore inuenire: in quem tanta utaris be neficentia. quanta in patrem meũ; Si quem uiuere nũc sinas: qui nulla in te sit usus iniuria quã eum tibi pu tes gratiam habiturum? Quid etiam: si eius liberos & uxorem non auferas? Quis te huius rei gratia amabit magis: q̃ qui putat iure sibi auferri debere? Regnum uero armeniorũ si minus habebit: scis ad aliũ q̃ ad nos dolorem peruenturum. Itaq́ ex hac re perspicuũ est in quem maxime dolor peruenit: si rex non fuerit: hunc ac cepto imperio maximã tibi gratiam habiturum. Quod si tibi curæ est: ut hasce res abiens relinquas pacatissi mas: considera: utrum putes habere quietius nouo ne in cipiente imperio an permanente usitato? Sin est tibi

curæ:ut q̃ plurimũ exercitum educãs:q̃ magis existi
mas hunc recte scrutari:q̃ qui sæpe eo est usus? Si præ
terea pecuniis opus fuerit:quem has cẽseas melius pa
raturum q̃ qui & nouit:& quæ sunt:eas habet omis.
O Cyre uir optime caue:ne si nos amiseris : maiori ti
bi sis detrimento q̃ pater tibi potuerit nocere. Tigra
nes in hunc modum locutus est. At Cyrus hæc audiens
mirifice lætabatur. q̃ putaret sibi ad exitũ euenire oĩa:
quæcũq̃ Cyaxari fuerat pollicitus sese acturũ. Memi
nerat.n.dixisse futurũ se putare: ut faceret armeniũ ei
amicũ:magis q̃ eẽt ãtea. Exhic armeniũ rogat. Si hæc
igit̃ uobis credidero:dic tu mihi armenie: quãtũ mecũ
mittes exercitũ:& quãtũ pecuniarũ ĩ bellũ cõferes? Ad
hæc ait armenius. Nihil habeo Cyre simplicius tibi di
cere: neq̃ iustius:q̃ ut tibi declarẽ potẽtiã omnẽ meã:
quã ipse cũ uideris:quãtũ tibi uisu; fuerit:exercitũ agi
to:relicto hic regni præsidio. Itidem etiam de pecuniis
iustum est:tibi declarẽ:quanta mihi sit quantitas. Qui
bus tu cognitis:accipies:quantum uolueris:ac item mi
hi reliques:quãtum libuerit tibi. Et Cyrus inquit:age
igitur dic mihi:quantæ tibi sunt copiæ:dic etiam quan
tum pecuniarum. Hic inquit armenius. Equites arme
niorum sunt ad octomillia:pedites uero ad quadragin
tamillia. At pecuniæ una cum thesauris quos reliquit
pater:sunt in argentum supputatæ plures q̃ triamil
lia talenta. At Cyrus nihil cunctatus inquit. Exercitus
igitur quoniã chaldæi finitimi aduersus te bellnm ge
runt:dimidiũ mecum mitte. Ex pecuniis uero pro talẽ
tis quinquaginta:quæ ferebas tributo:duplum Cyaxa
ri soluito:quoniã ea soluere desieris. Mihi uero alia ta

Acer Cyri inge
nium in deliberando.

lēta centū dato mutuo:pro quibus ego tibi polliceor si mihi deus benignus fuerit me aut maiora in te beneficia collaturū: aut pecunias ipsas:si sit facultas:dinumeraturum. Quod si facultas defuerit:impotētiæ meæ sententia:non iusticiæ damnandus iure uidear. Et armenius per deos inquit Cyre:noli ita loqui. Alioquin nulla mihi erit in te fiducia sed existimato:quascunq; mihi pecunias reliqueris nō secus tuas esse q̄ quas habeas tecum abiens. In rem bonam inquit Cyrus. At ut recipias uxorem:quantum mihi pecuniarum des? Quātūcunq; equidem possim:quid uero ut recipias liberos? Et propter hos inquit armenius:quantūcunq; mihi facultas sit dare. Hoc pacto inquit Cyrus hæc sunt plures duplo q̄ habeas. Tu aūt inquit:dic mihi Tigranes:quāti emas:quo recipias uxorem? Hic uero & nuper uxorem duxerat:& eam mirifice amabat. Equidem inquit o Cyre oīa emam:quo hæc nunq; famuletur. Tu igitur inquit Cyrus abducito uxorem tuam:nec enim fecisse hanc captiuam puto:cum ipse nūq̄ a nobis fugeris. Et tu quoq; armenie & uxorē tuam & filios tecum age. eorum nemine relicto:quo uideant se abire ad te liberos. Et nunc apud nos cœnate:cœnati uero abite:quo uobis libet. Ita igitur manserunt:illis autem discunbentibus post cœnam. Cyrus dic mihi inquit Tigranes uir ille ubinam est. qui nobiscum una uenabatur:& quem ipse admirari plurimū uidebare. Non ne inquit eū pater hic meus interemit? Ob quam inquit Cyrus:iniuriam? dicebat habeo me uiciari. q Cyre ita erat honestus ac bonus:ut etiam cum esset moriturus me ad se uocarit:inquiens. Noli Tigranes quicq̄ succensere patri de

morte mea. Non enim nulla maliuolētia hoc facit: sed imprudentia: quæcunq; v… per imprudentiam ab hominibus delinquuntur: hæc… mnia esse arbitror inuita. Ad hæc inquit Cyrus: heu illi uiro. Sed armenius ita dixit. O Cyre neq; ij: qui suis cum uxori… s adulteros comprehendūt ob hanc causam eos interficiūt: quod illas reddant impudicas: sed quia ipsos existimāt ab eis auferre caritatem erga uiros. Itaq; ijs ut hostibus utūtur. Ita et ego illi inuidi: quod facere uideretur: ut filius meus se magis q̄ me patrem admiraretur. Ad quæ inqt Cyrus. Sed ita per deos armenie uideris mihi humana perpetrasse errata. actu Tigranes patri ignosci to. Cum talia illi tum disseruissent: & perbenigne essent excepti: ut par erat: ex recōciliatiōe in rhædas una cum uxoribus ascendentes abibant læti. Cunq; uenissent domum: narrabant Cyri alius sapientiā: alius constantiam. alius mansuetudinē alius etiam pulchritudinem atq; magnitudinē. Hic igitur Tigranes quærebat ex uxore. Num etiam inquiens tibi armenia Cyrus uidebatur esse pulcher? At illum ædepol inquit non spectabam. Sed quem inquit Tigranes spectabas? Illū eca stor inquit: qui dixit se anima sua fuisse empturū seruitutem meā. Et tum sane: ut erat cōsentaneū: post huiusmodi uerba inuicē quiescebāt. Postridie uero illius diei armenius & ad Cyrum & ad exercitū uniuersum dedit hospitalitatis munera. Suis autē quos ire in expeditionē oportebat pronunciauit. in tertiū diem ibi adessent. Et quas pecunias Cyrus dixerat: duplicatas eas dinumerauit. At Cyrus quot iusserat: accœptis: alias remisit. Quærebatq;: uter esset ducturus agmen: filius ne

an ipse? Respõderũtq; uterq; simul: & pater quidẽ ita. quæcunq; ipse iubebas at filius ita. Equidem ipse abs te: Cyre nõ abero: ne si sarcinarius quidẽ sim secuturus Cui aridens Cyrus. Quanti inquit æstimares: ut uxor tua esset auditura te sarcinam ferre? At minime opus erit: ut audiat. Agam enim. Itaq; uidere licebit ei: quicquid geram. Tempus instruẽdi sit nobis inquit Cyrus Existimato inquit Tygranes: instructos adfore: quicquid dederit pater. Et tum quidem numerati milites dederũt se quieti. Postero autem die Cyrus Tygrane ac fortissimis medorũ equitibus acceptis & ex amicis suis quot oportuni uisi sunt: regionem obequitans cõspicabatur: considerabantq;: ubi castellum muro cingeretur Et ubi uenisset in uerticem quendam: interrogabat Tigranem: qui essent ij montes: unde chaldæi decurrẽtes prædarẽtur? Quibus a Tigrane ostensis: quærebat rursus. Num in his mõtibus solitudo agitur? Non me hercule respõdit: sed in illis speculatores sunt semper: qui alijs significãt: quicquid uideant. Quid igitur: inquit faciũt ubi senserint? Auxilium laturi eunt ad uertices: quisq; pro uiribus. His Cyrus auditis ubi cõsiderasset: audissetq; multum agri esse armenijs & desertum & incultum propter bellum tum quidem & ipse & cæteri ad castra redierunt. & ubi cœnati sunt: quieti se dederũt, Postridie uero & Tygranes ipse instructus aderat. & equites ad quattuor millia cogebantur ei & sagittarij ad decemmillia & tãtumdẽ scutatorũ. At Cyrus interea dum ij colligebantur: sacrum faciebat. Sed posteaq; litauit: persarum cõuocati atq; medorũ duces ubi simul fuere: talibus eos alloquitur. Viri amicissimi

mõtes hi quos uidemus: sũt chaldeorũ. Hos si occupa uerimus: fecerimusq; castellũ ĩ uertice: necesse sit: ut utriq; & armenij & chaldæi ad sanitatem erga nos rede ant. Et sacrificia quidem nobis bene habent. Humana uero audentia ad hæc agenda nõ ita nobis magno erit auxilio: ut celeritas. Nam si occupatũ eo ascenderimus prius: q̃ hostes cogantur: aut sine pugna omnino capia mus uerticẽ: aut: & paucis utamur & imbecillis hosti bus. Laborum autem nullus est neq; facilior neq; tuti or: q̃ ut nunc constanter acceleremus. Ite nunc ad ar ma. Et uos quidem medi pergite nobis ad læuam. Vos autem armenij dimidiati pars ad dexteram: pars ante nos ducite. at uos equites post nos sequimini hortãtes: & urgentes nos sursum. Quod si quis molliorem se præstiterit: ei aduersamini. His dictis Cyrus antecede bat rectos manipulos ducens. At chaldæi ubi nouerunt impetum sursum fieri: & id continuo suis significa bant: & una clamore inuicem sublato cogebantur. Cy rus autem ita monebat. Viri persæ nobis accelerãdum esse significant. Nam si sursum anteuerterimus: hostes poterunt nihil. Habebant autem chaldæi cratis & tra gulas duas: dicebanturq; esse hominum illius regionis bellicosissimi. Et stipendio merent: cum his cuiq; opus est: quoniã sunt & bellicosi maxime & pauperes. Et enim regio est ijs & montuosa & breuis: quæ pecuni as habeat. Vt autẽ Cyri milites propius facti sunt mõ tium fastigia. Tigranes una cum Cyro proficiscens ait Num Cyre nosti nobis ipsis q̃ primũ esse pugnandũ: cum armenij: non sint eiusmodi: qui hostes sustineant? Ac respondens Cyrus hoc se non latere: persas monuit

ſeſe inſtruerent: ꝙ eſſet q̄ꝫ primū in ſequendū: cum ſub-
ter fugientes armenij hoſtis chaldæos prope nos ſub-
duxerint. Talis igitur duces ſe præſtabāt armenij. Qui
autem aderant ex chaldæis: ut prope armenij facti ſūt
confeſtim in eos ululantes ut conſueuerāt: curſim fe-
rebantur: quos armenij ut ſoliti erant: minime expecta
bant. Vt autem fugantes illos chaldæi uiderunt obui-
os hoſtis qui ſurſum tenderent: gladios ferre: alij qui-
dem eis appropinquātes ſtatim mortui ſunt: alij fuge-
runt: etiam quidam capti ſunt. Curriculoq́ꝫ montiū ca-
cumina capiūtur. Quæ ubi Cyri milites tenuiſſent: &
chaldeorum habitacula deſpexerunt: & eos ex proxi-
mis habitaculis fugere ſenſerunt. At Cyrus: ut milites
omnes conuenerunt: prandiū præcepit. Qui ubi pran-
derunt: ipſeq́ꝫ didiciſſet: ubi ſpeculæ chaldæorum erāt
Locum eſſe & munitū ac tutum aquiſq́ꝫ abundantē. ibi
continuo caſtellū: muro circundabat: iubebatq́ꝫ Tigrani
ad patrem mitteret iuberetq́ꝫ: ut ad ſe iret: ſecum addu
ctis. quotquot eſſent: & fabris & architectis. Ad arme
nium quidem abibat nuncius. Cyrus uero cum ijs qui
aderant murum ſtruebat: cum per id temporis ad eum
adducunt captiuos uinctos & aliquos etiam uulnera-
tos. Quos Cyrus ut uidit: uinctos continuo ſolui iuſſit
ſaucios autem uocatis medicis: curandos īperauit. De in
uero dixit chaldæis ueniſſe ſeſe neq́ꝫ ꝙ cuperet illos ꝑ
dere: neq́ꝫ ꝙ eſſet ſibi opus bello: ſed quoniam uellet in
ter armenios pacem facere & chaldeos. Priuſq̄ꝫ tenerē
tur cacumina: ſcio inquit uobis pace opus non fuiſſe: ſe
cure enim habebāt res ueſtræ: ſed armeniorū bona age
batis ferebatiſq́ꝫ. Nunc autem uidetis aliquando: qua

estis conditione. Itaq; ego uos dimitto domum & reliquos captiuos, uobisq; alysq; chaldæis tempus do consultandi siue nobiscũ uultis belligerare: siue amici eẽ. Et bellum si gerere optatis: nolite huc iermes ire: si sapitis. Sin uobis arbitremini pace opus esse uenite sine armis. Vt autem res uestræ bene habeãt: si amici fueritis: mihi erit curæ. Quibus auditis: chaldæi Cyrũ cum multis laudibus extulissent: essentq; iucundissime complexi: domũ abiere. Sed armenius cum audisset a Cyro uocari sese: & q̃d ab eo ageretur: acceptis fabris et rebus alys quotquot usui fore arbitrabatur: uenit ad eũ: q̃ poterat celerrime: quo quidẽ uiso dixit Cyre: ut pauca de futuro cum nos hoĩes prospicere possumus: multa agere aggredimur. Nunc enim ipse moliri libertatẽ aggressus: factus sum seruus: ut antea nunq̃. Cum uero capti sumus: certo perisse arbitrati: nunc ut alias nũq̃: salutem perspicue sumus adepti. Qui enim nunq̃ cessabant multis nos malis afficere: his ego nunc eẽ uideo: ut optabam. Et hoc uelim: ne te lateat Cyre fuisse me ad abigendos chaldeos ex his uerticibus multo pluris daturum pecunias: q̃ istas quas tu nũc habes ab me Et quibus bonis pollicebaris nos affectum ire: cum accipiebas pecunias: eam iam prestitisti. Itaq; nouimus alias tibi debere gratias: quas tibi si boni uelimus esse pudeat nos sane non referre: cui etiam si referamus nihil tamen pro dignitate facere ne hoc quidem pacto erga uirum adeo beneficiũ reperiamur. Et armenius quidẽ hæc dixit. At chaldæi rogatum uenerunt ad Cyrum: sibi ut pacem faceret: quos Cyrus interrogabat inquiẽs ob aliud ne chaldei quicquam pacem cupitis: q̃ ob hoc

ius rei causam:quod existimetis securius posse uitā agitare pace facta q̃ si bellum geratis? Quoniā hæc habemus dixerunt chaldæi. Et Cyrus inquit:quid igitur si alia etiam bona uobis ex pace aduenientur? Magis uē lætemur respōdere. Sed quid nam aliud inquit? Num quia boni agri caritudie pauperes existimamini. Etiā propter hoc confessi sunt. Quid igitur inquit Cyrus. Velletisne tantum soluentes tributi:quantum armenij soluunt:uobis liceret tantum colere agri armenij:quantum uelitis. Modo respondere chaldæi: credamus fore ne quid iniuriæ patiamur. Quid uero tu Cyrus inquit armenie. Vellesne id agri:quod nunc est incultū:ab his coli:si constitutas apud te pecunias soluerint. Respondit armenius:pluris sane hoc emerem:cum census multum augeretur. Quid autem uos chaldei. quoniam uobis boni sunt montes:num sinere uelletis armenijs hos montis esse pasturæ si uobis pastores:quæ iusta sunt soluerint. Valde chaldæi responderunt. nam si nullo labore magnam ad sese utilitatem peruēturā. Tu autem armenie uellesne pascuis horum uti:si pro parua chaldeorum utilitate longe maiorem ipse utilitatem esses consecuturus. Et ualde id quidem:si pasturā mihi securam arbitrarer. Igitur inquit Cyrus:secure pasceretis:si uertices auxilio haberetis. Ita est:inquit armenius. At per Iouem dixere:chaldæi:nequaq̃ secure nos agrum coleremus:& non modo horum agrum:sed ne nostrū quidem:si hi cacumina possiderent:sed quid rursus inquit si cacumina uobis cēnt auxilio. Ita nobis chaldei respōderunt:bene esset. Sed mediussfidius inquit armenius: nobis rursus nequaq̃ bene foret. ubi hi rursus cacumi-

na eēnt accepturi: præsertim cincta muro. Atq; Cyrus inquit. Ita igitur ego faciam. Neutris uestrum uertices tradam, sed eos nos custodiemus. & utri uestrũ alteris iniuriam faciant nos cũ iniuriam passis futuri sumus. His autem auditis utriq; rem laudarunt: dicentes hoc modo duntaxat pacem futuram stabilem. Et ad hæc ob seruanda dederunt omnes acceperuntq; fidei pigno-ra: utq; utriq; ab inuicem liberi essent: conuenerunt ute renturq; inter sese connubijs & culturis et pasturis & cõmuni societate: si quis in alterosc unq; esset iniustus. Ita per id temporis est peractum. Atq; hac etiam tem-pestate: quæ tum fœdera sunt percussa inter chaldeos: & regem armeniorum: ita perdurãt. Cæterũ posteaq̃ fœdera sunt percussa utriq; continuo castellũ tanq̃ cõ mune muro impigre cingebant & in id res necessari-as congerebant. Sed ubi aduenit uespera: Cyrus utros-q; apud se cœnaturos ut iam amicos conuiuio excipie-bat. Iis autem una discumbentibus dixit unus ex chal-dæis hæc alijs quidem suis omnibus optabilia existere: uerum esse chaldeos quosdam: qui uiuerent ex præda: nescirentq; terram colere: ac ne possent quidem: assueti ex rebus bellicis uitam degere. Prædabantur enim sem per: merebantq; stipendo sæpe apud indorum regẽ: nã illũ aiebant uirum esse opulentissimũ: sæpe etiã apud Astiagen. Et Cyrus inquit. Quid igitur nõ etiam nũc apud me stipendio merent? Ipse enim dabo: quantũ q̃s alius plurimũ nunq̃ stipendium dedit. Cui consense-re multos etiam fore: qui uelint. Et hæc quidem tandẽ ita conuenta sunt. At Cyrus cum audisset chaldæos sæ pe ad regem indorũ ꝓficisci: recordatus uenisse quos

ab eo speculatum in medos res medicas:abissetq; ad hō stes:quo rursus res eorum explorarent:uolebat ut quas ipse res gesserat indus disceret.itaq; cœpit ita loqui. O armenie & uos chaldæi dicite mihi.si quem ego ex meis ad indum mitterem:mitteretisne mea causa ex ue stris aliquos:qui ei et itineris duces essent atq; unā age rent:ut quæ uolo nobis ab indo fierent? Ego enim uel lem:ut grandior etiam pecunia nobis fieret:quo et sti pendium dare possim abunde : quibus debeam & mi lites honorare atq; munerare pro dignitate. Horum igitur causa mihi sit uolo maxima pecuniarum copia. His autem opus esse duco si uelim quod libēter cupio pecuniis uestris parcere. Amicos enim uos mihi iam ar bitror. Ab indo autem libenter acciperem:si daret. Ita q; nuncius:cui uos iubeo dari duces esseq; adiutores ge rendi negocii:illo cum uenerit:ita dicet : Inde Cyrus me ad te misit:qui ait quoniā alium exercitum domo ex persis opperitur:maiore sibi pecunia opus esse. Et enim eum inquit opperior. Quare si ad eum miseris: quantum pecuniæ possis cōmode:si deus ei bonū exitū dederit enitetur.ita facere:ut existimes bene tibi esse cō sultum:quod munificus in se fueris. Et hæc sane uerbis meis exponet. Vos autem mandate uestris nunciis quod ad rem conducere arbitramini. Et si quidem ab eo pecu nias cæperimus:his utemur copiosius. Sin minus cœ perimus:intelligemus nullam a nobis ei gratiam de beri. Quinimo licebit nobis illius causa omnia facere ad nostrum emolumentū. Hæc Cyrus locutus est:futu rum putans:ut armenii chaldæiq; nūcii eiusmodi uer ba de sese facerent:qualia de se ipse cupiebat ab omni

bus hominibus & dici & audiri. Et tum tandem: cum res bene haberet: soluto cōuiuio: dederunt se quieti. Sed postero die tum Cyrus nuncium mittebat: ei mandans quæcunq; dixerat: tum armenius chaldæiq; una miserunt: quos maxime idoneos existimabant & ad agendum pro Cyro: & ad dicendū: quæ cōueniret. Ex hinc autem Cyrus cū muniisset castellū & præsidio: quātū sat erat: et rebus necessariis oībus: atq; iis principē reliquisset medū: quē Cyaxari putasset maxie gratū eē abiuit abducto secū exercitu: et q̄stū hūerat uemens: & quē ab armēiis assumpsit & quos milites accepat a chaldæis ad quattuor millia: q̄ putabatur cunctis aliis præstare. Vt aūt descēdit in agrū habitatū: armenius nemo neq; uir neq; mulier intra ædis se continuit: sed oēs obuiam facti sunt: lætitia ob pacem exultantes ferentesq; & agentes: quod quisq; habebat preciosum. Neq; armenio hæc molesta erant. quoniā existimaret ita Cyrum delectari: magis: quod honoraret̄ ab omnibus. Sed ad postremū armenii etiam uxor occurrit filias secum habens & iuniorem filium: quæ una cum aliis donis portabat etiam aurum: quod, prius accipere Cyrus noluerat: Id Cyrus ubi uidit: Vos me: inquit: non facietis. ut mercedis gratia obequitās sim beneficus. Sed tu o mulier abi. & quas ad me fers pecunias. tibi habe: easq; no lito amplius armenio defodiendas dare. Tuum autem filium pulcherrime istis a te ornatum in expeditionē emitte. At reliquas pecunias habeto & tibi ipsi & uiro & filiabus ac filiis q̄ iis seruatis pulchrius etiam ornabimini & ætatem agitabitis iucundius. Nam in terram satis sit corpora defodere cum quisq; diem obie

rit. Cyrus hæc loquutus abequitauit: quem armenius. & reliqui omnes homines deducebant eum beneficũ iterum atq; iterũ appellantes & uirum bonũ. Hæcq; faciebant: donec eum ex armenia emiserunt. Misit itẽ ad eum armenius maioris copias: quoniã domi pax eẽt Ita igitur abijt Cyrus non solũ ditatus pecunijs: quas accepit: ß multo pluribus paratis ob suos mores: quas cum opus foret acciperet. Et tum q̃dem intra confinia est castrametatus: Postridie uero illius diei & agmen & pecunias ad Cyaxarem misit. Nã propinquus erat ut dixerat. Ipse autẽ una cum Tigrane optimatibusq; persarum uenabatur ubi feras offenderet. atq; lætabatur. Sed ubi uenit in medos. ex pecunijs dedit suis ordinum centurionibus: ut existimabat cuiq; satis esse: quo etiam ipsi honorare possent si quos sub sese ducerent. Putabat enim si quisq; partẽ faceret laude dignam: totum sibi pulchre habere. Atq; ipse quoq; si quid usquã uideret pulchrũ pro exercitu: hoc adeptus uiris dignissimis dono dabat. ratus ille quidẽ ea sibi oĩa ornamento esse: quicquid pulchri milites boniq; haberent: cum uero militibus ijs tribueret: quæ ceperat: in medium centurionum ordinum primipilorum: & omniũ quotquot honorabat. His quasi uerbis est usus. Viri amicissimi uidetur nobis quædam nunc adesse lætitia & quod opulentia quædam est addita & quod ea habemus: quibus honorare poterimus: quos uelimus & honorari quoq; pro dignitate cuiusq;. Omnino autem reminiscamur ꝗ quæ qualiaq; opera horum fuere bonorum causa: Nã si nobiscum uelitis animo uoluptates inuenietis & uigilasse ubi oportebat: & laborasse accelerasseq; & ho

stibus nō cessisse fuisse i causa. Sic igitur est opus prae stetis uosmetipsos in posterum uiros fortis: illud sane intelligentes: magnas uoluptates maximaq; bona prae beri obedientia constantia tempestiuisq; & laboribus: & periculis. Et cum Cyrus intelligeret milites robu stis esse corporibus ad militiae labores tolerandos. esse q; animis infractis ad hostis contemnēdos: scire etiam singulos. quae suae forent armaturae accōmodata: cunq; omnis intuerentur paratissimos ad parendū superiori bus. Hinc igitur cupiebat iam res aliquas praeclaras in hostis gerere. presertim cum nosset in cunctando saepe solere principibus ex pulchro etiam apparatu aliquid uariari. Videns praeterea quibus in rebus milites con certarent illos habere ambitiose: pluris quoq; inuicem sibi inuidere. Ob haec etiam eos in hostiū agrum uole bat q̄ primū educere. quippe qui nosset cōmunibus pe riculis fieri: ut socii benigne inter sese habeant: & non amplius hac i re neq; armis uiris ornatis inuidēt neq; gloriae cupidis: an potius huiusmodi milites et laudāt illos & amplectuntur: qui sui sint similes: q eos existi mēt boni publici adiutores. Sic igitur primū armauit exercitū. instruxitq; q̄ potuit: & pulcherrime & op time. Dein conuocauit praetores: qui militibus decē mil libus praesunt: & militum tribunos: & ordinū centu riones & primipilos. Hi enim absoluti erāt ab exerci tus ordinarii numero. Cunq; aut imperatori audire: aut quicquam praecipere oporteret: nihil sine superio re relinquebatur: sed per duodenarios & sexcuriones relicta omnia componebantur. Sed ubi tempestiui qui uocantur: conuenerunt: iis Cyrus adactus ostendebat:

quæ bene haberent: docebatq; qui quæq; res ad mutuũ auxiliu; esset ualida. Et illos postea q̃ amore incẽdit iam ad aliquid faciundum: ait eis abeundũ nũc esse ad suos ordines: & ut quisq; suos edoceret quæ a se illi di dicissent omĩsq; accendere studerent cupiditate bellãdi quo ingenti omnes aĩo ad iter mouerentur utq; adessent mane ad Cyaxaris ianuas. Tũ igitur abeuntes egerunt ita. Sed postero die ubi illuxit: adfuerũt tempestiui ipsi ad ianuas. Vna cum his Cyrus igressus ad Cyaxarem: cœpit ita loqui. Non equidem nescius sum Cyaxares quæ a me dicenda sunt: ea tibi iam diu nihilominus uisa esse q̃ mihi. Sed pudet te fortassis ea dicere: ne iudearis idcirco de educendo exercitu facere mentionem: quoniã moleste feras nos alere. Quare postea q̃ ipse taces: loquar ego & tua & nostra causa. Nobis cũ uidetur omibus: ne posteaq̃ parati sumus: tum pugnemus: cum hostes in agrum tuũ impetum fecerint: neq; in amico sepentes solo hostis expectemus: sed in illorũ potius regionẽ ipsi irruamus. Nunc enim cum in tuo sumus agro: magnum rebus tuis uel inuiti detrimẽtũ inferimus Quod si in hostilẽ eamus terram male res illorum q̃ libentissime afficiemus. Prætereã abs te ipsi nunc alimur: magna tua cum impensa. Si aduersus hostis eduxerimus exercitum: ex illorum agro alimẽta capiemus. Insuper si maius nobis illic q̃ hic periculũ impenderet fortassis id esset expetendũ quod securius foret. Sed nũc pares illi futuri sunt siue hic expectemus seu in illorum agrum ijs obuiij eamus. & nos item pares sumus pugnaturi: siue eamus nos pugnatum aduersus illos: seu hic illos adorientis excipiamus. Sed mul-

to profecto præstantioribus robustioribusq; utemur mi
litum animis: si eamus aduersus inimicos neq; inuiti
hostis aspicere uideamur. Longe etiã illi magis nos me
tuent ubi audierint nos nequaquã suo terrore tanquam
exanimatos domi sedere: sed posteaq̃ eos sentimus ad
uenictis: & ipsis occurrere q̃ celerrime manum conser
turos & minime expectare: donec noster ager detrimẽ
tum patiatur sed ante euertentis potius uastare iam il
lorum solum. Ac si quidẽ maiorẽ illis metũ iniecimus:
& nos ipsos alacrioris fecerimus ad audendũ hoc ego
nobis maximo lucro cessurũ puto. Et hoc item modo pe
riculi nobis minus. hostibus uero plus fore censeo. Nã
ut & meus pater dicere semper solet: & tu dixisti: &
alij omnes consentiunt: prælia animis: longe ma
gis q̃ uiribus corporum iudicantur. Cyrus ita locutus
est: ad quẽ Cyaxares ita respondit. Verum q̃ uos alere
mihi molestũ sit. nolo Cyre uosq; alij persæ suspicemi
ni. Enimuero ire iam in hostilem terram uidetur etiam
Religio Cyri mihi ad omnia esse melius. Ergo inquit Cyrus postea
q̃ eadem nobis mens est: iam istruamur licet. Et si per
deorum sacrificia q̃ primũ nobis consentitur: exeamus
celerrime. Ex hinc militibus instrui iussis. Cyrus sacri
ficabat primũ Ioui regi. dein alijs dijs: petebatq; ut pro
pitij ac mites exercitũ ducerent: utq; boni forent & fau
tores & socij: consultoresq; bonorum. Simul etiam ro
gabat & heroas soli mediæ habitatores & curatores.
Vbi uero & litauisset & frequẽs ei esset agmen iuxta
fines, tum demũ secundis usus augurijs solum inuade
bat hostile: superatisq; illico finibus: illic iterũ propi
tiam libationibus reddebat tellurem: & sacrificijs de

os:ac herods qui aſyriam incolunt:placabat. Quæ cum fecisſet:rurſus Ioui patrio ſacrificabat & ſi quis alius deus oſtenderetur:nullum negligebat. His actis conti‑nuo haud multũ itineris peditatũ adigentes locabant caſtra:equitatu autem diſcurrentes magnã multiplicē q́; prædam complectebãtur. cæterum caſtrametati ha‑bentesq́; res neceſſarias affatim:& uaſtantes agrũ ho‑ſtis expectabant. Qui cum aduentare dicerentur:nec id diſtare iter dierum decem:tum ait Cyrus. Iam tempus eſt Cyaxares obuiam eundi:ne & hoſtibus uideamur & noſtris metu eis non occurrere:quin potius pateat non inuitos nos pugnaturos. Hæc ubi Cyaxari quoq; uiſa ſunt:ita inſtructi procedebant:ſemper tantũ quoti die quãtũ ſatis eſſe ipſis uideret̃. Faciebãtq́; cœnã ſpcũ luce. Neq; ignis in caſtris noctu accēdebãt:ſ3 añ caſtra quo ſi q̃ noctu pcederēt:ppter ignē aſpicerēt: neq; ab aduenientibus uiderētur. Sæpe etiã poſt caſtra ignes fa‑ciebãt ad fallēdos hoſtis. Quare iterdũ ſpeculatores quo q; incidebant in eorũ procubitores:quoniã ignes eſſent poſt caſtra:cum illi tamen arbitrarentur eſſe a caſtris ſeſe admodum procul. Itaq; aſyriis:et qui cum iis erãt ubi iam proxima inuicem agmina fierent:foſſa circũ‑dabantur:id quod hoc etiam tempore faciũt reges bar‑bari qui in locatiōe caſtrorũ q́; primũ ob hominũ mul‑titudinem circundantur foſſa. Norunt enim equeſtre agmen noctu facile turbari eſſeq; inutile et maxīe bar‑barum. Habebant enim in præſepia equos ligatis pedi‑bus:ad quos ſi quis eat:eos & ſoluere noctu & fre‑nare laborioſum ſit. Operoſum eſt etiam eoſdẽ ephip‑piis ſternere atq; loricis induere. Et cum equum aſcen

Sagaciter ... exercitu ... [illegible]

deris eum agere per castra nullo pacto possis. Itaq; ob hæc omnia cum alij barbari tum illi fossa munitiones circundant. Simulq; existimant cum in loco sunt muro potestatem præstare pugnandi: cum uelint. Cũ hæc igitur facerent, inuicem proximi fiebant. Sed ubi appropinquãtes distarent circiter parasangam: Assyrij ita locabant castra: ut dictum est: in loco fossa circundato: sed aperto. At Cyrus q̃ poterat in loco occultissimo factis ante castra uallis loricatis & terreis tumulis ratus res oĩs bellicas quæ repẽte aspiciantur: esse aduersus formidabiliores. Atq; illa quidẽ nocte: ut par erat ab utrisq; procubitoribus constitutis: quieti se dederũt. Postridie uero illius diei assyrius crœsusq; atq; alij duces intra munitionem agmina in pace continuere. Cyrus autem & Cyaxares instructa acie expectabant pugnaturi, ubi hostes inuaderent. Sed ut est exploratum: neq; exituros: eo die hostis ex munitione neq; pugnam facturos Cyaxares uocato Cyro Atq; alijs tempestiuis hmõi uerba locutus est. Videtur mihi amici uiri uti ita instructi: ut sumus eamus ad aduersariorũ munitionẽ: eisq; declaremus uelle nos pugnam. Ita enĩ ubi illi cõtra in pugnam non exeant: tum nostri omnibus in rebus audentiores futuri sunt: tum hostes timidiores nostram intuiti audẽtiam. Cyaxares ita sentiebat. At Cyrus. Nullo modo inquit per deos immortalis o Cyaxares. Nam si ita profecturi apparuerimus: ut tu iubes: tunc profecto hostes nos aduenientis spectabũt sine ulla formidine: cum non sint nesciĩ se esse in tuto: ne qd patiamur: cumq; abeuntes nihil omnino fecerimus: rursus aspicientes copias nostras seruis numero admodũ

cædere:nos contemnent tum cras exibunt animis lõgè firmioribus.Nunc autem cum adesse nos norunt:neq; nos uident tibi perspicuũ debet esse:nulli nos illis fore contemptui.Sed cogitabunt potius quid nam hoc est deniq; de nobisq; differentis:certo scio eos minime quiescere.Cum uero exierint:tum ijs simul appareamus oportet:cõtinuoq; obuij eamus:eos offendẽtes:ubi olim uolebamus.Quæ Cyri oratio posteaq; & Cyaxari & alijs est probata:per id quidẽ tẽporis ubi cœnati sunt constituissentq; excubias:& ignis multos ante illas accendissent:dederunt se quieti.Postero autem die mane Cyrus coronatus sacrificabat:precipiebatq; alijs optimatibus.ut coronati sacrificijs adessent.Sacrificio finito Cyrus ijs conuocatis.Viri amici dixit:dij imortales queadmodũ & augures dicunt:& mihi etiam uidetur:tum pugnam fore pronunciant:tum dant uictoriã & salutem in sacrificijs pollicentur.Qualis autẽ uos esse oportet:pudeat me sane admonere.Noui eni æque uobis hæc esse cognita ac mihi & hæc uos exercuisseq; & audisse audireq; assidue:quæ etiam ego.Itaq; non absurde alios doceatis.Sed hæc nunc si minus nostis: auditote.Quos enim nouissime & habemus socios & enitimur facere nobis similis.Hi nobis admonẽdi sunt & quorũ gratia a Cyaxare alebamur;& quæ ipsi exercebamus:& ad quas res eos inuitauimus:quapropter dixere se nobis adiutores fore.Et huius rei admonitos eos reddite:quod hic dies demonstraturus est: quæ quisq; mereatur.Nam quas res homines sero discunt: non est mirandum:si qui ipsorum admonitores quoq; indigent.Verum satis fuerit:ubi etiam ex admonitione se

fortiter gerant. Quæ quidem agentes de uobis quoq; una periculum facietis. Nam qui potest in huiusmodi re facere alios meliores: sibi iam consentanee cōscius sit absolutæ suæ probitatis. Qui autem horum admonitionem habet duntaxat estq; hac cōtentus se iure semiperfectum existimet. Quãobrem haud ego ijs dico: sed iubeo: uos dicatis quo etiam uobis obsequi studeant. Vos enim ijs estis proximi quisq; suæ parti. Neq; uos lateat donec istis uestram fiduciam ostenderitis: & his & alijs multis audendi non uerbo sed opere doctores futuri estis. Dixitq; ad postremū: ut pransum abirent coronati utq; uenirēt in ordines cum coronis. Vt hi abiere rursus subsidiarios duces ad se uocauit qbus ita quoq; locutus est. Viri persæ. Vos facti estis & homotimi: & electi: qui uidemini alijs quidē in rebus uiris fortissimis esse similes: ætate uero etiam prudentiores. Habetisq; locum nihilominus honestum quam præfecti. Vos enim cum in postremo estis agmine: uiros fortis obseruantes ipsosq; adhortantes: reddite etiam fortioris. Quod si quis molliorem se præstiterit: hunc quoq; uidentes nequaq̃ ei assentiamini. Conducit uobis uictoria: quantum alteri cuiquam tum propter ætatem tū propter grauitatem stolæ. Quare si uos etiam qui anteriores sunt: acciuerint: se quiq; hortentur ipsis audite. Et quo ne hac quidem in re sitis illis īferiores: ipsos adhortamini ut celerrime antecedant aduersus hostis. Atq; abite inquit: quo et ipsi prandeatis deniq; una cū alijs coronati in ordines itote. Itaq; Cyri milites in his erant. At Asyrij iam etiam pransi & exierant audacis ter: instruebanturq; constanter: ac robuste. Parabat aūt

eos Rex deuectus in curru cum huiusmodi adhortatiõ ne. Viri asyrij nunc opus est: uiros fortissimos uos præstetis. Per hoc temporis de uita uobis propositũ est certamen: de solo ubi orti estis de ædibus in quibus estis et alti & educati: de uxoribus: de liberis ac de bonis: omnibus uestris. Si quidem uiceritis: estis harum oĩm rerum domini futuri: ut antea sin uicti fueritis: hæc oĩa tradetis hostibus. Quare si uictoriã amatis: manete ac pugnate. Stultum est enim qui potiri uolunt uictoria hos terga & eas corporis partis quæ & armis uacant & manibus: per fugã aduersarijs opponere. Stultus etiam est si quis uitæ appetens se fugæ commiserit: cũ non sit ignarus uictoria parari salutem ac mortem fugientis magis q̃ manentis occumbere. Atq; ille quoq; stultus est: qui pecuniarũ cupidus uinci æquo animo patiatur. Quis enim ignorat uictores & suas sibi res saluas facere & succumbentiũ bona etiam capere? Victos autẽ & seipsos una & sua omĩa amittere? Hæc ab asyrio gerebantur At Cyaxares ad Cyrum mittens dicebat iam tempus esse agendi aduersus hostis aciẽ. Si enim inquit nũc pauci adhuc sunt: qui sese extra munitionẽ egerit: in quo tum tempore aggrediamur: erũt permulti. Ne igitur expectemus: donec nos superent numero: sed eamus potius dum adhuc putamus eos q̃ primũ a nobis superatum iri & q̃ facillime. Cui respõdit Cyrus. Cyaxares nisi uicti fuerint supra dimidiũ ipsorũ dicturi sunt nos metu multitudinis aggressos esse paucitatẽ. Ac ne uictos quidẽ se putabunt. Itaq; rursus pugnandũ erit: qua quidẽ in pugna melius fortasse sibi consulant: q̃ nunc consuluerint: tradentes se nobis ad

ministrandos:ut cum quanto uellemus:eorum numero pugnaremus. Nuncij his auditis abibant: cum interea temporis uenit Chrysantas perses & alij quidam ho-motimi:qui transfugas agerent:quos Cyrus prudēter interrogabat:quæ ab hostibus gererentur. Illi autē di-cebant eos exisse iam cū armis disponiq; a rege in aciē extra castra:q eos egressos adhortaretur oratione mul-ta eaq; ualida ut ab ijs:qui audierāt ferebatur. Hic ait Chrysantas. Quid Cyre si etiam tu cōuocatos milites dum adhuc licet:adhorteris: si quid tādem melioris fa-cturus es? Et Cyrus inquit Chrysanta nulla te afficiāt molestia adhortationes assyrij. Nulla est em̄ bona adeo admonitio:quæ uiros ullos si eam audiant unum diem fortis factura sit:q̄ fortes minus fuerint. Non igitur sagittarios faciat bonos:nisi antea sagittam exercuerit neq; iaculatores:neq; equites nec item corpora ad labo-randum sufficientia:nisi fuerint ante ad labores exer-citata. Ad quem Chrysantas: sed satis est inquit Cyre si ipsorū animos adhortationibus tuis reddideris melio-ris. Num queat una oratio inquit Cyrus eodem die au-ditorum animos uerecundia implere:aut a turpitudīe cohibere atq; inducere:ut laudis gratia omnē laborem omne periculū subeant ut hoc in mentis suas cōstanter amittant expetendū magis esse mori pugnando q̄ fu-giendo seruari? Nonne si huiusmodi cogitatus debent in hoibus coalescere stabilesq; manere leges primū hu-iusmodi sint oportet:per quas uiris bonis uita honorifi-ca liberalisq; paretur: malis autē æuum proponatur. & humile & molestum & mēdicū. Dein magistri ac etiam principes mea sententia his præficiēdi sunt qui

& recte demonstraturi sint & docturi assuefacturiq; ad hæc facienda: donec eis inherescat penitus uiros bonos ac præclaros putãdos esse indubitato fœlicissimos: malos autem & faniosos omniũ miserrimos duci oportere. Sic enim disponendi sunt qui disciplinam hostili metui sint prelaturi. Si uero quo tẽpore milites armati eunt in pugnam: ubi plures etiam ea quæ diu didicerint obliuiscuntur hic potis quisq; erit qui breui agenda cõmentatus: uestigio bellicosos uiros efficiat omnium facillimũ certe sit & didicisse & docuisse maximã rerum humanarũ oim uirtutem. Quoniã ne hosce quidem credebam stabilis futuros: quos nunc haberemus exerceremusq; apud nos: nisi præsentis uos uiderẽ: qui ipsis eritis exemplo qualis oportet esse: & quos eos latuerit poteritis suggerere. At ignaris omnino uirtutis mirarer equidem chrisanta si quid plus apposita oratio prodesset ad probitatem: q̃ musicæ idoctis pulchre cantatum carmen ad musicã. Et hi quidem talia disserebant. At cyaxares iterum mittebat dicens eum errare quod tempus tereret: neq; aciem ageret q̃primũ aduersus hostes. At Cyrus tum tandem nunciis respondit. At exploratissimũ sit Cyaxari hostes nondũ eẽ castris egressos quod oporteret. Hæcq; nũciate ipsi uniuersis audientibus. Cæterũ quoniã ita illi uidetur: iam agam. Hæc locutus et eius soli deos præcatus extra castra aciẽ agebat. Cũq; agere cœpisset: celerius etiam præibat. Quem milites composite sequebantur: cum ob scientiam tum propter exercitationẽ in ordine pergendi. Magno autem cum robore sequebantur propter mutuam inter sese emulationem: & quia erant exercitatis corpo

ribus ad laborem: & quoniam præfecti omnes erant principes: libenter uero: quoniã prudẽter haberẽt. Sciebant enim ac iã diu ita didicerant & securissimũ esse & facillimũ obuiam ire hostibus & sagittariis maxie iaculatoribusq; & eqtibus. Sed donec adhuc erant eminus a sagittarum iactu: Cyrus tesseram dabat. Iupiter socius & imperator. Vbi rursus uenit tessera uicissim reddita. Cyrus cœpit rursus castori et polluci canere pæana: qui est ex legibus. Hi aũt pie omnes magna uoce constrepuerũt. In huiusmodi eñ hymno superstitiosi homines minus hoies metuunt. Pæane absoluto una pergentes homotimi hylari facie: eruditi ac sese inuicẽ circunspicientes: appellantesq; nomine fautores præfectoq; frequentissimeq; dicentes: agite uiri amicissimi agite uiri fortissimi: se mutuo hortabãtur ut sequerentur. Qui autem erant retro illis auditis contra primos ut ualentius ducerent adhortabãtur. Habebat aciem Cyrus plenam strenuitatis ambitionis roboris fiduciæ exhortationis. temperantiæ. obedientiæ. id quod est aduersariis mea sententia maxime formidabile. At asyrii alii quidem qui a munitionibus propugnabant: cũ prope iam accederent persarum copiæ: ascendebant in currus ad suas copias secedentes: sagittarii uero ac iaculatores funditoresq; multo prius tela emisere q̃ possent pertingere. Persæ autem adorti asyrios: ubi peruenerunt ad telorum iactum tum Cyrus uocem efferens dicebat: uiri fortissimi iam uelocius uestrũ aliquis ito. seq; ipsum demonstrato: atq; alios exhortator. Et hi quidem deinceps hoc tradiderunt. Quidã uero ob alacritatem & animi uim studiũq; pugnandi: cœperint cur

rere:quos uniuersa phalanx cursim sequebatur. Atq; Cyrus ipse non pedetētim perinde quasi oblitus ante cedebat:sed cursim:simulq; obstrepebat. Quis me sequetur?quis fortis quis primus uirum prosternet?Quibus illi auditis idem hoc obstrepebant ac per eos omnis uti monebat sic peruadebat. Quis sequetur?quis fortis Igitur persæ hoc modo habentes obuij ferebantur. Hostes cum amplius manere non possent in fugam conuersi sunt ad munitiones. Itemq; persæ ad castrorum portas insequentes urgentis se illos inuicem pluris interficiebant:superq; eos insilientes qui in fossas caderent & uiros simul equosq; necabant. Nam & currus aliqui fugientes coacti sunt simul in fossas cadere. Atq; medorum equites his uisis immittebant in hostium equites:qui eos haud sustinuerūt. Igitur hic & equorū & uirorum fuga atq; ex utrisq; nox facta. Cæterum qui intra munitionem asyriorum in fossæ statione steterant:sagittas iaculaq; mittere in occisores neq; sciebant neq; poterant tum ob terribiles aspectus:tum propter metum. Fortassis etiam cū didicissent persas quosdam ad munitionis aditus suos trucidare: auertebantur:fugiebantq; a stationibus interioribus. Sed ubi asyriorum sociorumq; uxores uidissent iam etiam in castris fugam fieri:clamabant discurrebantq; præ stupore aliæ liberos habentes:aliæ hæq; iuniores lacerantes peplos:seq; laniantes:omnisq; in quencunq; inciderent suppliciter orantes ne fugerent ne se desererent: sed auxiliū ferrent:& filijs & uxoribus & sibiipsis. Hic ipsi etiam reges stantes cū fidelissimis militibus una ad castrorum portas stationibus ascensis tum ipsi

pugnabant: tum alios hortabantur ad pugnandũ. At Cyrus posteaq̃ rem nouit: ueritus ne si intro ui irrumperent: pauci a multis mali aliquid paterentur praecepit: ut extra telorum iactus pedem retro ferrẽt: atq; obedirent. Hic facile quis cognoscat uiros homotimos & q̃ optime institutos. Celeriter enim & ipsi obediunt & alii parendum praecipiebant. Vt autem a iactibus eminus facti sunt: steterunt locis suis: multo magis q̃ chorus: perspicue scientes: ubi quemq; esse oportet.

XENOPHONTIS DE CYRIPAEDIA.

LIBER QVARTVS.

CYRVS ubi modicum temporis ibi una cum acie mansisset ostendissetq; paratos sese esse: qui pugnarent: si q̄s egrederet̄: tandē posteaq̄ egrediebat̄ nemo: tm̄ abegit spatij: quātū bn̄ habere existimabat. Castrisq; locatis & custodijs cōstitutis & praemissis exploratoribus: stās ī mediū suos milites cōuocauit: ad quos in hunc modū locutus ē. Viri p̄sae primum equidem deos & ipse laudo quātum possum: et uos item omnes laudatis: ut arbitror: quippe qui & uictoriam sumus salutemq; consecuti, Ex his igitur quae q; habeamus semper: gratiarū dona dijs immortalibus sunt soluenda. caeterum ego uos cunctos iam laudo. Nā quod operis gestum est nobiscū una omnibus: pulcherrimū est profecto. Quae autem est quisq; meritus: cum a quibus par est: accepero: tum & uerbo & re pro dignitate gratiam cuiq; referam. Sed qui me proxime ē de chrysanta ordinis cēturione nihil ē audiendum ab alijs. Nam ipse noui: qualis fuerit. Fecit enim alia quaecunq; uos etiam omnis fecisse puto. Verum cum ipse reditum praecepi cumq; nomine uocaui. Hic sublato gladio ut hostem percuteret: tum mihi continuo audiuit: tum quod facturus erat omittens: agebat quod iussus foret. Nam & ipse recipiebat sese: & idem alijs faciñ

dum urgẽter præcipiebat. Itaq; extra telorũ iactus pri us ordinem eduxit: q̃ hostes uel perciperent nos recede re: uel arcus intenderent: tragulasq; immitterẽt. Quo factũ est: ut & seipsum: & uiros: quibus præerat ille sos præstiterit propter obediẽtiam. Præterea alios aspi cio uulneratos: de quibus ubi consideraueró: quo tempo re uulneribus sunt affecti: tum de ipsis sententiam me am ostendam ad chrysantem & rerum operariũ bel licarum & prudentem uirũ: & qui satis sit ad feren dum imperium atq; imperandũ: militũ tribunatu nũc dono. Verũ cũ aliud item quicquam boni dederit deus ne tum quidem eius obliuiscar. Atq; uos omnis admo nitos esse uolo. Quæ enim nunc uidistis hac in pugna hæc uos commentari nũq̃ cessetis: quo apud uosipsos iudicetis semper: utrũ uirtusne magis an fuga animas seruet. Et utrũ qui libenter pugnant: facilius liberant: an q̃ minus libenter: & qualem uictoria uoluptatem præbet. Hæc enim ipsi nunc optime iudicetis cũ ob pe ritiam quam habetis: tum quia modo res est gesta: quæ q̃dem si usq; cogitetis: meliores futuri sitis. Nunc ue ro: ut & pii & boni & temperantes uiri cœnam sumi te: deniq; immortalibus liberationes facite: ac pæana incipite: simulq; prouidete: q̃d præcipit. Quibus dictis in equũ ascendit atq; abegit. Cũq; uenisset ad Cyaxa rem: essetq; illi una congratulatus: ut par erat: eaq; ui disset: quæ ibi agebantur ac si qua re opus esset: quæsi uisset: equitauit rursus in sua castra. Et Cyri quidem milites posteaq̃ sunt cœnati: uigilibus: ut opus erat: cõ stitutis quieti se dederunt. At asyrii utpote & mortuo principe & quasi una cum ipso uiris fortissimis: cum

omnes molestia praemebantur:tum multi quoq; illorũ noctu e castris diffugiebant. Haec autem croesus & caeteri socij intuentes animi augebantur. Erant enim omnia molestiae plena. Sed illud omibus egritudinis plurimũ afferebat:q͛d imperialis exercitus natio esse uiderẽt consilij atq; mentis inops. Sic igitur castra deserũt atq; abeunt noctu. Vt dies illuxit:atq; hostium castra uiris orbata apparuerunt:eo Cyrus continuo primos traducit persas:dereliquerãt enim hostes & pecudes multas & boues multos & carros item multos:qui bonorũ plurimũ pleni essent. Dein transibant etiam omnes qui apud Cyaxarem erant medi prandebantq; in hostiũ castris. post prandium Cyrus conuocatis suis ordinũ centurionibus in hunc modum disseruit. Qualia ut mihi uidetur:uiri amicissimi:quãtaq; bona dimittimus: quae ab dijs immortalibus nobis offeruntur. Nam quod hostes metu nostri se fuga tutati sunt uidetis ipsi. Qui in munitione cum essent hac relicta fugiunt qui hosce mansuros quis putet:cũ nos uiderint in planicie. Qui autem nos nũdũ experti minime expectarunt quomodo nunc expectent uicti malisq; pluribus ab nobis affecti? Quorũ praeterea uiri fortissimi perierũt quomodo ignauissimi pugnare nobiscũ uelint? Atq; dixit aliqs cur igitur minus eos q̃celerrime insequimur:cum res secũdae adeo certae sunt nobis? Et Cyrus dixit quoniam equorũ etiam indigemus. Nam qui ex hostibus fortissimi sunt:quos tpũs foret uel capere uel occidere: hi erunt super equos:hos aũt in fugam uertere deorũ ope satis possumus. Insequendo autem capere nequaquam satis. Quid igitur dicebant:non egrederis Cyaxar ihaec dis

Nocturna Assyriorum fuga.

ctturus? Dixitq; ille: sequimini nũc me una quo uideat nobis omnibus eadem hæc uideri? Exhinc sequebãtur omnes ac dicebant: que uidebãtur ad ea necessaria: quæ rogabant. Simulq; Cyaxares quoniã illi cœperant loq; tanq̃ subinuidebat: simulq; fortasse: quia bene sibi esse arbitrabatur si non rursus piculum inirẽt. Nam & ipse in iucunditate erat: & alios pluris medos idẽ facere uidebat. Igitur ita respondebat: Verum o Cyre qđ uos psæ uni omniũ hominũ maxime meditamini erga nullam uoluptatẽ insatiabiliter habere: & uisu noui & auditu. Mihi autẽ uidetur cõducere longe magis: si q̃s in maxima se uoluptate contineat. Sed q̃d præbet maiorẽ hominibus uoluptatẽ q̃ secunda fortuna: quæ nobis hoc tẽpore contigit? Igitur si quoniam res nobis secundæ sunt uoluptate ipsa tẽperanter utamur tuto fortasse possimus p fœlicitatẽ consenescere. Quod si p eius inexplebilẽ usum aliam atq; aliam psequi nitemur: uidete ne eadẽ patiamur: quæ multos ferunt passos ĩ mari: qui dum propter prosperam fortunam conquiescere a nauigatione noluissent piere. Sic itẽ multi uictoriam consecuti: dum alteram appetiuissẽt: amiserunt ẽt priorẽ. Etenim siquidẽ hostes fugiẽtes eẽnt nobis pauciores: fortassis nos eos tuto ut paucioris adhuc insequeremur. Sed uelim nũc animo uolutes: aduersus quantulã eorum partẽ cum ipsi oẽs pugnauimus: uictoriam adepti sumus. At alij haud manum cõseruerũt: quos si minus cogamus pugnare: hi ut & nostri & sui ipsorum ignari: propter imprudẽtiã molliciãq; abibũt. Sin norint: ubi ẽt abeant: nihilominus in piculo sese fore q̃ si manedt: cauẽdũ ẽ nobis: ne eos cogamus: ut uel inuiti for

tes se præstent. Nec enim latere te debet non maiorem tibi esse cupiditatem illorum uxores atq; liberos capiundi q̃ illis seruandi. Cogitādum præterea tibi est sues si multe etiam sint: fugere: ubi uideant uenatorem una cum natis. Sed ubi quis uenetur quēquam ex earū natis: non amplius fugere: ne una sit quidem sed ruere aduersus capere molientē. Et modo cum sese intra munitionem occlusissent: præbuerunt nobis pugnandi potestatem: cum quāta ipsorū quātitate uellemus. Quod si cum iis in campestri latitudine cōgrediemur: discēt q̃ aduersari separatim: alii a fronte: aduersi ex aduerso quemadmodum nunc: alii a latere: alii a tergo: uide ne multis cuiq; nostrū opus sit & oculis & manibus Ad hæc nolim equidem remouere nunc medos a iucunditate: in qua sunt atq; eos cogere ut eant periclitatum Ad quæ Cyrus respōdit. At nemmē ipse cogas: s; eos mihi dato q̃ libenter sint secuturi. Tibiq; fortassis & tuorum cuiq; horum amicorum agamus ea quæ omnibus iucundissima sint futura: hostium enim multitudinem nos sane aut insequemur. Nam quo pacto eos caperemus. Quod si quid ab agmine abscissum offenderimus: aut relictum: id a te agemus. Cogitādum est etiam tibi quoniam indigebas magnū iter fecimus: quo tibi gratificaremur. Itaq; est iustum: ut ipse etiā contra nobis gratificeris: quo domū redeamus cū aliquo emolumento: & ne omnes in thesaurū tuū cōiiciamus oculos. Hic igitur dixit Cyaxares: at si quis ultro te sequeretur: haberēt etiam tibi gratias. Mitte igitur una mecum quemquā ex his: quos habes fidelissimos: qui sit ducturus: quæ ipse mandes. Duc ex his inquit tecū quē

ubi libet. Erat præsens hic ille medus: qui dixerat olim Cyro se eius esse cognatum: quiq; adeo est osculatus: Quare continuo inquit Cyrus: unus hic mihi sufficit. Hic igitur te sequatur respondit Cyaxares: & tu inqt dicito: ut cui libuerit: is eat cum Cyro. Sic uiro illo accepto: ubi a Cyaxare est egressus: continuo inquit Cyrus. Nunc mihi tandem ostendes: uera ne loquereris: cum dixisti te in me spectando affici uoluptate. Nequa quã medus inquit: abero abs te: si hoc dicis. Et Cyrus inquit. Ergo alios quoq; alacriter educes? Illeq; adiurãs: educam inquit me hercule: donec fecero: ut etiam tu sua uiter me spectes. Tum igitur emissus a Cyaxare cum alia alacriter exposuit medis: tum etiam addidit se quoq; non esse cariturum uiro pulcherrimo & optimo: & quod maximũ est a diis ĩmortalibus genito. Cũ a Cyro hæc geruntur: diuinitus quodãmodo ueniũt ab hyrcanis nuncii. Sunt autem hyrcani assyriis finitimi gens haud magna: erantq; iccirco subiecti assyriis. Videbantur autem & ea tempestate strenui equites: & nũc itẽ uidentur. Quare utebantur iis assyrii: quẽadmodũ utũtur ei lotis lacædemonii: neq; in laboribus neq; in periculis iis parentes. Quapropter etiam per id temporis ut postremũ agmen tuerentur: eis iubebant: qui equites essent circiter mille quo si quid a tergo grauius incumberet: illi ante sese hoc subirent. At hyrcanii tanq̃; ultimi profecturi: & curros suos & famulos ultimos habebant. Tum enim in expeditionem asiatici magna ex parte secum habentes illos: quibus cum etiã habitant. Itaq; etiam tum hyrcanii sic militabãt: qui cum animo reputãtes: & qualia ab assyriis paterẽtur: & quod nũc

princeps suus mortē occubuisset:essentq; uicti:et quod metus in exercitu foret ingens:et ipsorum socij ægre haberent ac desererēt:hac cū cōmentaretur:uisum est eis pro temporis conditione bonum esse ut deficerent: si uellet Cyrus una secū hostis inuadere.Itaq;:mittunt ad Cyrum nūcios.Nam huius nomē a pugna plurimū creuerat.Qui autem missi sunt:dicunt Cyro sibi asyrios iure odio esse:siq; uellet nunc ire aduersus eos:tum ipsi socij existerent:tum uiæ duces se præberent.simulq; ad hæc narrabant res hostium ut haberent quibus tādem incitare eum uolebant ad agendum in illos exercitum.Et Cyrus rogat eos inquiens.Et putatis nos prius illos offensuros:q̄ sint in munitionibus?Nam hoc nobis magnæ calamitati ducimus q̄d nobis cla; euaserunt.Hæc autem dicebat Cyrus.quod eos uellet q̄ maximā de sese habere opinionē.Ad quē illi respōdebāt fore: ut cras mane:si expediti pergerent:illos offenderent.Nam eos præ turba & carris tarde iter facere:simulq; dixerūt quoniā superiore nocte uigilassent:nūc palulum profecti castramætati sunt. Et Cyrus inq̄t habetisne quicq̄ nos docere:quo uobis credamus: quæ dicitis esse uera?Obsides responderūt actutum equitantes noctu adducemus:solum tu obtestare deos in fidem dextramq; dato.quo hæc alijs feramus: quæ ipsi abs te accœperimus.dein fidem dat illis se īdubitato ipsis usurum ut amicis ac fidelibus:si quæ dicerēt:cōfirmarint ut ne persis quidem neq; medis apud se crederent.Atq; hoc etiam tempore licet intueri hyrcanos:q̄ & creduntur & magistratus gerunt quemadmodum:ij quicunq; & ex persis & ex medis uideantur esse dignis-

Ito · non in... dic Cyrus ... [illegible]

simi. Sed posteaq̃ sunt cœnati: Cyrus aciem edu-
xit adhuc sub lucem: iussitq; hyrcanios expectare quo
simul irent. Et persæ quidem omnes ut par erat: ca-
stris egressi sunt: cumq; his Tigranes suam habens
aciem. E medis autem sunt egressi alij quidem quoni-
am Cyro puero ipsi: cum essent pueri: amici fuerāt: alij
quoniā in uenatione consuetudine sua usi: eius sunt in
genio ac moribus delectati: alij quia gratiam ei habe-
rent quod maximū ab se metū expulisse uidebatur: alij
quod eum sperarent (quoniam uir bonus & fortuna-
tus appareret) futurum adhuc magnū atq; præpoten-
tem. Alij uero quia dum educabatur in medis: sicut bo
ni alicuius extitisset adiutor: contra illud illi uellent rē
gratā facere. Multi etiam quoniā propter eius huma-
nitatē ab auo Astyage bona plurima accœperāt. Mul-
ti præterea: quia uiderent hyrcanios: rumorq; emana-
rat fore: ut duces essent ad bona q̃ plurima exierāt quo
aliquid etiam caperent: hoc igitur pacto medi quoq; fe
re omnes egressi sunt: ijs exceptis quotquot Cyaxaris
contubernio utebantur. Nam hi manserunt: & qui his
parebant: alij uero omnes hilari facie alacriq; animo
soluebant non tanq̃ necessario sed libēter grateq; exe-
untes. At ubi egressi sunt primū quidem adijt medos
Cyrus eosq; laudauit. Ad hæc deos orauit maxime: ut
& eis & suis propitij duces forent, dein ut ipse huius
alacritatis referre ijs gratiam posset. Dixitq; ad po-
stremum ut eis pedites duces forent. Illis aūt iussit: una
cum equitibus sequerentur. et quo in loco aut quiescāt
aut imorentur intereundū iussit: aliqui ipsorū ad se ad
equitarent. ut quod esset iam oportunū: acciperent. Ex

hinc hyrcaniis iussit: ut antecederent. At illi interroga bant. Quid autem? Nō enim expectas: donec egerimus ad te obsides quo tu quoq; pergas accepta a nobis fide Et Cyrum dicitur respondisse. Cogito enim nobis oībus fidem esse in animis nostris atq; in nostris manibus. Nam ita uidemur istructi: si quidem ueri sitis nos satis sumus. qui in uos beneficium conferamus: sin decipiatis: ita habere arbitramur: ut nō ipsi in uestra potestate simus futuri: sed uos in nostra potius diuina pro uoluntate. Atqui o hyrcanii quoniā dicitis uestros agmen sequi postremos: cum eos uideritis: significate nobis eos uestros eē: quo hiis parcamus. Quae hyrcanii audientes itineris quidem duces erant ut iubebat sed eius animi robur plurimū admirabantur: qui cum neq; asyrios nec lydos nec eorum socios amplius metueret tum ne minimi quidem omnino momenti cuiusq̄ esse duceret ipsorum uel praesentiam uel absentiā. Illis uero proficiscētibus ubi nox facta est: dicitur lucē et Cyro et ipsi agmi celitus apparuisse pspicuā quo factū ē: ut oēs horror atq; ueneratio erga deos caperet & fiducia aduersus hostis. Sed quoniā expediti celeriterq; pergebāt cōsentanee tū multū itineris pegere: tū simul cū crepusculo fiunt prope hyrcaniorū agmen. Quod nūcii postea q̄ nouere. Cyro dixerunt: hosce suos esse. Eos enim cognoscere dicebāt: & quia essent postremi: et ob ignium multitudinē. Ex hinc horum alterum ad eos mittit qui illis diceret: imperauit ut si amici essent q̄ celerrime obuiam facti dextras tollerent. Mittitq; una cum illo unum ex suis: cui iussit Hyrcaniis diceret: ut quēadmodum ipsos inuadentis uiderent: sic etiam ii facerēt.

Lux celitus admirabilis Cyro ...

Ita ... gitur nūcius alter apud Cyrum manet. Alter ue ro ad ... uitauit ad Hyrcanos. Sed cum Hyrcanos Cy rus ... yderaret: quid essent facturi agmē firmauit: ad eū́q; adequitant: quiq; præsident medis: & Tigranes quid sit faciundum interrogantes: ad quos ait Cyrus: agmen hoc proximū est hyrcaniorū. Abitq; alter ex nū cijs ad ipsos atq; una cum illo unus e nostris dicturi: si quidem sunt amici ut nobis omnes occurrant sublatis dextris. Itaq; si ita ad nos ierunt: contra itidem uos eos excipite: & simul ut quisq; uenerit: bono ut animo sint hortamini. Sin arma capiant: fugamue aggrediantur horum continuo est enitendū nil reliquū facere. Huius modi erat admonitiones Cyri. At hyrcanij auditis nū cijs: tum lætati sunt plurimū: tum equis ascensis illico affuere sublatis dextris: dictum ut fuerat. Medi uero ac persæ & ipsi contra dextris sublatis recipiebāt eos amice & ut bene sperarent: hortabantur. Et exhinc ait Cyrus. Nos quidem hyrcanij uobis iam credimus. Vt q; erga nos ita uos habeatis: est æquum. Verum nobis hoc primū dicite: quantum hinc distat ubi sunt princi pia hostiū eorūq; frequentia? Cui respōderūt hyrcanij eos distare paulo plusq̃ parasāgā. hic ait Cyrus agite igitur uiri persæ mediq; uosq; hyrcanij: id enī ad uos ut socios ac participes loquor: neminē hoc tēpore igna rum esse oportet in huiusmodi nos esse discrimine: ubi si molliter habuerimus: extrema simus mala passuri. Norunt enim hostes quas ad res uenimus. Quod si con stantia fræti eamus aduersus hostis ualenter atq; ingē ti animo: actutum aspicietis tanq̃ fugitiuos repertos seruos alios supplices sese præstare: alios fugere: alios

ne hæc quidem posse mente percipere. Nã & uisti nos aspicient: cum neq; uenturos nos arbitrarentur: & neq; instructi neq; ad pugnam parati et capti erũt. Quare si uelimus posthac suauiter & cœnare & pernoctare: nolimus istis otium dare neq; boni quicq̃ consultãdi neq; cognoscendi omnino: quot homines sumus: sed oĩa uenisse putent & cratis & mucrones & securis et uulnera. Et uos inquit o hyrcanii proxios hostibus uosmetipsos facientes ante nos procedite: quo uisis armis uestris lateamus q̃p plurimũ temporis: sed ubi ipse iuxta agmen hostium fuero. Linquite singuli apud me ordinẽ equitũ: quo ipse intra aciem manens: iis utar: si quid opus fuerit. e uobis autem principes atq; seniores in ordine si sapitis: frequentes inuadite: quo nunq̃ in confertam multitudinẽ aliquam incidentes uim patiamini At iunioris dimittite insecutũ hostes. Et hi quidẽ hostis occidunto: hoc enim per hoc temporis est maxĩe securũ: quo illorum paucissimi relinquãtur. Sin quod multis iam accidit: uincentibus uobis fortuna aduersetur: cauendũ est: ne ad rapinam uertamini: ut pote qui hoc fecerit: non sit habendus etiam uir. sed homo sarcinarius: liceatq; uolenti cuique ut hoc iam utatur pro mãcipio. Illud autem ignorandũ non est: nullũ esse uictoria maius lucrum. Nam qui uincit omia rapit una & uiros & mulieres & pecunias: & regionẽ totam. Ad hæc solum hoc respicite: ut uictoriam seruemus. In hac enim etiam ipse raptor cõtinetur. Atq; hoc simul. dum hostis insequimini: mementote: ut retro adhuc per lucem ad me eatis: quod tenebris factis: neminẽ etiam admittemus. Hæc locutus Cyrus dimittebat quosq; in su-

os ordines. Iubebatq; simul: ut pergẽtes eadem singu-li decurionibus suis significarent. Decuriones enĩ erãt in fronte. Itaq; audiebant ĩjsdemq; iubebant: ut singu-li suæ decuriæ eadem præciperẽt. Exhinc hyrcanĩj an tecedebant. At ipse medium tenens agmen una cũ per sis proficiscebatur. Equites uero ex utroq; latere recte instruxit. At hostes ubi illuxit: alĩj mirabantur: quæ ui debant: alĩj iam rem intelligebant. Aliqui nunciabant aliqui clamabãt. Hi equos soluebant. illi accingebãtur Nonnulli a iumentis arma iaciebant. Quidã armis in duebantur. Exiliebãt quidã in equos: frænabãt eos alĩj. Vxores plæriq; uehiculis iponebãt. Multi res præcio-sissimas capiebant: ut eas saluas facerent. Plæriq; cum huiusmodi res defoderent: capiebantur. Plures autem fugæ sese dabant. Existimandũ est etiã alia eos multa ac aduersa tum facere. Cæterum nemo pugnabat, sed gratis peribant. At crœsus rex lydorum: ut æstas erat: cum uxores in rhædis ante dimiserat noctu: quo faci-lius per tẽporis refrigerationẽ proficisceretur: tum ip se cum equitibus prope sequebatur. Et eadem hæc phri ga fecisse tradũt eius phrygiæ principẽ quæ ad helle spontũ iacet. Hi ut ex fugientibus & ex ĩjs qui sese of-fenderent interrogantes rem didicerũt: fugiebant etiã ipsi q̃ maxime poterant. Sed cappadocũ regem et ara bum item regem: qui in proximo adhuc essent: thoraci busq; carentes uim sustinerent: hyrcanĩj interficiunt. Erant autem mortui maiori ex parte asyrĩj & arabes. Nam quia essent in agro suo lente admodũ incedebãt. Medi igitur & hyrcanĩj ut iam uictores talia patra-bant eos insequentes. At Cyrus equites apud se relicti

circum castra ut obequitarēt iis iubebat ac si quos exeūtis uidissent armatos:ut interimerent. Iis uero qui mansissent:iussit per præconē ut omnes milites hostes quot quot essent aut equites aut scutati aut sagittarii: deferrent arma ligata:at equos in tabernaculis relinquerēt. Qui autem hæc non fecisset:is actutum obtruncaretur Habentesq; mucrones expeditos in ordine circunstiterunt. Igitur quibus forent arma:ii ea delata quēdam iaciebant in locum quo iubebātur:quæ ipsa ab iis cremabantur: quibus fuerat imperatum. Cunq; Cyrus cogitasset eo uenisse sine esculentis & poculentis:quibus sine neq; rei militari studeri potest.neq; aliud quicq; fieri:& cum etiam cōsideraret:qui hæc & celerrime fierent & pulcherrime:ei uenit in mentē necessario oportere:ut omibus militiam exercentibus unus sit qui & tabernaculi curam gerat:& ut cōmeatus ingrediētibus militibus sit paratus. Quāobrem intelligebat hos omniū maxime circa apparatū faciūdum oportere in castris huiusmodi tempore comprehendere. Per præcones igitur iubet:tutores ut adsint omnes. Quod sicubi minus sit tutor ut is adsit:q sit a tabernaculo natu maximus dura illi edicens oia:qui minus pareret. Hi aūt uidentes parere etiam hæros:q̄primū obediebant. Vbi affuerunt sedere primū iubebat eos:quibus esset in tabernaculo plus cōmeatus duorum mensium Quibus ui sis iterum iussit:eos sedere quibus foret cōmeatus menstruus. Et in his prope cūcti sedebant. Hæc ubi didicit ita ad eos agit. Agite nunc uiri fortissimi qui e uobis mala exosi estis:& aliquid a nobis boni consequi uelitis:strēnuam diligentiam adhibete:ut duplo plura in

Arma hostiū cremabat Cyrus

quolibet tabernaculo esculenta poculentaq́ʒ sint parata heris hac famulis:q̃ʒ quæ quottidie faciebatis:aliaq́ʒ omnia:quæcũqʒ pulchras præbitura sunt epulas:ut in promptu sint:facitote,quoniã cito admodũ sunt affuturi:utriutri uicerint: dignumq́ʒ duxerint affatim habere omnis res necessarias. Ita noueritis fore:ut uobis conducat:si probe uiros exceperitis. Quæ illi audiẽtes magno studio quæ præcepta a Cyro fuerãt:agebant. Hic rursus cõuocatis ordinũ centurionibus huiusmodi uerba habuit. Viri amicissimi cognoscimus sane licere nũc nobis:qui priores sumus q̃ʒ absentes socij prandere & apparatis esculentis poculentisq́ʒ uti. sed non uidetur mihi hoc prãdij plus utilitatis afferre posse:q̃ʒ si sociorum diligentiam habuisse uideamur:neqʒ ipse epulæ tanto reddant nos ualidioris. quanto si socios possimus strẽnuos facere. Quod si insequentibus:nunc socijs:et occidentibus hostis nostros atqʒ præliantibus si quis aduersatur:uidebimur hos ita negligere: ut prius etiam q̃ʒ nouerimus:quid ab ijs agatur:pranderimus:cauendum est:ne ut turpes appareamus:& imbecilli futuri simus sociorum iopes. Quod si quis curauerit:ut ij periclitantes laborantesq́ʒ dum castra ingrediantur:habituri sint necessaria hæ dapes plus lætitiæ nobis afferẽt mea sentẽtia:q̃ʒ si statim uẽturi obsequamur. Cogitate præterea:si etiam propter illos nobis pudendum non esset:neqʒ tamen hoc pacto nos adhoc decere repleri atq́ʒ inebriari. Nondum enim peracta sunt:nobis quæ uolumus quin omĩa hæc inualescũt quibus diligẽtia opus est quippe qui habemus in castris hostis multo pluris: q̃ʒ ipsi sumus:& hos quidem solutos: qui cauendi for

tassis adhuc sunt & custodiendi: quo sint: qui res necessarias nobis faciant. Praeterea equites nostri absunt qui sollicitudinem nobis afferunt: ubi sint: ueniant ne: an sint mansuri. Quare mihi uidetur o uiri talem nobis afferri cibum oportere ac talem potũ: qualẽ quis putet maxime cõducere: quominus & somno & insipientia referciamur. Ad haec non sum nescius pecũias in castris esse permultas: quae quoniã ĩjs nunc communes nobiscum sunt: qui cepere. fieri posse intelligo: ut eas pro uoluntate uertamus in priuatum usum. At ne mihi uidetur quidem eas capere fructuosius esse: ꝗ̃ si: ut iusti appareamus: enitimur illos hac re nobis reddere: maiore etiam: ꝗ̃ nunc sunt: affectos beniuolẽtia. Videtur autem mihi uel distributionem ipsarum pecuniarũ cũ uenerint. Medis & Hyrcanĩjs Tygraniq́ esse cõcedendã. Et ꝗ̃uis minus etiam nobis tributuri sint: lucro ducendum esse. Nam lucri causa libentius apud nos manebunt. Auidior enim praesens acquisitio parum duraturas nobis diuitias praebeat: ac in his tradendis pecuniĩs illas nos res adipiscamur: unde diuitiae oriuntur. hoc perẽnioris mea sententia opes nobis possit nostrisq́ omnibus praestare. Puto etiam nos domi rei huiuscae causa exerceri: ut & uentre et intempestiuis quaestibus simus superiores: ut cum opus sit unquam queamus ĩjs uti ad nostram utilitatẽ. At ubi maioribus in rebus ꝗ̃ ĩ praesentibus disciplinam possimus demonstrare: equidem ipse nõ uideo. Cyrus hoc modo locutus est. Qui cũ hystaspas uir perses & is quidem homotimus ita oratione conuenit. Absurdum enĩ sit Cyre: si in uenatione saepe sine cibo perstamus: quo feram aliquã capiamus:


uel minimi fortasse faciundã:opes autem totas uenari molientibus si quid eorum impedimento sit nobis quæ malis hominibus dominẽtur.bonis seruiunt haud quaq̃ uidemur facere ex officio. Histaspas ita cũ Cyri sententia conuenit. Aliĩq; oẽs hæc una approbauere. Cyrus autem dixit. Agite quoniã eadem sentimus. Mittite a manipulo singuli quinq; ex uiris strenuis:qui circumeuntes quoscunq; uideant parantis res necessarias: eos laudent:sed in negligentis seuerius animaduertãt q̃ si essent ipsorum heri. Ab his quidem hæc gerebantur. At medi alĩ q̃dem cum offendissent:auertissentq; carros:qui iam antea soluerant eos impellebant plenos earum rerum quibus egebat exercitus:alĩ uero adigebãt rhædas quas cœperant:refertas mulieribus pulcherrimis partim uxoribus partim pellicibus.quæ propter formæ præstantiam circunductabantur. Asiatici enim exercitus hoc etiam tempore:dum rei militari student: secum habent res omnis p̃ciosissimas:inquiẽtes pugnatioris se esse ubi adsint:quæ habent carissima: cogi enĩ his ferre auxilium:fortassis ita res habet fortassis etiã ea faciunt uoluptati obsequentes. Cyrus autẽ spectans quæ a medis & hyrcanĩs gesta sunt:se ac suos tanquã increpabat quod alĩ per id temporis magis seipsis augeri gloria uidebantᷓ & aliquid etiam adipisci: ipsos autem in tardiore operiri loco. Etenim qui prædã agebant ostendentes Cyro quæ ab sese agebantur : iterum abequitabant alios insequentes. Nam hæc dicebant suos sibi principes faciunda imperasse. Aegre commotus his Cyrus:tamen res seponebat.suosq; ordinũ centuriones rursus conuocabat:stansq; ubi possent quæ consultarẽ

[Asiatici, cur uxores aliaq; cara in acien portabant.]

tur exaudiri hæc loquitur. Viri amicissimi omnes sane cognoscimus ut opinor futurũ ut magna bona sint persis omnibus: at uobis nõ absurde maxima per quos hæc geruntur: si his quæ initio nũc uidentur: potiamur. sed ut hæc sint nostris uiris. cum haud quaq̃ꝫ sumus ad ea adipiscenda nisi propriũ persæ habeant equitatũ: hoc equidem nondum uideo. Cogitandũ enim nunc uobis est arma habere nos persas: quibus hostis obuiam euntes uertamus in fugam. Sed ubi eos uerterimus: quos aut equites: aut sagittarios: aut scutatos: aut iaculatores fugientis capere possimus: uel interimere: si equis careamus? Qui etiam lædere nos agressi uel sagittarij uel iaculatores equitesue nos metuãt: cum certo norunt non maius a nobis sibi uel periculum uel malum iminere q̃ꝫ a consitis arboribus? Quod si hæc ita habent: nonne liquidum est hosce equites qui nobis nunc adsunt: putare hæc omnia quæ capta sunt: non minus sua eẽ q̃ꝫ nostra? ac fortassis: etiã magis me hercule. Nũc igitur hec ita habent necessario. Quod si nobis equos cõparemus non hisce deterioris: nonne perspicuũ nobis sit prorsus fore: ut & de hostibus possimus omĩa sine hisce facere quæ una cum his nunc facimus: & hos tum habituri simus minus ergo nos animo? Quãdo uel abesse uel abire uelint: minori nobis curæ sit: ubi sine his sufficiamus nobis ipsis. Sed hæc hactenus. his inquam in rebus opinor neminem cõtrariæ fore sententiæ: quin præstet omnino esse persis proprium equitatum. Verum illud fortasse cogitatis: quonam pacto id fiat. Ergo consideremus si uelimus equitatũ constituere. & quid nobis existit: & quid deest. Igitur hi quidem equi in castris sunt

Cyrus [illegible] Persis ut eq[uitatum] [illegible]

capti permulti frænaq́;:quibus parent:& alia quibuſcũq́; eos oportet uti:qui equos habẽt. At qui habemus ẽt ea quibus uiro equiti eſt utendum:thoracas quibus muniuntur corpora:pilaq́; : quibus & iaciendo utamur: & habendo. Quid igitur reliquũ? uiris ſcilicet opus eſt hoc certe habemus maxime. Nihil eſt enim ita noſtrũ: ut nobis ipſis noſtri nos ſumus. Sed dicet fortaſſis aliquis: at neſcimus. ſed neq́; ea:quæ nunc ſcimus : priuſq̃ didiciſſemus:ſciebat quiſq̃:uerum dixerit aliquis:cum pueri eſſent:hæc diſcebant. Et utrũ pueri ne ſunt prudentiores ad ea diſcenda:quæ tradunt̃:ac monſtrantur. an uiri? Vtri etiam quæ didicerint:magis ſufficiunt exercere atq́; elaborare corporibus? pueri ne an uiri? Qui etiam ocium nobis eſt ad diſcendum:quantũ neq́; pueris neq́; uiris aliis eſſe poteſt. Nã neq́; nobis ſagitta diſcenda eſt ut pueris. Hanc enim ſcimus. Neq́; iaculum, Nam ſcimus hoc etiam. Verum nec item quẽadmodũ: aliis uiris his agriculturæ negocium præbent:illis uero artes:nonnullis aliæ res domeſticæ. Nobis autem militiæ operam dare non modo eſt ociũ:ſed etiam neceſſitas. Inſuper nõ quẽadmodũ res alie plures bellicæ difficiles ſunt:ſed utiles. equitare uero nonne in itinere iucundius eſt:q̃ duobus nos pedibus proficiſci? Et ubi celeritati ſtudendnm eſt:an minus delectat quãprimum adeſſe amico:ſi oporteat,celeriterq́; ſiue uirum opus ſit ſeu beſtiam inſequi atq́; capere? Illud autem non facille eſt & cõmodum quicquid armorũ ferendum ẽ : hoc ab equo una ferri. Itaq́; idem eſt & habere & una ferre. Atqui metuat quiſpiã plurimũ:ne ſi prius nos oportuerit in equo ſubire periculum q̃ equeſtrem bene didi



cerimus: neq; pedites amplius simus nec equites satis. Sed ne hoc quidē perdifficile est. Vbi enim uelimus: licebit nobis cōtinuo pugnare peditibus: quippe q̃ equestrem edocti nihil pedestriū dediscemus. Ita Cyrus locutus est Chrysantas uero eius sententiam sequens huiusmodi uerbis est usus. At ego ita profecto cupio tenere scientiam equitandi: ut existimē fore homo uolucer: ubi fiam eques. Nunc enim satis mihi sit: si ex equo cursum aggressus ullo cum homine hunc capite solum antecellam: si feram uideam cursu prætereuntē: eam possim aut iaculum aut sagittam intendens prius assequi q̃ fiat admodū eminus. Quod si fiam eques: potero tū uirum ex aspectus longitudine interimere: tum bestias insequens alias cominus percutere comprehensas alias perinde ac stantis iaculo ferire. Etenim si utriq; sint ueloces tamen ubi propius inuicem fiant: erunt stantium instar. Quo fit: ut maxime ex omnibus animalibus adamem: hippocentauros: si fuerunt: quippe qui tum hominis uterentur ante rem consultandi prudentia: & manuū artificio: tum haberent equi & uelocitatem & uires. Quare & quod fugeret: capiebant: & quod exspectaret: uertebant in fugam. itaq; etiam ipse hæc omnia si fiam eques mecum sane confero. Potero equidem oīa prouidere mente humana. manibus uero me armabo. equo autem uehar aduersariūq; auertam equi robore. neq; sicuti hippocentauri: uincar natura. Itaq; hoc sane melius est: q̃ hippocentaurū esse natum. Hippocentauros enim arbitror multis carere bōis quæ ab hominibus sunt inuenta: ut ijs scilicet est utendum: multis item carere uoluptatibus equis innatis: quoniam pacto ijs frui

Quae utilitas [illegible] [illegible] ab eq[illegible]

oportet. At ego si equitare didicero: cum in equo fuero agam quæ scilicet hippocẽtauri sunt. Cum ex equo descendero: & cænabo: & induar: & me quieti dabo: quẽ admodũ alii homines. Quare qd aliud sim futurus quã diuisus centaurus: ac rursum cõpositus? Insuper his etiã rebus hippocentaurum ante ibo. Nã ille duobus prospiciebat oculis: duabusq; auribus audiebat At ego oculis quattuor cõiectabo: et quattuor auribus præsentiã. Aiũt enĩ equũ manifestare hoĩbus multa: quæ oculis ꝓspicit ac multa significare auribus: que antea auditu percipit Me igitur scribe in eorum numero: qui equitare maiorem in modum cupiunt. Et nos quoq; scribito mediussidius alii oẽs dixerunt. Ex hinc igitur ait Cyrus. Quid ergo posteaq̃ hæc omnibus nobis admodũ uident: nũ etiam legem ferimus nobis ipsis: qua caueatur esse: iis turpe: quibus equũ ipse dedero: si quis nostrũ uisus fuerit ꝓficisci pedes: siue multũ seu parum itineris faciũdum sit: quo omnino nos quoq; homines putẽt esse hippocentauros? Cyrus ita interrogabat. At ii omnes rem comprobarunt. Quare hac etiam tempestate talis usus ex illo tempore est persis: ut neq; ex claris atq; bonis uiris ultro perses quisq̃ aspiciatur usq̃ pedes incedere. Igitur hi erant in his sermonibus. Cum uero esset supra meridiem: adequitabant equites medi atq; hyrcanii qui agerent captiuos & equos & uiros. Quotquot enĩ arma tradidissent: eos haud necabant. Cum aduenissent: primum quærebat ex eis Cyrus: an socii omnes salui essent: quod cum affirmassent: dein percunctabatur quid egerant. Illi autem narrabant: quæ fecissent: & ut fortiter singula: iactabant. At Cyrus omnia libens

ter audiebat:quæcunq; uellent dicere.Dein eos ita lau
dauit.At etiam perspicuũ esto uiri.Vos fortiter pugna
uisse.Et enim maiores apparetis & pulchriores terri-
bilioresq; uisu q̃ antea.Ex hinc ex ipsis percũctabatur
& quantũ itineris incursassent:& an habitaretur re-
gio.Illi autem dicebant multum itineris se fecisse:habi
tariq; agrum oẽm:atq; plenũ esse & suum:et caprarũ
& boum:& equorum:& frumenti:ac bonorũ omniũ.
Duo inquit Cyrus nobis curanda fuerint:ut & melio
res simus ea possidentibus:utq; hi maneant.Nam so-
lum habitatum preciosa admodum est possessio.Quod
autem caret hominibus:caret etiã bonis.Scio repugnã
tis a uobis esse ociosos:& recte quidem.Hoc enim ma-
xime uictoria seruat:eos autem qui arma tradiderunt: [illegible] pro dimi-ttendis captiuis.
egistis captiuos:quos si missos faciamus:hoc itẽ:ut mi
hi uidetur:fiat a nobis utiliter.Primũ enim neq; cauẽ-
dihi nunc nobis neq; custodiendi sunt nec etiam alen-
di.Nõ enim esurie eos necabimus.Dein hos si missos
facimus:pluribus mancipiis utemur.Nam si agro po-
tiamur:omnes eius habitatores mancipia nobis futuri
sunt.Magis etiam alii qui hosce uiuos dimissosq; uide
rint:mansuri sunt:magisq; eligent.parere q̃ pugnare
Ipse ita sentio sane.Quod si quis melius uidet:id dici-
to.Illi autem audiẽtes hæc faciunda esse cõprobabant.
Sic igitur.Cyrus uocatis captiuis:huiusmodi uerba fa
cit.Viri & nunc quoniã paruistis:animas tutati estis:
& in reliquũ tempus:ubi ita faciatis:nihil prorsus ma
li patiemini:nisi quod nõ idem uobis:ut prius domina
bitur.Habitabitis easdem ædes:& eandẽ coletis regio
nem:& earumdẽ uxorũ utemini cõtubernio.Vestrisq;

filiis sicuti nunc imperabitis. Neq; aduersus nos pugnabitis: neq; aduersus alium quenq;. Quod si alius iniuriam uobis infert: nos sumus pro uobis pugnaturi: Verum nequis præcipiat: in expeditionem ut eatis: arma ad nos portateq;. Erit iis: q arma portarint: & pax et alia: quæ dicimus. sine dolo. Sed quotquot arma bellica minus detulerint: aduersus hosce nunc quoq; ducemus exercitum. Si quis aũt uestrum et beniuole ad nos ire & agere quicq; docereq; appareat: hunc nos ut beneficũ & amicũ: nõ ut seruum fouebimus. Hæc igitur & uos scitote: & aliis nunciate. Verũ si uolẽtibus hæc uobis aliqui aduersentur: agite nos in illos: quo uos illis imperetis: nõ illi uobis. Cyrus hæc dixit. illi uero & eum adorabant: & hæc factum iri recipiebant. Illis autem abeuntibus Cyrus inquit. Hora iam est medi atq; armenii cænandi uobis omnibus. Parauimus. uobis res necessarias: q̃ potuimus optime. Sed ite: nobisq; mittite ex cibo qui factus est: dimidiũ: satis enim utrisq; est factus. Obsoniũ enĩ ac potũ ne mittite. Nam hæc apud nos satis parata sunt: atq; uos hyrcanii deducite ipsos ad tabernacula principes quidem ad maxima tabernacula: uerum eos cognoscite: alios uero ut uisum uobis sit habete pulcherrie. Et uos quoq; cænate: ubi uos maxime delectat. Nam uobis salua & integra sunt tabernacula. Est aũt æque uobis hic paratum: atq; hisce. Scitoteq; hoc utriq;: nos asseruaturos noctu: quæ uobis sũt exteriora. Vos quæ in tabernaculis sunt: aspicite: atq; arma bene locate: Nam qui in tabernaculis manent nõdũ sunt nobis amici. Medi igitur Tigranesq; lauabatur. Erant enim parata omnia. Mutatisq; uestibus cænabat

Et eorum equi habebant necessaria. Mittebātq; ad persas ex panibus dimidiū: obsoniū uero non mittebāt neq; uinum. rati ea ijs esse: quoniam dixisset Cyrus affatim hæc hēre. Sed hæc dicebat Cyrus p obsonio esuriā p potu aquā præter fluentis ānis. Itaq; Cyrus post cœnatos psas: ubi aduesperasset: p qncurias et decurias eorū multos dimittebat iubēs: circū castra delitescerēt: qppe ut putaret tū custodiæ illos fore. si qs extrisecus castra adorireť: tū si qs intrisecus elatis: pecunijs euaderet. eū capturos Et ita factū ē. Multi.n. effugiebāt multiq; capti sūt. At Cyrus pecūias eos hēre sinebat: q cœpissēt, effugientis aūt iussit iugulari. Itaq; i posterū ne si uelles qdē facile iuenisses: q noctu pficisceret. Persæ igiť degebāt ita. At medi & potabāt: & epulabātur: et utebantur tibijs: & omni referciebantur iucūditate. Multæ eni res huiusmodi captæ erant. Quare qui uigilabant: opere non carebant. At rex medorū Cyaxares nocte: q Cyrus egressus est. & ipse ebrietate tenebatur simul cum suis contubernalibus ob secundam fortunā & alios medos in castris adesse arbitrabatur. Exceptis paucis cum magnū audiret tumultum. Famuli enim medorū utpote heris absentibus dissolute & potabant et tumultuabantur: præsertim quod ex asyriorū castris & uinū & alias res multas huiusmodi cœperant. Sed ubi dies factus est: & ad ianuas nemo uæniret præter eos: qui una cœnabant audiretq; uacua esse castra medis: atq; equitibus: ac uideret ubi exiuit: ita habere: hic tandem & Cyro excādescebat & medis: quod abissent se relicto solo. continuoq; ut fertur: crudelis atq; inexorabilis iubet cuidam ex præsentibus: ut assumptis equi

Seruam [illegible] uictus.

tibus suis q̃ celerrime pergeret ad Cyri castra: ac diceret haec uerba. Arbitrabar equidem ipse: ut neq; tu Cyre adeo temere de me consultares: neq; uos medi: si Cyrus ita sentiret: ita me solum relinqueretis. Ac nunc siquidem Cyrus uelit bene ẽ: sin nolit uos huc adesse q̃ primũ. Haec mandauit. Qui uero pergere iussus est: & quomodo inquit here ego illos inueniam? In eo inquit Cyaxares illorũ solo: aduersus quos & Cyrus & ij: q una cum eo sunt proficiscebantur. Quod medius fidius inquit: audio hyrcanios quosdam ab hostibus defecisse illosq; huc ire: atq; eos ducere. His autem auditis Cyaxares multo etiam magis Cyro irascebatur: quod neq; haec dixisset sibi: & longe festinantius mittebat ad medos: ut uiribus eum extenuaturus. Ac etiam uehementioribus minis: q̃ antea medos accusabat. Et nũcio quoq; interminatus est: nisi haec acriter exponeret. Pergebat ergo nuncius habens equites suos circiter centũ: & is quidẽ moleste ferens: quod non esset ipse cum Cyro profectus. Intereundum autem ĩ triuio quodam dissseparati errabant: neq; prius ueniebant ad castra Cyri q; incidentes in quosdam asyrios que discederẽt: eos ut sese ducerent: coegerũt & ita ignibus uisis circiter mediam prope noctem eo perueniunt. Vbi uero facti sunt iuxta castra: uigiles: ut dictum a Cyro fuerat: haud eos passi sunt ante lucem ĩgredi. Sed posteaq̃ dies illuxit Cyrus magis uocatis legitima dijs ob huiusmodi res secundas eligi iubebat: qui dum circa haec uersantur: is conuocatis homotimis ait. Viri deus quidẽ nobis bona plurima ostẽdit. sed nos o persae hoc tempore pauci sumus: ut haec retineamus. Si enim qualiacũq; efficiamus

minus asseruauerimus hæc rursus erunt aliena. Quod si liquerimus ex nobisipsis aliquos ĩs custodes quæ facimus patebit statim nullarum nos esse uiriũ. Itaq; mihi uidetur: ut quãprimum e uobis aliquis eat in persas qui doceat quæ ab me dicũtur iubeatq; ꝙ celerrime mittant rursus suppetias si quidem cupiunt persæ imperium atq; fructum asiæ. Ito igitur tu qui es ætate maximus atq; hæc narrato: quodq; mihi erit alẽdi cura quoscunq; milites mittant ubi ad me uenerint. Quæ autem nobis sunt ea tu uides: quorum nihil tibi celandum est. Sed in hisce rebus mittẽdis a nobis in persas ut & pulchre faciam & legitime: quæ ad deos attinent: patrem Cambysen: quæ uero ad rem publicam: magistratus interrogato. Mittant præterea horũ inspectores quæ gerimus: quiq; ea quæ a nobis quæruntur: considerent. Et tu inquit accingere: ac manipulũ comitem age. Ex hinc uocabat medos: simulq; adducitur nuncius a Cyaxare: qui audientibus oĩbus dicebat cum eius iram in Cyrũ tum minas aduersus medos. Aitq; ad postremũ iubere Cyaxarẽ ut abeant medi etiam si Cyrus manere uelit Igitur medi audito nuncio silentium seruabant tũ iam bigentes qui uocãti non parerent: tum etiam metuẽtes quomodo minati Cyaxari audirẽt præsertim quod nõ essent nescij qua is foret sæuicia. At Cyrus inquit. Ego nũcie ac medi nequaq̃ miror si Cyaxares multos tũ hostis aspiciens: nos uero ꝗd ageremus ignarus & nobis et sibiipsi metuebat. S; posteaq̃ senserit hostis magno numero interemptos oĩs præterea fugatos: primũ liberabitur metu: dein cognoscet se nunc non esse solum: cum sui amici perdunt inimicos suos. Atqui accusandi

Quidnam responderit Cyri nuncius Cyaxaris querelis.

qui sumus: cum illum bene afficimus: neq; q nobis hæc agimus: sed ego illo persuaso ut me egredi sineret uobis assumptis hæc facio: uos autem nō ueluti cupidi exeundi: an exiretis: interrogastis. Hucq; nūc uenistis iussit ab illo egredi cui nō liceat uos grauiter ferre. Quare ipsa etiā ira: certo scio: & maturescet ex hisce bonis: & una cum desinenti metu aditura est. Nunc igitur et tu nūcie requiesce: quoniā laborasti: et uos o persæ quoniam hostis affuturos expectamus: qui uel pugnēt: uel parcant: instruamur quāpulcherrime. Nā si hoc pacto aspicimur consentaneum est nos plura ex his: quibus egemus: effecturos. Tu uero hyrcaniorū princeps opperire: militumq; tuorū ducibus imperato: eos ut armis induāt. Que ubi fecisset hyrcanius: uenissetq;: ait Cyrus Non parua mihi est uoluptas hyrcanie: cū sentio adesse te: qui non modo amiciciam præteferas: sed te callidum esse ostendas: quæ ipsa conducere nunc nobis perspicuū est. Nam & mihi asyrij hostes sunt: & tibi inimiciciores q̄ mihi. Hoc pacto nobis utrisq; nūc est cōsultandum: ut horum nemo: qui nunc socij nobis adsunt: deficiat: quinetiam si possimus. alios assumamus. Medum uero audisti. qui equites reuocat. Qui si abeunt: nos soli pedites manebimus. Sic igitur faciūdum est mihi ac tibi: ut & nuncius hic: qui reuocat manere etiam ipse apud nos uelit. Tu igitur tabernaculū reperi. idq; ei dato ubi sit pulcherrime omnia pro dignitate habiturus Ego item enitar aliquid ei operis imperare: quod obiturus libentius sit: q̄ abiturus: eiq; omnia dissere: quæq; spem bonam & ei & amicis omnibus offerant: si bene successerint. Hæc ubi feceris: ad me reuertere

Igitur hyrcanius in tabernaculũ ducebat medum, quo decebat. Qui uero ibat in persas paratus aderat. Et Cy. iubebat: ut diceret persis: quæ antea in sermone declarata sunt. Cyaxari litteras redderet. Tibiq; inquit uolo ea legere: quæ ad Cyaxaren scribo: quo ea: quæ noris: confiteare si quid his de rebus: te roget. Hæc autem inerant in epistola Cyrus Cyaxari salutem. Nos te neq; solum deseruimus. Nemo enim cum sit inimicis superior: tum est sine amicis: neq; abscedentes te putabamus in periculo constitutũ. Sed quo magis distamus. eo tibi securius esse arbitramur. Haud enim qui sedent amicos proxime: securitatẽ maxime amicis prebent: sed qui maxime eminus inimicos fugant: tutioris amicos reddunt. Sed uelim: animo uolutes: qualis ego erga te sum: & item qualis tu erga me. Postea me accusa. Equidem ipse tibi socios egi. non quos tu suasisti: sed quot ego potui pluris. Dedisti tu mihi. cum essem in amica regione: quot possem persuadere, Nunc autem cum in agro sum hostili: non qui uelit: sed omnis reuocas medos. Et enim tum equidem arbitrabar uobis utrisq; debere gratiam: at nunc abs te cogor tui quidem obliuisci eniti aũt hisce oẽm referre gratiã: q me sũt secuti. Equidem tui similis fieri haud possum: qui etiam nũc mittens in persas militem accersurus mando: quotquot ad me ierint: si quid tibi iis opus fuerit prius: q̃ ad me ueniant: ut in te sit ipsis uti: non quemadmodum eis libeat: sed pro tua uolũtate. Verum consulam tibi: & si iunior sum: ne quæ dederis auferas: ne tibi pro gratiis inimicitiæ debeantur: nec etiam quem uelis ire ad te quamprimũ minitando accersas: neq; dum annuis te solũ eẽ

K

Ep(isto)la Cyri qua ... Cyaxaris ...

multis simul intermineris: quo illos non doceas te sibi curæ non esse. Nos uero adesse studebimus: ubi celerrime peregerimus: quæ & tibi & nobis si gesta fuerit communia esse bona censeamus. Vale. Hanc ei epistolã reddito. & quicquid horum ex te percunctatur: quẽadmodum scriptum est itidem dicito. Et enim ego tibi de persis mãdo ut est antea scriptum. Huic ita locutus est quẽ data epistola ire iussit addiditq; ita maturaret quẽadmodũ nouit celerẽ aduẽtũ cõducere. Exhinc aspiciebat oĩs ĩ armis iã eẽ & medos et hyrcanios atq; Tigranẽ armeniũ. Erãtq; ẽpsæ armis ĩduti. Iam etiã finitimi quidam & adduxerunt equos & arma attulerunt. At Cyrus tragulas cum in locum deiicere illos iussit: quo alios quoq; antea iusserat: & ut ii quibus hoc opus mãdatum fuerat: eas cremarẽt: quotquot ipsi non egebãt. Equos uero iubebat custodiri: utq; ii manerẽt: qui illos adduxerãt: donec aliquid eis significasset. Pricipibus autem equitum hyrcaniorũq; uocatis huiusmodi uerba locutus ẽ. Viri: amici ac socii nulla uos admiratio capiat: qp ad me sæpe nũero cõuocamini. Res ei p̃sentes q̃a nouæ sunt nobis: hæ minus sũt pleræq; ordiatæ: quecũq; aũt ordĩe careant: hæc necessario molestiã afferũt semp̃ donec loco suo fuerint cõstituta. Suntq; nũc nobis multæ captæ pecuniæ: præterea uiri quoq;. Et quoniam neq; nos scimus: quæ harum rerum sint cuiusq; nostrum: nec etiam hi nouere: quis eorum singillatim herus sit: non licet admodum intueri: an ipsorum multi suo fungantur munere: utq; omnes fere quid faciũdum sit dubitant. Ergo ne ita res habeant: istas definite: ut qui cœpit tabernaculũ: in quo satis sit & esculentorũ & potu

lentorum & ministrorum & strati & uestis aliarũq; rerum: quibus habitatur tabernaculum militare: hic sane aliud nihil addendum est: q̃ ut norit is qui cœpit horum esse habendam curam perinde atq; de rebus ꝓprijs. Qui uero in ea inciderit tabernacula: quæ rei cuius q̃ indigent hisce uos quod deest supplete diligenter: nec sum inscius superuacanea fore permulta. Plura em̃ omnia q̃ pro nostra multitudine: habebant hostes. Venerunt autem ad me & asyrij regis & aliorum potentatuũ quæstores: qui dicerent aurum esse apud se signatum: tributa quædam narrantes. Quare hæc omĩa proclamate ad nos deferant ubi sederitis: metũq; illi addite: q iussa nõ fecerit. Vos præterea tribuite quod cœperitis: equiti quidem duplum: pediti uero simplũ: ut habeatis si quo egebitis: & quo etiam aliquid ematis. Forũ castrense proclamate iam neminẽ inferre cuiq̃ iniuriam: & ut tabernarij atq; mercatores uendant quod singulis est uenale: & hæc sane ubi disposuerit: alia agere: quo castra nobis incolantur. Atq; hæc ij continuo proclamabant. Medi autem & hyrcanij ita dixerunt. Et quonam modo nos sine te ac tuis hæc distribuamus? Atq; Cyrus item ad hæc uerba ita subdidit. Num enim o uiri ita ipsi sentitis: ut quicquid agendum fuerit: omnibus rebus interesse nos omnis oporteat? Neq; satis ego futurus sim: qui agam aliquid ante uos quicquid opus fuerit: neq; uosipsi ante nos? Et quo pacto aliter hẽamus plus laboris ac minus efficiamus q̃ hoc modo. At uidete uos inquit. Nos em̃ custodiuimus hæc uobis quæ a nobis uos creditis esse bene custodita. Vos item distribuite et nos credimus bene a nobis esse distri

buta atq; aliis item rebus nos boni aliquid enitamur agere cōmune. Videtis enim nunc primū quot adsunt nobis equi: alii etiam adducuntur quos si ociosos esse permittemus: nulli nobis usui sūt futuri: quin molestiæ potius nobis erunt propter eorum curam. Quod si equites in eos posuerimus: simul & nogociis liberabimur: & nobis ipsis uires addemus. Quare si alios habetis quibus istos detis: quibus cum si opus fuerit discrimen ineatis libētius q̄ nobiscum in illos distribuite. Sin maxime nos habere uultis uobis subsidiarios nobis eos date. Et enim cum modo sine nobis fugando dimicabatis magno nobis eratis metui: ne q̄d aduersi pateremi: fecistisq; nos sane pudere plurimū; quod nō ibi: ubi uos eratis: adessemus. Quod si equos acceperimus: secuturi uos simus ac si quid maiori usui in equis dimicātes eē uideamur: ita nihil strenuitatis omittemus. Sin pedites uisi fuerimus opportunius adesse: tum descēdentes in mediū uobis continuo pedites aderimus. Equos autē excogitabimus. q̄bus tradamus. Cyrus huiusmodi orationem habuit. Illi autem responderunt. At nos Cyre neq; uiros habemus quos īponamus super hosce equos neq; si haberemus: ubi tu hæc uelles: pro hisce aliū eligeremus. Itaq; ipse nunc hos accipe: atq; facito ut esse tibi uidetur optimū. Verum & istos inquit Cyrus admitto: & quod faustum fortunatumq; sit: tum nos fiamus equites: tum uos: quæ cōmunia sunt: diuidatis. Itaq; primū seligite diis immortalibus: quicquid magi interpretentur. dein etiam diligite Cyaxari: ubi ubi magis rem gratam fore arbitramini. Et illi ridentes dixere mulieres esse deligēdas. Mulieres igitur Cyrus ait

deligite: & aliud: quicquid uobis uideatur. Cunq; illi delegeritis: facite pro uiribus: ut hi omnes medi q me ultro secuti sunt: ne quid querantur. Et uos uero medi hyrcanios hosce honorate: qui in societatē nostram primi uenere: quo existiment bene sibi consuluisse de amicicia nostra. Atq; partem rerum omniū tribuite etiam Cyaxaris nuncio: tum ipsi tum eius socijs: utq; nobiscū maneat istum hortamini: inquientes ita etiam mihi uideri: quo intelligens: quæ geruntur ea singillatim magis renūciet cyaxari. Persis uero qui sunt mecū: quæcūq; nobis bene habentibus superfuerint: hæc sufficient. Etenim non admodum in delitijs: sed rustice quodam modo ac duriter sumus educati. Itaq; uobis risui fortasse futuri sumus: siquid elegantius nobis induendū dederitis: quemadmodū noui fore: ut & sedentes in equis multum uobis risum prebeamus: quippe qui ut opinor decidamus in terram. Ex hinc illi ad diuidendum iuere magno quodam risu ob equitationem affecti, At Cyrus conuocatis ordinum centurionibus iussit equos acciperent: equorum que tum uasa tum ministros: & acciperent eos quidem numero singuli æqualiter in ordinem secūdū sortem. Ipse autem Cyrus proclamari iussit: si qs esset i assyriorū aut siriorū aut arabū castris uir seruus uel ex medis uel ex persis uel ex caribus uel ex cilicibus uel ex bactrianis uel ex grecis uel q aliūde undecūq; coacti eēnt: ij sese exhiberēt. At illi ubi pclamationem audierunt: libēter multi coram apparuere. Cyrus uero electis ex ijs qui forma maxime præcellerent licebat dicere eos q liberi forent: arma tollere: quæ dat ipsis: sibi autem curæ fore: ut res haberent n cessarias

quos agens continuo ad ordinũ centuriones: illis eos cõmendauit: iussitq; ut cratis nudosq; gladios his darẽt: quo ea habentes: sequãtur una cum equis: & ut res necessarias pro his acciperent: quẽadmodũ pro persis suis. centuriones uero ipsi cũ thoracibus ac lanceis ut eq̃s ueherentur. Ipseq; Cyrus facere ita cœpit. At peditibus homotimorũ ut pro se quisq; aliũ praeficeret: iussit ex homotimis. Et hi quidem circa haec uersabãtur: cum interea tẽporis adfuit Gobryas assyrius uir senex in equo cũ equestri famulatu: ferebãtq; arma omnes equestria Atq; hij q̃ constituti erant ad arma recipienda: iubebãt lanceas traderent: ut eas quẽadmodum alia cremarent Quibus respondit Gobryas uelle se antea uidere Cyrũ Et ministri relictis alijs equitibus Gobryam ducunt ad Cyrũ: quẽ Gobryas ut uidit: ait o here ego genere sum assyrius: qui & oppidum habeo ualidũ: & magnae dominor regioni. Praeterea eq̃tes habeo circiter mille trecentos: quos praebebam regi assyriorũ: eramq; illi amicissimus. Sed ubi ille a uobis necatus est uir sane bonus illiusq; filius mihi inimicissimus successit in regnum: ueni ad te: cui supplex cõcido: me que ipsum do seruũ ac socium: abs te autem peto: ut meam ulciscaris iniuriã quẽ ita facio filium ut licet. Careo enim filijs maribus Nam qui mihi heres solus erat filius honestus & bonus: quiq; me & amabat & honorabat: quẽadmodũ filius honore patrẽ facere felicem queat: hunc rex ille senior regis huius praesentis pater cum inuitasset tanq̃ daturus filiam ei uxorem: ego illum misi: ut eram elato animo: quod filiũ scilicet meum filiae regis uisurus essem sponsum. Praesens autem rex ubi cum uenatum

inuitasset:uenandiq; liberrime permisisset: ratus se longe illi equitatiõe prestare:meus filius ut una quidẽ cũ amico uenabatur. Vrsa uero ut est oblata cum ij ambo una illam insequerentur:hic qui nunc ẽ princeps:misso iaculo ictu frustratus est quod utinã accidisset nũq̃. At filius meus feriens:id quod minime opus erat: ursam prosternit. Et tum quidẽ hic moleste fortasse rem ferens:inuidiam clam continuit. Sed ut rursus leo obiectus esset:regis filius item iaculatus est frustra: passus is quidem incredibile nihil mea sententia. At filius meus item assecutus leonem ĩteremit:atq; certe bis de incepes ferit:& utraq; uice feram prostrauit. Hic igitur non amplius homo nefarius inuidiam compescuit: sed arrepta lancea a sequẽtiũ quodam eaq; percusso in pectus filio meo:q & unicus mihi erat & carissimus huic animã abstulit. Quem ego miser tam grandem agens ætatem filium meum optimũ mihiq; dilectissimũ cui nuper florere barba inciperet:pro sponso portaui mortuũ:atq; sepeliui. Parricida uero perinde quasi inimicum aliquem perdidisset:se facti pœnitere nũq̃ ostẽdit. Neq; p perpetrato facinore honore aliquo sepultum dignatus est. Atqui eius pater & me cõmiseratus est:& calamitatẽ meã per molestam sibi eẽ declarauit. Ego igitur si quidẽ ille uiueret:nũq̃ ad teissem:quo illi nocerem. Nem illius multa amiciciæ merita erga me fuere:cui etiam inseruiui. Sed posteaq̃ i filij mei interemptorẽ deuenit imperium:nunq̃ huic ego possem esse beniuolus:nec etiam hic me certo scio amicum unq̃ duceret. Nouit eni quo animo in se sum & ut antea hilariter uitam agerem: nunc autem filio

orbatus in luctu dego senectutem. Si igitur me admittis spemq; afferas fore: ut consequar tecum ultionē aliquam mei carissimi filij: tum rursus uidear mihi pubescere: tum neq; uiuere cum dedecore neq; mori me putē cum dolore, Gobryas ita inquit: ad quē Cyrus ita respōdit. At si quidem Gobryas omnia sentis quae es ad nos locutus: & admitto te supplicem: & tui filij ultionē cum deorum ope promitto tibi. Verum mihi dicito: si tibi haec ab nobis fiant: tuaq; te habere oppida permittamus: & agrum et arma atq; uires: quas habebas ante tu prohibisce quae nobis prestabis obsequia? Ad quē Gobryas inquit. Oppida equidem cum ueneris domū: praebebo tibi. Regionis tributum: quod illi ferebam tibi soluam. Et ubi expeditionem ages ibo una tecum in exercitum cum regionis meae uiribus. Est praeterea mihi filia uirgo: eaq; dilectissima: & iam nubilis: quam ego antea putabam uxorem alere huic: qui nūc regnat. At ea nunc multo est cum gemitu me praecata: ne se fratri parricidae uxorem dem: id quod ipse etiā sentio. De hac autem: ipsa ita hoc tempore tibi consultationē cedo: quēadmodum ipse quoq; de rebus tuis uidear consultare. Sic dein inquit Cyrus. Ad haec ꝓ ueritate do tibi meā tuamq; dextram accipio: dij autem nobis testes sunto. Haec ubi acta sunt & abyre Gobriam iubet sua secum habentem arma: & ex eo quaerebat: quantū ad se usq; foret itineris: quoniā eo esset iturus. ad quē dicebat Gobryas. Si mane cras eas: altero die apud nos pernoctes. Ita igitur hic abiuit relicto Cyro imperatore. At medi aderant: qui magis ea soluere. quae ijdem dijs dixerant deligenda. Cyro autem selegerunt pulcherrimū taber

inaculum ac Susiam mulierem: quæ in asia speciosissi-ma esse diceretur: & citharistrias duas optimas. Secun-do autem loco secũda Cyaxari. Huiusmodi etiam alia quorum indigebant: sibiipsis explentes: quo re nulla egentes militiam exercerent. Omnia enim affatim erãt Acceperunt etiam hyrcanij ea: quorum indigebãt. Ae-qualem quoq; portionem Cyaxari nũcio fecere. Super uacanea uero tabernacula quotquot erant. Cyro tradi-dere: quo persis tribueret. Numum uero datum ire di-xerunt. ubi collectus foret: quem etiam distribuerunt.

Susia mulier speciosiss. quam cunctis in Asia

XENOPHONTIS DE CYRIPAEDIA.

LIBER QVINTVS.

b IQVIDEM HAEC ETE GERVNT & dixerūt At Cyrus dona Cyaxaris iussit eos accipere atq; custodire. quos ei sciebat esse familiarissimos. Aitq;: quecunq; mihi datis: libēter admitto. Iis autem qui uestru; maxime indiguerit: utetur. Quidam uero ex medis musicæ studiosus atqui inquit o Cyre cum uesperi audissem cytharistrias quas nunc tu habes: & audiendo delectatus sum: & si istarum mihi unam dederis: uidear dulcius in expeditionem ire: q̄ manere domi. ad quem Cyrus inquit. At ego & do eam tibi; ac puto tibi habere gratiam magis: quod a me petieris: q̄ tu mihi: quod accipis; usq; adeo cupio uobis gratificari. Et hanc quidem accœpit. qui petierat. Vocato autem Cyrus Araspa medo: qui ei erat a puero sodalis: cuiq; stolam exutus medicam dederat; quo tempore ab Astyage abiret ī persas: huic iussit ut sibi custodiret mulierem atq; tabernaculum. Erat autem ea mulier Abradatæ uxor regis susorum; qui cum caperent̄ asyriorum castra: ibi non erat; quippe qui ad bactrianorum regem orator profectus est: eo ab asyrio missus societatis faciundæ gratia. Erat. n. regi bactrianorum hospes. Hanc igitur Cyrus tuendā iubebat Araspæ. donec ipse eam acciperet. Araspas aūt iussus percunctabatur. uidisti ne adhuc Cyre mulierē. quam mihi iubes asseruandam? Me diuss fidius Cyrus

inquit nequaq̃ uidi. At ego inquit Araſpas: uidi equi-dem: cum eam delegi tibi: & rurſus cum ingreſſi ſu-mus in eius tabernaculum: eam ita demum minime noueramus. Nam ſedebat humi: & famulæ omnes cir cum ipſam. Habebatq; illa ueſtem ancillarũ ueſtibus ſi milem. Sed ubi uolentes cognoſcere quænam eſſet he-ra: omnis illas circũſpeximus: q̃ primũ admodũ uiſa ẽ aliis omnibus antecellere: quãuis ſederet eſſetq; uelata & humi diſpiceret. Vt cum eam iuſſimus ſurgere: cum ſurrexerunt una cum ea illæ ancillæ omnes. Præſtabat autem hæc primũ magnitudine: dein uirtute & uenu ſtate & ſi in humili erat habitu: manifeſtoq; ei lachry mæ ſtillabãt: alie in peplos aliæ pedes. Vbi uero q̃ erat inter nos ætate grandior: ait bono animo eſto mulier. Nam & ſi pulchrum ac bonũ uirum tibi eſſe audimus nunc te uiro ſeligimus: qui neq; formæ præſtantia il-lo eſt deterior: neq; prudentia neq; uiribus. Sed ut no-ſtra fert opinio: ſi quis alius quiſq; uir Cyrus etiã ipſe admiratione eſt dignus: cuius tu ex hac hora futura es. Quod mulier ut audiuit: et lacerauit a ſummo uſq; pe plum: & eiulabatur: una etiam uociferatæ ſunt famu læ. Quo quidẽ tẽpore maxima ex parte apparuit eius facies: apparuit item collum ac manus. Voloq;: tibi cer to perſuadeas Cyre: ut & mihi: & aliis intuentibus uiſum eſt: nondum eſſe ortam neq; inueniri inter mor tales huiuſmodi mulierem in aſia. Verum eam tu oĩno aſpice. Atq; ait Cyrus: ita me herculæ & multo quidẽ minus: ſi talis eſt qualis a te narratur. Cur inquit ille adoleſcens. Quoniam ait: ſi nunc dum abs te audio eã eſſe pulchram: ſententiã tuã ſequens. eam uiſurus iero

cum neq; satis mihi ocũ sit: uereor: ne longe celerius illa rursus persuadeat mihi item ut se rursus spectaturus accedam: & ex hinc fortassis his neglectis que gerere me oportet: sed eã illam spectans. Ac iuuenis multo cum risu ait. Putas enim tu Cyre fieri posse: ut mulieris pulchritudo: eum qui nolit: cogat agere quod factu non sit optimũ? Nam si hoc ita natura habet omẽs identidẽ cogeret. Videsne: ut ignis omnes itidem urit? Natura enim talis est. Pulchras autem alias amant alias non amant & alius aliam. Est enim res spontanea. Et quisq; amat: quem uelit. Frater haud continuo sororẽ amat: sed ab alio hæc amatur. Neq; pater filiã amat quæ amatur ab alio. Et enim metus ac lex satis sunt ad amorem inhibendũ. Quod si lex feratur: ut qui non uescuntur: non fame capiantur: & qui nõ bibunt: nõ sitiant: neq; per hyemem frigeant: neq; caleant: per æstatẽ nulla sane lex possit efficere: ut his hoies pareant. Sũt enim homines his rebus natura inferiores. At amare ultroneum est. Quisq; igitur ea amat: quæ sua sunt: ut amictus: et calceos. Quomodo ergo inqt Cyrus: si amor ultroneus est: non eo uacare quis potest: cum uelit? Cæterum ergo uidi: qui flerent præ dolore ob amorem & qui amatis famularentur: cum prius q̃ amarent: maximũ malum seruitutem opinarentur: quiq; darent eorũ multa: quibus priuari eis non esset melius: & qui præterea optarent amore liberari non secus q̃ ab alio quodam morbo neq; liberari tamẽ possent. Sed ualidiore necessitate ligati essent q̃ si in ferrea uincula coniecti forent. Præbent igitur amatis seipsos permultum ac temere seruientes. Neq; cum huiusmodi malis teneantur

temptant euadere:sed asseruant:quos amant:ne ꝗ quoq̃ effugiant. Et adolescens ad hæc ait. Faciunt enim quæ dicis. Et sunt sane istiusmodi amatores flagitiosi:quo fit ut etiam optent:ut perseuerantes usq; in erũnis moriantur. Cunq; infinitæ sunt liberandi artes:a uita nõ liberantur. Iidem præterea furari aggrediuntur:neq; ab alienis abstinent. Sed cum quid rapuerint:furatiue fuerint:uides quod ipse primus tanq̃ furtum necessarium non sit:& furem & raptorem accusas:& nõ modo non ignoscis:sed supplicio afficis. Hoc item modo formosi non cogunt:ut homĩes se ament:aut cupiant: quæ non decet:sed flagitiosi homunciones cupiditatibus omnibus se præstant inferiores. Deinde amores accusant. At honesti atq; probi uiri:& si cupiunt & aurum & equos bonos et mulieres pulchras:ab his tamen omnibus facile queunt abstinere:ut nõ his magisq̃ deceat subditi sint. Itaq; ipse hanc mulierem intutus:& si admodum formosa mihi uisa est:sunt tamẽ et apud te & equito:& alia quæq; mea præsto officia: Ita me diussidius inquit Cyrus: fortassis enim celerius abisti q̃ in quanto tempore amor potest hominẽ sibi disponere. Nam & ignis eum:qui se tetigerit:haud continuo urit. Et ligna non cõtinuo flãmas tollunt. Ipse tamẽ neq; ignem ultro tango:neq; pulchros intueor:nec etiã tibi consulo Araspa sinas in pulchris oculos uersari: quod ignis quidem urit homĩes tangentis:ac formosi eos etiam accẽdunt:qui se procul spectant:ut propter amorem æstuent. confide Cyre:araspas inquit. Nam si nunq̃ etiã spectare cessauero: nullo pacto uincar:quo aliquid:quod minus deceat faciã. Pulcherrime inquit

dicis. Quare asserua hanc: ut tibi iubeo: eiusq; curã gere: fortassis enim admodum etiam in tempore fiat hæc mulier. Tum igitur his dictis abierunt. Sed adolescens cu; simul mulierẽ pulcherrimã aspiceret simulq; eius probitatem cognosceret: curamq; eius gereret: atq; gratificari ei arbitraretur: & cum etiam sentiret eam non esse ingratam: sed diligentiam per seruos suos adhibere: ut ingredienti araspæ essent necessaria omnia: et ne si quãdo ægrotaret: rei cuiusq; indigeret: ex hisce omnibus amore captus est. Et nihil fortasse mirabile est passis. Et hæc quidem hoc pacto gerebantur. Cyrus autem cum uellet libenter manere apud sese tum medos tum socios. conuocatis tempestiuis omnibus huiusmodi uerba locutus est. Viri medi & uos qui adestis omẽs equi-de; certo scio neq; pecuniarũ indigẽtis uos mecũ egressos esse neq; quod existimaretis Cyaxari hoc præstare obsequium sed ut hanc rem mihi gratificaremini neq; honore prosequeremini et per noctem iter facere et mecum una periclitari. Quorum ego gratiam uobis habeo nisi iniustus sim: quam referre nondũ mihi uideor posse pro dignitate. Neq; id dicere me pudet Quod autem dicam eam me relaturum si apud me manseritis? hic mihi sermo pudori esset. Nam existimarem uideri hæc dicere quo uos magis uelitis manere apud me. Sed hac pro re hæc uobis dico. Ego enim uobis etiam si iam habeatis obedientes. Cyaxari tamen si quid boni gessero ita enitar facere ut me sitis laudaturi. Non enim ipse nunc sum habiturus. Verum & hyrcaniis quibus & iusiurandum & dextras dedi fidem seruabo. Et nunq; hos deprehendar prodidisse: & Gobryæ qui nunc nos

bis & oppida dedit:& regionē & uires facere studēbo:ne se unq̄ pœniteat sui ad me itineris. Et quod maximū est cum dij imortales manifestis adeo bonis nos affecerint eos & metuerem et uererer si his bonis relictis temere abirem. Equidem ipse ita faciam. Vos autē ut ita sentitis ita etiam facitote: atq; mihi dicite: quæcunq; sententia uobis sit. Cyrus ita locutus est. Primus autem is qui olim dixit se Cyri consanguineū respondit. At ego rex inquiens: rex enim nihilo mihi minus uideris natura esse q̄ qui in Alueari apium est dux. Illi enim apes parent ultro & ubicunq; maneat nulla illinc abscedit. Quod si quo exeat: nulla eum relinquit: amor usq; adeo uæhemens in his inest ut eius patiantur imperiū: idemtidemq; quodāmodo homines mihi uidētur erga te habere. Et enim in persas cum a nobis abisti: quis medus aut iuuenis aut senex relictus est: q minus te sequeretur: donec astyages nos auertit? Cum uero ex persis auxilio uenisti nobis: uidemus item ami cos tuos fere omnis ultro te sequentis. Vbi rursus cupisti ducere hunc exercitum: sponte medi omnes te sunt secuti. Nunc etiam sic habemus: ut una tecum in terra hostili cū sumus confidamus: & timeamus sine te abire etiam domū. Itaq; alij quomodo facturi sunt: ipsi di cent. Sed ego Cyre & ij qui mihi subditi sunt: & ma nebimus apud te: & tuū nutum obseruabimus: const.i terq; expectabimus beneficiū tuum. Post hūc ita Tigra nes locutus est. Tu nūq; mireris Cyre si ipse taceo. Animus enim meus non ad consultandum paratur: sed ad omnia ea faciūda quæ iubeas, Hyrcanius autem inquit At ego o medi si nūc habeatis: dicā mali numinis esse

insidias: quod nos nolit felicissimos fieri. Humanae autem mentis cōpos quis aut fugientis hostes fugat: aut arma si tradiderint: minus capiat. aut seipsos atq; sua dantis non admittat. Praesertim cum talis est nobis imperator: qui mihi uidetur: ita nobis deos omnis testor: magis laetari: ut nobis benefaciat: q̄ ut seipsum locupletet. Post hunc medi omnes haec dixerunt. Tu Cyre & eduxisti nos: & domū cum abeundi tempus uideatur: tecum nos age. Quae Cyrus ubi audiuit: ita praecatus ē At o iupiter optime maxime abs te peto: mihi des ut hos beneficiis uincam: qui me honorant. Ex hinc iussit: ut alii cōstituerent habere iam circa se custodes. At persae distribuerent tabernacula equitibus quidē: quae his conuenirent: peditibus uero: que his satis essent: & ita constituerent: ut qui in tabernaculis sunt: ubi fecerint omnia pro officio: ea in ordines ferant ad persas: & equos praebeant cultos. Persis uero opus ut esset aliud nullum: quam ea elaborare: quae ad bellum pertinent. Hunc autem diem degerunt hoc pacto. Mane aūt surgentes pergebāt ad Gobryam. Cyrus quidem in equo: & qui ex persis eq̄tes facti sunt: ad duo milia. Qui uero habebant horum crates & mucrones: post hos sequebantur pari omnes numero aliusq; exercitus istructus proficiscebatur. Cuiq; autem iussit: ut nouis ipsorum seruis dicerent. Quicunq; eorum aut post cogentes agmen uisus fuerit: aut ante frontem: aut ad latera deprae hendatur extra eos qui sunt in ordine illum punitū iri Postridie circiter crepusculum perueniunt ad Gobryae oppidum uidentq; munimētū ualidissimū: & oīa parata in muris quaecunq; sunt ad repugnandū optima

ac boues multas pecudesq; perm[...] ...unimenta
adductas intuebantur. Cunq; mi[...] Cyrum Go-
bryas iussit ut equitans uideret si [...]ssus expediti-
simus utq; intro ad se mitteret fidos aliquos qui intuē
tes quæ sibi intus sunt renunciaturi sint. Sic igitur Cy
rus ipse certo uidere uolens: sicubi oppidum facile capi
posset. siue Gobryas mentiretur: immittebat undiq; ac
uidit omnia ualidiora esse accessu. Quos autem misit
ad Gobryan: ii circo renunciabant tanta esse intus bo-
na: quāta ubi sit uidetur: in hominū ætatē si intus sint:
defutura non forent. Itaq; Cyrus sollicitus erat: quid
tandem hæc essent. Cum Gobryas et ipse ad eū egres-
sus est: & omnes intrinsecus eduxit ferentis uinum ac
farinam. Alios uero agentis boues: capras: oues: sues:
& si qd eēt esculēti: oīa affatim afferebāt: ut cœna exci
peretur exercitus oīs una cū cyro. q ergo ad hāc rem cō-
stituti erant: & diuidebant. hæc: & cœnabant At Go-
bryas ubi omnes uiri sui fuerūt extra Cyrum ingredi-
iussit quo arbitraretur omnia esse secura. Cyrus igi-
tur præmissis exploratoribus ac uiribus: ita etiam ipse
ingrediebatur. Sed ubi ingressus est Cyrus habēs por-
tas patefactas: amicos oīs inuitabat & principes quos
habebat secum. Vbi uero intus fuere Gobryas extulit
phialas aureas: & urceos et peluis uariumq; ornatum
& innumeros quosdā daricos: & omnia ualde perpul
chra. ad postremū etiam filiam educēns mirbbili qua-
dam pulchritudie atq; magnitudine: quæ luctuose ha-
beret propter fratris obitum: ita inquit. Ego tibi Cyre
hasce quidem pecunias dono do: hanc autem filiam cō-
cedo: ut de ipsa pro uoluntate deliberes. Te autem sup-

pliciter ro uidem etiam antea: ut filii mei ipsa autem sui sis ultor. Ad quæ Cyrus respondit. Sed etiam hæc tum promisi me ultorem pro uiribus fore ubi tu: uerus esses. Nunc uero cum te talem esse intueor: iam tibi debeo promissum. Et tuæ huic filiæ eadem cum deorum ope promitto me facturũ. atq; hasce sane pecunias ipse equidem admitto: quas filiæ huic tuæ: atq; illi do: qui eam uxorem capiet. Vnum autẽ donũ habens abs te abibo: pro quo nec ea: quæ babylone sunt: & si ibi sunt plurima: nec etiã quæ ubiq; sunt: pro hoc uno quo donatus abs te sum: suauius habẽs sim habiturus. Et Gobryas miratus quidnam hoc esset: suspicatusq; ne filiam diceret. ita est per cunctatus. Et quidnam hoc est inquit Cyre? Ad quẽ ille respondit. Quoniã ego Gobrya multos homies esse reor: qui neq; impietati sese uelint neq; iniusticiæ obnoxios facere: neq; sponte mentiantur. Sed quia nemo his uelit præferre neq; pecunias multas neq; regnum: neq; opida munita: neq; filios carissimos: moriũtur prius: q̃ declarent: quales essent. Tu autem mihi nunc & munitiones tutissimas: & diuitias multiplices: & uires tuas & filiam dignissimã largitus mihi: clarũ reddidisti mortalibus omnibus eum me esse qui neq; in hospites impius esse uelim: neq; iniustus pecuniarum gratia neq; ultro mendax in seruãdis promissis. Horũ ego obliuiscar sane nunq̃: donec uir iustus sim talisq; esse uisus lauder ab hominibus. Quin enitar te contra bonis omnibus honorare. Neq; tibi uerendum est quo minus careas digno uiro pro hac filia tua. Nam & multi mihi & boni amici sunt. quorum alicui hæc nubet.

Siquidem tantas sit habiturus pecunias quãtæ abs te dantur:uel ĳs etiam alias multoplures nequeam dicere. Tu sane haud ignoras quosdam eorum esse: qui ob pecunias tuas ne paulo quide; magis te sint admiratu ri. Me autem hoc tempore adamant: optantq; ut deorum benignitate possint aliquando demonstrare quod nihilominus q̃ ego fideles sint in amicos: in hostes autem ut nunq̃ sint quãdiu uiuunt remissiores: modo deus aliquis non aduersetur. Virtuti uero atq; bonæ gloriæ ne bõa q̃dẽ oĩa syrorũ asyriorũq; tuis addita bonis præferãt. Talis eẽ uiros q̃ hic sedẽt nolo te lateat, Et Gobryas ridẽs. Per deos ĩmortales iq̃t: Cy. ostẽde mihi: ubi hi sũt: quo abs te petã horũ mihi aliquẽ fieri filiũ. Atq; Cyrus ait nihilo tibi opus erit: ut me percũcteris si una nobiscũ ẽt sis ipse tu poteris alq̃ ipsorũ quẽq; demõstrare. Tãtũ locutus uerborũ apprehẽsa Gobryæ dextera atq; surgens abĳt: suosq; secum eduxit omnis: cunq; multum a Gobrya rogaretur: ut intus cœnaret: haud uoluit Sed cœnabat in castris: & Gobryã ipsum cõuiuã assũpsit. Cunq; in uimineis thoris discumberet: ita eum interrogabat. Gobrya dic mihi: utrũ tibi putas plura esse strata: an cuiq; nostrum? Ad quẽ ille respondit. Vobis sane plura & strata sunt & lecti: atq; ædes multo maiores q̃ meæ. qui pro ædibus & terra utimini & cælo lecti etiam uobis sunt quotquot cubicula sunt in terra: strata uero existimatis nõ quot lanæ oriuntur ex pecudibus: sed quancunq; materiam & montes & campi germinãt. Primũ igitur: dum una cum his Gobryas cœnaret: uideretq; appositorũ esculentorũ uilitatem putabat seipsos multo eẽ liberalioris: q̃ persas. Sed ubi aio

Cyri ... [illegible] ... dominum.

uolutauit cyborum moderationē:in nullo eīm neq; escu lento neq; potulento uir perses ex his qui bene institu ti sunt neq; oculis cōmotus appareat neq; rapina.neq; mente:ut consideret tanq̄ si in cybo non esset:sed quē admodū equestres:quoniā in equis nō turbātur possint simul dum extant:& uidere:& audire:et dicere:quod sit opus:sic item illi inter cœnandū existimant oporte re & prudentes apparere et moderatos. At moueri escu lentis & potulentis uidetur his esse porcinū admodū: & imane. Cogitauit etiam ut hic inuicē talia quædā interrogabant:qualia interrogari.suauius esset q̄ non interrogari. Et ut cauillabātur:qualia cauillari suaui us erat:q̄ non cauillari. Et quæ iocabantur:ut admodū a cōtumelia aberāt:& a re turpi factu:& a mutua mo lestia. Maximū uero ei uisum ē:,qđ his q essent in exer citu:nihilo plura existimarent oportere apponi:q̄ illis qui in diem periculum intrarent. Sed hoc arbitrarētur suauissimū esse conuiuiū:si ita pararent socios: ut futu ri essent q̄ optimi. Vbi autem Gobryas surrexit domū abiturus:fertur dixissē. Nō amplius miror Cyre:si po cula & amictus & aurū nos possidemus q̄ uos maiori copia. At nos sumus minoris faciundi q̄ uos. Nos enim operam damus:ut,sint nobis q̄ plurima At uobis ea di ligentia est uti mihi uidetur : ut futuri sitis q̄ optimi. Et ille quidē hæc locutus est. At Cyrus age inquit Go brya:quo mane adsis tecum equitatū habens armatum quo etiam tuum exercitum uideamus simulq; nos age per agrum tuum:quo intueamur:quæ & nobis amica & quæ hostilia sunt existimāda:Tum igitur hæc locu ti utriq; abierunt ad res conuenientis. Sed ubi dies ad

uenit: affuit Gobryas habens equitatum suũ ac ducebat Cyrus autem ut par est uiro principi: non solum mentem adhibebat itineri faciundo sed procedens simul cõsiderabat: si fieri posset ut redderet hostes imbecillioris aut etiam seipsos ualidioris, Itaq; uocato Hyrcanio atq; Gobrya: hos enim existimabat nosce maxime: quæ ipse discenda sibi arbitrabatur. Ego inqt. uiri amici existimo: si uobiscum qui fidelissimi estis: consulto de hoc bello: nequaq; errare. Video enim uobis magis q̃ mihi esse considerandum: ut Asirius uobis non dominetur. Nam mihi si ab his rebus errauero: est fortassis aliud perfugiũ. At a uobis: si hic uicerit uideo nostra omnia fieri aliena. Etenim hic mihi hostis est: qui me odio nõ habet: sed putet detrimẽtosum esse sibi uos eẽ magnos. Et ob hanc rem exercitum agit aduersus nos. Vos autẽ idcirco est iam exosus: quod existimet a uobis pati iniuriam. Ad hæc ambo responderũt. Propterea ut perficeret quod ei curæ esset: quoniã præsentia hæc intelligerent ad se uæhamenter pertinere: ubi euenirẽt. Hic igitur ita incœpit. Dicite igitur mihi: utrum uos solos asyrius putat habere hostis aduersus sese: an satis alium itẽ quẽquã: qui ei sit hostis? Ita me hercule inqt Hircanius Hostes ei sunt maximi Cadusij: gens qdẽ & magna & robusta. At qui Sacæ finitimi nobis sunt: quos asyrius multis affecit malis: qui enixus sit illos quẽadmodum etiam nos subiugare. Ergo existimatis inquit: nunc eos utrosq; libẽter nobiscum Asyrium inuasuros? Qui r̃nderunt: & uehementer ij quidẽ si qdẽ coniũgi nobiscum possint. Quid est Cyrus inquit i medio: quo minus coniungantur? Asyrij responderunt: eadẽ gens

per quam nũc pergis. quæ cum Cyrus audiſſet. Quid enim inquit o Gobrya. Non tu hunc adoleſcentem: qui nunc in regnum conſtitutus eſt: moribus eſſe accuſas admodum inſolentibus? Talia enim ĩquit Gobryas ab eo ſum paſſus. Verum ita inquit Cyrus: in te dumtaxat an etiam in alios quoſdã talem ſe geſſit? Et in alios mediuſfidius inquit Gobryas. Verum quibus contumelijs afficit: imbecillos: quid dicere oportet? Vnius autem uiri qui multo erat q̃ ego potentior: filium qui illi etiam ſodalis eſſet quẽadmodum filius meus compotentem apud ſe comprehendit atq; excidit: & id quidẽ quoniã ut aliqui dixere pellex eius eum laudauit pulchritudinis: eamq; beatam fore dixit: quæ uxor illi futura eẽt. Sed ut ipſe rex nũc dixit quoniã temptaſſet ille ſuam pellicem atq; hic nũc Spado eſt: habetq; imperium quoniã eius pater diem obijt. Putas igitur fore: inquit Cyrus: ut hic item libenter nos uideat: ſi putet ſibi futuros auxilio. Bene equidem ſcio inquit Gobryas. Sed eũ uidere difficile ẽ Cyre. Qui inquit? Cy. Quoniam ſi quis uelit illi cõiungi neceſſe eſt: ut præter ipſam babylona tranſeat: quid igitur inq̃t Cyrus: hoc eſt difficile? Quoniã inquit Gobryas: futurum ſcio: ut multo maiores uires ex ea exeant q̃ hæ: quas nunc tu habes. Nec enim debes eſſe neſcius: quod ob hoc ipſum: quod minus nunc tibi q̃ antea aſyrij arma deferunt: equoſq; adducunt quoniã uires tuæ his intuentibus uiſæ ſũt paruæ: & rumor hic iam diſſeminatus eſt permultus. Itaq; mihi uidetur eſſe melius: ut aſſeruanter proficiſcaris. Et ubi Cyrus huiuſmodi uerba dixiſſe Gobryã audiuit: ita ad eum locutus eſt. Perpulchre mihi dicere

Gobrya uideris: q iubeas iter fieri q̄ securissime. Quare cogitanti mihi nullum uidetur iter securius q̄ quod ab ipsa; ducit babylona: si ibi sunt maxīe hostiū uires. Sunt enim illi multi: ut dis: qui si confidunt: erūt etiā in nos acerrimi. Itaq; si nos non uideant: sed existimēt euanuisse: quoniā illos metuamus liberabuntur eo metu: in quo sunt. capientq; pro metu eo maiorē fiduciam quo plus temporis nos non uideant. Quod si nunc eamus aduersus eos: reperiemus eorū permultos: qui adhuc illos fleant: quos ipsi interemerimus. Multos item qui habeant obligata uulnera: quibus a nostris militibus sunt affecti. Omnes præterea qui adhuc meminere tum huius exercitus audētiam: tum sui ipsorum & fugam & cladē. Nec te latere hoc debet Gobrya homīes plures quando confidant essē animi constanti erectiōe cum uero timeant quo plures fuerunt: eo maiore formidabilioreq; metu detineri. Ex multis enim malisq; rumoribus is auctus est metus: ex multis etiā malisq; hominū coloribus ex multis item atq; ignauis exanimatisq; personis coactus est. Itaq; ob magnitudinē is non facile extinguere potest furorem uerbis: neq; si ad hostes illum adigat: uim potest iniicere neq; si abigat: elationem excitare. Sed quantomagis iubeat audere: tanto existimabunt in maiore se esse discrimīe. Itaq; illud consideremus: ut certo habet. Nam si posthoc tēpus uictorie sunt futuræ in bellicis eorum operibus: utriutri maiorem turbam numeraturi sint: recte etiam tu de nobis metuis: & nos uero in rebus sumus formidolosis. Sin qnēadmodū antea pugnæ iudicantur etiam nunc propter bene pugnantes: ubi audias: nihil haberes: lon

ge enim ope deorũ plures inuenies apud nos eos: qui libenter pugnent: q̄ apud illos. Vt etiam magis audias hoc tecum cogita: hostes enim longe non sunt pauciores: q̄ cum antea uicti a nobis sunt: longe item minore numero: q̄ quando nos effugere. Nos uero & maiores nunc sumus q̄ antea: quoniam uicimus: & ualidiores quoniam rebus usi sumus secundis: ac item plures: quoniã uos additi nobis estis. Noli enim amplius contemnere: quoniã una nobiscum sunt. Nam cum uincentibus Gobrya etiam qui sequuntur audebunt. Neq; te hoc lateat licere hostibus per hoc temporis quoq; nos uidere. Formidabiliores autẽ nullo modo eis appareamus: si adhuc expectemus: q̄ si eamus aduersus illos. Itaq; hæc mihi quoniã cognita sunt: recta nos age ad babylona. Ita igitur pergentes ad quartum diem peruenere ad babylonis cõfinia. Vt autem fuit in terra hostili: assumpsit constituitq; secum in ordine tum pedites tum ex equitibus: quotquot ei uisi sunt bene habere Alios uero equites permisit decurrere: iussitq;: ut hi q arma haberent: interficerent: alij uero ut & pecudes: & quæcunq; alia cœpissent: ad sese agerent. Iussit etiam persis: ut ipsi quoq; excurrerent. Veneruntq; eorũ multi: qui ab equis deuoluti cecidissent. Multi item: q prædam plurimã agerent: quæ ubi affuit: cõuocatis medorum hyrcaniorũq; principibus atq; homotimis persarum hec locutus est. Viri amici Gobryas multis bonis hospitaliter nos omnis donauit. Si igitur ubi dijs immortalibus: quæ iusta sunt delegerimus & exercitui: quæ sunt satis: dederimus: aliam prædam huic demus: certe rem honestam faciamus: quoniã statim declaremus nos

emiti:ut benemerẽtis quoq; uicamus beneficiis. Quod ubi auditũ est:& laudauerunt omnes & predicauerũt Vnus prætered ita locutus est. Recte admodum inquit Cyre hoc a nobis factum fuerit. Gobryas enim uidetur mihi mendicos nos quosdam existimare:quoniam daricis referti nõ uenimus:neq; phyalis potamus aureis. Quod si hoc fecerimus:cognoscet liberalis nos esse etiã sine auro. Age igitur inquit Cyrus quę deorum sunt detis magis:& quæcũq; exercitui satis delegeritis, alia Gobrya uocato ei date. Sic igitur cũ illi cœpissent. quæcunq; opus fuerat. dederũt alia Gobryæ. Ex hinc ad babylona profectus est acie ordinata:quẽadmodũ cum ẽ pugnandum. Vt autem contra asirij egressi non sunt. Gobryæ iussit Cyrus:ut adequitãs diceret; si uellet rex egredi pro regione pugnaturus; saltem ut ipse cum illo pugnaret. Sin id minus; ut agrũ defenderet:quoniã necesse ẽ parere uincentibus. Gobryas igitur eo imisit ubi hec dicere tuto posset. Rex autem misit: qui talia ei responderet. Herus tuus dicit o Gobrya; non solum me pœnitet quod filium tuũ occiderim; sed quod non itẽ te interemerim. Pugnare autem si uelitis; uenite ad trigesimũ diem. Nunc enim nondũ ocium nobis est:quippe q adhuc paramur. Ad quẽ inquit Gobryas. Verũ hæc pœnitentia tibi nunquã desinat. Perspicuũ est enim te a me affici adhuc molestia:ex quo hac pœnitentia detineris. Et Gobryas quidem renunciauit Cyro:quæ asyrius respondisset. Quibus auditis Cyrus amouit exercitum. Gobryaq; uocato. Dic inquit mihi. Nõne dixisti tu putare te futurũ:ut excisus ab asyrio una nobiscũ eẽts Bene iquit mihi uideor nosse Multa enim ego atq; ille

inuicem fidenter locuti sumus. Quando igitur inquit Cyrus tibi uidetur bene habere: procede ad eum ac primū quidē ita facito: ut cunq; ille dixerit. Vbi autē una cum eo fueris si noueris eum uelle amicū esse: hoc moliēdum est: ut clam nobis amicus sit. Nec enim amicos quisq; aliter quodāmodo pluribus ī bello bonis affecerit: q̄ si hostis esse uideatur: Neq; inimicis magis alio quodāmodo nocuerit: q̄ si putetur amicus esse. At qui inquit Gobryas non sum nescius: quāti emeret Gadatas: ut magno aliquo malo regem hunc assyriorū afficeret, Sed quicquid possit: hoc nobis considerandum ē Narra igitur mihi: inquit Cyrus: in castellum quod ē ante regionem quodq; uos dicitis hyrcaniis. Sacisq; fabricatum propugnaculum esse belli huic regioni: num putas a castelli præfecto permitti: ut spado ueniat cum exercitu? Indubitato inquit Gobryas: si quidē minime suspectus: sicuti nūc est: ad eum ueniat. Ergo inquit Cyrus minime sit suspectus si quidem ego adortus fuero eius castella: perinde atq; uelim capere: ille autem repugnet pro uiribus atq; ego aliquid eius capiam: et ille contra e nostris captiuos faciat: aut alios quospiam: aut etiam nuncios: quos ad hosce mittam: qua nobis dicuntur hostes esse assyrio: dicātq; captiui abire se ad exercitum tanq̄ acturi ad castellū scalas, Spado uero his auditis simulet idcirco adesse: quoniā uelit hæc nūciare. Atq; inquit Gobryas. Quod si ita res gerantur: certo futurum scio: ut & adsit ille: atq; eum roget ibi manere donec transieris. Ergo inquit Cyrus: si quidem īgrediatur: facere queat: ut castellum capiamus. Cōsentaneum est inquit Gobryas ubi ille interius rem paret

tu aũt extrinſecus ualibus adoriaris. Age igitur ito: atq; enitere: ubi hec docueris: ac peregeris: huc adeſſe. Fidem autem ei haud maiorem neq; dicas neq; demonſtres: q̃ eam: q̃ tu a nobis accepiſti. Ex hinc abijt Gobryas: quem ſpado libenter uiderit & conſentiebat oĩa & paciſcebatur: quæ oportebat. Vbi autem nunciauit Gobryas uideri ſpadonem quæ Cyrus iuſſerat omnia ualide habere. Ex hinc poſtridie Cyrus adhortus ẽ Gadatas autem repugnabat. Nũcios uero quos Cyrus miſerat admonitos quo pergerent alios Gadatas diffugere permiſit quo agerent copias ſcalaſq; portarẽt. Quos uero captiuos fecit coram multis examinãs ubi audiuit quorum gratia ſe proficiſci dixere continuo inſtructus tanq̃ rem nuncitaturus noctu pergebat. Poſtremo autem fide dictis eius adhibita ut auxilium ferens caſtellum ingreditur & tum quidem una cum præfecto caſtelli parabatur ut poterat. Vbi autem uenit Cyrus cepit caſtellũ adiutoribus uſus his etiã captiuis: quos Cyrus miſerat. Quod ubi factum ẽſt: cõtinuo gadatas ſpado intus rebus conſtitutis ad Cyrum egreſſus eſt quem ubi pro more adoraſſet: ait. Salue Cyre. cæterum facio hæc inquit quoniã tu pro diuina ope non iubes ſolum: uerum etiam cogis me ſaluũ eſſe. Non enim debes neſcius eſſe ĩquit Cyrus me magnifacere: quod hoc caſtellum amicũ relinquã præſentibus ſocijs, Tibi autẽ Gadata ne filios faceres: ut uidetur: aſyrius abſtulit, a quo minime es priuatus ut poſſis tibi amicos comparare. At uolo: tibi bene perſuadeas feciſſe te nos amicos tuo hoc præſenti opere. Qui ibi profecto: ſi facultas detur operam dabimus. ne deteriores auxiliatores ſimus: q̃

si uel filios: uel nepotes adeptus esses. Et Cyrus quidẽ hæc dicebat. Hic uero hyrcanius cum nuper rem sensisset: accessit ad Cyrum: eiusq; dextra appræhẽsa inquit o magnum bonũ es amicis tu Cyre. Vt magnam me facis gratiam diis ĩmortalibus debere: qui me tibi coniũxerunt. Ito nũc: inquit Cyrus & accepto castello: cuius gratia mihi gratularis: ita illud gubernato: ut amico uestro dignissimũ sit atq; aliis sociis: maxime autẽ hoc Gadata: qui id cœpit atq; nobis tradidit. Quid igitur inquit hyrcanius? posteaq̃ uenerint cadusii ac sacæ atq; ciues mei uocemus etiam hunc ut omnes simul cõsultemus: quoruncũq; interest: ut q̃ utilissime utamur castello. Quæ agenda ita consensit Cyrus. Vbi uero conuenerunt hi quorum de castello intererat: consultauerunt ab his omnibus una custodiendũ esse castellũ: quibus conduceret illud amicum esse quo foret illis belli propugnaculum: aduersus asyrios autem munimentũ Quibus gestis multo iam alacriores ac plures & cadusii & sacæ & hyrcanii ibant in exercitum. Coactusq; hinc est exercitus ex cadusiis quidem scutati ad uiginti millia: & equites ad quattuor millia: ex Sacis uero sagittarũ ad decem millia: & equites item sagittarii ad duo millia & hyrcanii miserũt rursus & pedites: quotquot poterant & equites explerunt ad duomillia. Antea eni relicti fuerãt domi plures equites quoniam & cadusii & sacæ hostes erant asyriis. Quanto autem tẽpore sedit Cyrus circa castelli machinationẽ fabricandam. Asyrii multi circa castella hæc habitantes agebãt equos: multi arma diferebãt: quippe qui finitimos oĩs iam metuerent. Ex hinc ad Cyrum Gadatas accedit: di

xitq; uenisse ad se nuncios:quod asyrius ubi accœpit de castelli captiuitate:& moleste rē tulit & paratur:quo impetum faciat in suā regionē. Quare si me inquit dimittas Cyre:oppida enitar seruare. Nam rerum aliarū mihi nō est ratio. Ad quem inquit Cyrus. Si igitur nūc eas:quando es domi futurus? Et gadatas respōdit. Ad tertium diem cœnabo in regione nostra. Num inquit Cyrus futurum putas ut iam illic offendas asyrium? Certo inquit scio. Maturabit enim donec adhuc procul uideris abesse. Ego autem inquit Cyrus:ad quantū tēporis illuc eam una cum exercitu? Ad hoc Gadatas dit Multas iā here copias habes:neq; possis minus q̃ꝫ aut in sex aut in septem diebus ad meam ire habitationem Tu igitur:inquit Cyrus abi q̃ꝫ celerrime. Ego autem q̃ꝫ fieri possit:iter faciā. Et gadatas quidem abijt. At Cyrus conuocatis omnibus sociorum principibus qui & multi iam adesse uidebantur & clari & fortes uiri hæc locutus est. Viri socij Gadatas peregit:quæ nobis omnibus uisa sunt pluribus esse facunda. Et hæc quidē prius q̃ꝫ quicq̃ꝫ oīs boni a nobis accœperit. Nunc asyrius in eius regionem impetū facere nunciatur:perspicuū ē eū uelle et de illo capere ultionē:quoniā ab eo putet detrimētū plurimū accœpisse:simul illud quoq; fortassis cogitat fore:si nullo hi malo ab illo affecti fuerint:qui ad nos defecere:qui uero cum illo sunt:perdētur a nobis ut nemo consentanee uelit cum eo esse. Nūc igitur benefaciamus mea sententia:si alacbriter Gadatæ auxilium tulerimus uiro sane benefico:simulq; agamus pro iusticia:si gratiam rettulerimus. Præterea:ut mihi uideor intelligere:rē agamus utilem nobis ipsis.

Si enim omnibus uideamur uincere eos male afficiendo qui male perpetrarunt: beneficos uero beneficijs superare. Ex his rebus uerisimile ē uelle nos ei quamplurimos facere amicos: ac neminem cupere inimicum. Quod si neglexisse Gadatam uideamur: quibus rationibus per deos imortales persuadeamus alijs ut quicquam nobis gratificētur? Quomodo etiam audeamus laudare nosipsos. Quomodo item quisq̄ nostrum queat Gadatam respicere: si beneficijs uincamur tot nos uiri ab uno uiro: & eo usq; adeo affecto? Cyrus ita locutus est. At alij omnes uehementer comprobarunt hæc esse faciunda. Age igitur inquit Cyrus quoniam hæc item uidentur uobis: relinquamus in uehiculis hac iumentis eos: qui maxime idonei sint cum his proficisci Gobriasq; noster his præsit: atq; dux fiat. Nam & itinerū est peritus: & ad alia quæq; satis. Nos autē cum equis potentissimis ac uiris pergamus: acceptis rebus ad uictum necessarijs dierum trium. Quanto autem leuius paremus ac uilius: tanto suauius diebus inde proximus & prandebimus: & cœnabimus: & dormiemus. Verū nūc ita proficiscamur. Primū quidē tu chrysanta thoracibus indutos agito: quoniā uia & plana ē & lata: habeasq; omnis centuriones in fronte. Quisq; autem ordo singillatim eat. Nam si frequentes fuerimus & celerrime maximeq; tuto proficiscamur. Cuius rei causa iubeo thoracibus armatos duces esse: quoniā hoc genus exercitus ē grauissimū. Quare si quod grauissimum est ducat: necessario omnia minus celeriter euntia facile sequūtur. Cum uero quod celerrimū est ducit in nocte nihil est mirandū: si agmina distrahuntur. Nam

quod iussum est: effugiunt. Post hos autem Artabazus agat scutatos sagittariosque persarū. Ardamyas ide medus peditatum medorū agat. Et post hos quoq; Embas armeniorū ducat peditatum. Artuchas uero post hosce agat hyrcanios. Et thābradas post hosce: peditatū agat Sacarū. At post hos Damatas agat Cadusios. Agāt etiam hi omnes in fronte habentes centuriones: ad dexteram uero scutatos: & ad sinistram sagittarios quos haberent sibi a latere. Ita enim pergētes utiliores etiā fiunt. Post hos autem: qui sarcinas omniū ferunt: sequantur. Quorum principes curent ut antea q̄ dormiāt: parata sint omnia. Et mane adsint cum uasis ad constitutum locum. Et ut sequantur decore. At post eos qui sarcinas ferunt. Madatas perses agat equites persas: qui & is habeat in fronte centuriones equitū. Centurio uero ordinē agat singillatim: quēadmodū qui peditibus præsunt. Post hos Hyerosombatas Medus identidem agat equites suos. Post quos tu Tygranes agito equitatum tuum: & alij quoque equitum duces eos agant quibus cum singuli ad nos uenere. Post hos uero agite uos Sacæ. Vltimi autem quēadmodū uenere cadusij agant agmen. Tu uero Alceuna qui hos agis: curam non habe ut sis retro post omnes, Nec quenq̄ patere esse tuorum equitum ultimum. Diligētiam quoq; adhibete ut proficiscentes taceatis: & principes & omnes: qui sapitis. Per aures enim noctu necesse est magis q̄ per oculos & sentire quæq; & agere. Et turbari per noctem longe maius negocium est q̄ interdiu & emendatione difficilius Cuius rei gratia: tum taciturnitas exercēda est: tum ordo custodiendus. Nocturnæ autem custo

Instructio exercitus proficiscentis, et catalogus.

Silentium indicitur exercitibus nocte proficiscentibus.

die:cũ noctu nobis surgẽdũ ẽ:& q̃ breuissime faciũdæ sũt et q̃ plurimæ:quo nulla uigilia ĩ custodia si multa sit:detrimẽtũ proficiscẽdo patiat̃.Cũ uero proficiscẽdi sit hora:significãdũ ẽ cornu.At uos habẽtes singuli q̃ necessaria sunt:in uiam adeste:qua itur babylona.Qui autẽ anterior iter facit:semper postremus iubeat:ut sequantur.Ex hinc ibant ad tabernacula:simulq; euntes inuicem disserebant.Quãta memoria Cyrus est:quot instruxit:quomodo nomĩatim præcepit.At Cyrus hæc propter diligentiam faciebat:quippe cui mirãdum uideretur:si qui in sordida arte uersantur:singuli norũt artis suæ instrumentorũ nomina.Et medicus nomina tenet & instrumentorũ & uenenorum:quibus utitur Et imperator ita sit fatuus:ut nesciat nomina subditorum ducum:quibus ei opus est pro instrumentis uti.Et dum anticipare quicq̃ uelit:& dũ cauere:& dum audictiam iniicere & dum terrere:et dum honorare quandoq; quenq̃ cupiat:decorũ ei esse uidebatur quẽq; suo nomine appellare.Putabat etiam Cyrus eos qui a principe cognosci uiderentur magis desiderare:ut honesti quicq̃ aspicerentur facere ac magis item expetere: ut a turpi abstinere actione uiderẽtur.Res ei præterea hæc fatua uidebatur:ut cum uellet aliquid geri:ita imperaret:quẽadmodum heri domi consuerunt: eat aliquis ad aquam.ligna scindat aliquis.Nam si ita iubeatur.oẽs ei uidebantur se inuicem aspicere:neminẽq;:quod iussum esset:efficere: atq; omnis esse in causa:& neminẽ ob eam causam neq; pudere:neq; metuere:quoniã idẽtidem una multi essent accusandi:ob quæ omnia ipse nominabat illum:cui aliquid imperaret.Et de his quis

dem rebus Cyrus ita sentiebat. At milites: per id temporis cum cœnassent: & custodias posuissent: & quæ opus erat: parassent oia: somno se dedere. Sed ubi media nocte cornu signũ est datum: dixissetq; Cyrus Crisantæ: ut i uia maneret: que est ante agmen: egressus est assumptis ministris suis. Parumq; post temporis Chrisantas affuit ducens armatos thoracibus: cui cũ Cyrus dedisset itineris duces: ut quiete pergeret: iubebat: donec nuncius ueniret. Nondũ eñ oẽs erant in itinere. Ipse autem stans in uia aduenientem deducebat in ordie Ad cunctantem uero mittebat uocatum. Sed ubi omnes fuerunt in uia: equites ad Chrisantem misit qui dicerent in uia esse omis. Itaq; ut celerius ageret, Ipse uero equum quiete imittens ad partem anteriorem: ordines conspicabatur: & quos uideret ordine & cum taciturnitate euntis: ad eos immittens: & interrogabat qui essent: et cum audisset eos laudabat. Quod si quos sentiret tumultuantis: causa huius rei considerata: tumultum sedare enitabatur. Vnum solum relinquebatur circa nocturnam eius diligentiam. Quod ante omne agmen expeditos pedites haud multos premittebat: q & a Chrysanta aspicerentur: & eum ut obedientes aspicerent. Et si quo alio modo sentire aliqd possent. Chrysantæ significarẽt: uideri iam tempus esse. Erat etiam unus: qui huic rei preerat: quiq; hos ornabat: & quod laudabile esset: significabat. Quod autem secus foret: sine cõuicio dicebat. Noctu igitur ita pergebat. Sed ubi dies factus est. Cadusiorũ equites quoniã & eorum pedites proficiscebantur ultimi: apud hos reliquit: quo neq; hi nudi irent equitibus. Alios uero iubebat in partẽ

omnes

qui dice-

Nocturna Cyri diligentia.

anteriorem immittere:quoniā hostes quoq; in parte erant anteriore:quo si quid sibi aduersaretur: occurreret robur habens in ordine ac pugnaret. Quod si quid alicubi fugere aspiceret: ut q̄ paratissime insequeretur. Et erant et semper instructi: & quos fugere oportet & quos apud se manere opus esset. Totum autem ordinē solui sinebat nunq̄. Cyrus quidem ita exercitum ducebat:neq; ipse uno utebatur loco. Sed alias alio immittebat:aspiciebatq; & diligentiā adhibebat:si cuiusq; rei indigerent. Milites ita Cyri igitur pergebāt. At exequitar[illegible] Gadatæ uir quidam ex potentioribus uidens eum [illegible]io defecisse:putauit si quid hic pateretur accessur..m:sese ab assyrio bona eius omnia. Itaq; unum ex his quos fidelissimus habebat:ad syrium mittit: iubetq; eunti:si asyrium exercitum iam in Gadatæ regione offenderit:ut ei diceret:fore:ut & Gadatam & qui cū Gadata erant:captiuos faceret:si quidem uellet insidias tendere:iussitq; ut regem faceret certiorem:& quantum uirium Gadatas habebat:& quod Cyrus nō eum sequebatur:ac uiam ostēderet:qua esset inuasurus. Iussit etiam seruis suis:quo maior sibi fides præstaretur: ut& castellum quod ipse habebat in agro Gadatæ asyrio traderēt & quæ intus erant. Dixitq; se etiam uenturum occiso Gadata si quidē id posset. Sin minus in posterum cum asyrio se futurū. Vbi uero qui ad hæc fuerat constitutus equitās q̄ celerrime poterat: ad asyriū uenit ac declarauit quorum causa ueniret. Ille his auditis & castellum continuo accæpit:& equitatum multum:currusq; secum habens insidias locauit in frequētibus uicis. At Gadatas ut prope hos uicos factus ē:mit

ent quosdam qui ante explorarent. Sed asyrius ut nouit exploratores aduentare: soluere ac fugere iubet currus duos aut tris: equitesq; paucos: perinde atq; metuerent paucicq; essent. Quae ut uiderunt exploratores: & ipsi insequebantur. Gadataeq; hastas concutiebat. Et ille deceptus totis uiribus insequitur. At asyrii ut uisum est. Gadatan capi posse: surgunt ex insidiis. Quod gadatae milites intuentes: et par erat: fugiebant: illi uero ut erat consentaneum insequebantur. Quo tēpore qui Gadatae insidias intenderat eum percutit: & a laetali quidem uulnere aberrat. Verum eum in humerum ferit: ac uulnerat. Quod ubi fecisset: effugit donec ad insequentis hostes se contulit: qui ubi patuisset quis esset: simul q; foret cum asyriis: alacriter equum dirigens una cum rege insequebatur. Hic igitur capti sunt uidelicet hi quibus equi erāt tardissimi: ab iis qui equis celerrimis utebantur. Sed equites Gadatae omnes iam praessi: quoniā profectione essent attriti: conspicantur Cyrum cum agmine aduentantē. Existimādū sane est eos tanq; ex hyeme in portum libenter atq; iucunde aduehi. At Cyrus primū quidem miratus est. Vt uero rem nouit et aduersarii quidem omnes imittebant: & ipse in ordine aciem agebat. Quod hostes intelligentes: in fugam uersi sunt. Hic Cyrus his iussit, qui ad hoc negociū fuerāt instructi ut illos insequerentur. Et ipse una cum aliis sequebatur: ut usui esse existimabat. Tum igitur & currus capti sunt aliqui, cadentibus etiam aurigis aliis cum auerterentur: aliis item aliter. Quidam uero ab equitibus anteuertentibus capti sunt occidūtq; cum alios per multos: tū etiam eū qui Gadatā percusserat. Et pedites

q̃dē asyrũ q̃ Gadatæ castellũ obsidebāt aliĩ i castellũ cō fugere: q̃d a gadata defecerat aliĩ āticipātes i urbē quã dam: quo & ipse asyrius una cum equitibus & curribus diffugerat concessere. Cyrus igitur his gestis recipit se in gadatæ regionē. Cunq; imperasset. ut habere oporteret circa mācipia cōtinuo pergebat quo Gadatã consideraret: ut haberet ex uulnere. Pergenti autem illi gadatas occurit uulnere obligato. Quem Cyrus ut uidit & lætatus ē & ait ego ad te ibã cōsideraturus ut habes. Ad quē gadatas respondit. Ita ego per deos immortales ibam te iterum spectaturus qui uisu appares qui tali es in me animo: quiq; quod neq; indigeas nũc mei. neq; hæc mihi actum ire promiseris: neq; a me bñ affectus sis priuatim ulla prorsus in re: sed ob id dũtaxat: quod tibi sum uisus prodesse amicis: adeo mihi alacriter auxilium tulisti: cum nunc quantũ in me fuit: periĩ: quantum autē in te seruatus sum. Non per deos immortales Cyre si essem qualis sum natus: ac filios genuissem: ipse scirem: an adeptus essem filium talem erga me. Alios enim noui filios: & hunc presertim: qui nunc est rex asyriorum: qui maiore iam ægritudine patrem suum affecerit: q̃ te nunc potest afficere. Et Cyrus ad hæc ita respondit. Tu me admiraris: qui multo certe maius miraculum reliqueris. Et quod tandē hoc est inquit Gadatas? q̃ tot inq̃t persæ erga te studuere: tot medi: tot hyrcaniĩ præsētes oēs armeniĩ: & sacæ & cadusiĩ. Atq; gadatas precatus est. Verum o Iupiter optime maxime inquit: & his multa bona diĩ dent & auctori plurima: qui facit ut hi sint huiusmodi. Ut autem quos ipse laudas hosce Cyre etiam muneremus

præterea accipe hæc munuſcula cuiuſmodi dari a me
poſſunt. Simulq; adegit alia permulta: quod & ipſe
ſi uellet ſacrificaret: & omnē exercitum muneraret ꝑ
dignitate eorum: quæ bene geſta ſunt & pulcherrime
ſucceſſerūt. At caduſius qui poſtremi agminis erat cu
ſtos: neq; inſequendi particeps fuerat: cum tamē uellet
etiam ipſe præclarum aliquid facere: neq; cōmunicās
neq; Cyro locutus quicq̄ diſcurrit regiōem uerſus Ba
bylonia. Diſperſis autē equitibus eius. Rex aſyrius ex
ſua urbe inuadēs quo perfugerat: una occurrit habens
exercitum ualde inſtructum. Vt uero cognouit caduſi-
os eſſe ſolos eos inuadit. Et caduſiorum principem in-
terficit alioſq; permultos captis caduſiorum quibuſdā
equitibus & præda: quam agebant: ablata. Atq; aſiri
us cum eo uſq; eſſet inſecutus: quo tutum exiſtimaſſet:
reuertebatur. Caduſij uero ad caſtra ſeruati ſunt pri-
mi circa crepuſculum. Quam rem ut didicit Cyrus: oc
currit Caduſijs: & quem uulneratum uideret: eum ſu
ſcipiens ut Gadatan antea mittebat: ut curaretur. Ali-
os uero recipiebat in tabernacula: curabatq;: ut neceſſa
ria eis forent. Aſſumptis ꝑſis homotimis qui una illo
rum haberēt curam in huiuſmodi enim rebus uiri bo-
ni non inuiti elaborant. Eratq; perſpicuū eū admodū
dolere ut etiam cum cœnandi iam tempus eſſet: & alij
cœnarent. Cyrus adhuc una cum ſeruis & medicis ne
minē ultro neglectū relinqueret: ſed aut ipſemet itue-
batur aut ſi minus ipſe poſſet: palam mittebat qui cu-
rarent. Et tum quidem ita cubuere. Cum uero dies illu
xiſſet: continuo ubi proclamaſſet ut conuenirent alio-
rum quidem principes: caduſios uero omnis in hūc mo

dum allocutus est. Viri socij humanũ est quod aduersi accidit. Nam quod homines errent ut homĩes: nihil puto mirãdum esse. Dignum autem est ut ex hoc quod accidit aliquo fruamur bono: ut scilicet copiæ imbecilliores hostium uiribus nunq̃ diuellantur ab uniuerso exercitu. Neq; hoc a me dicitur: quod minus oporteat quãdoq; cum minore etiam parte aliquo ire si opus sit: q̃ nũc cadusius ierit. Sed si quis iuerit re cum eo cõmunicata: qui satis sit ad ferendum auxilium: fieri potest ut decipiatur: fieri etiam potest ubi tolleret: decipiẽdo hostes alio uertere ab his; qui egressi sunt. Fieri itẽ potest ut præbendo hostibus negocia amicis, securitatem afferat. Et hoc pacto neq; si seorsum sit aberit: sed uiribus augebitur. Qui autem aberit & non communicauerit ubicunq; sit is nihilo magis differt q̃ si solus militaret Verum pro hac re si deus inq̃t uoluerit: ultionẽ de hostibus nõ multo postea capiemus. Sed cũ celeriter pranderitis: eo uos agam: ubi res gesta est. Simulq; interemptos sepeliemus: simulq; hostibus ostendemus: ubi uicisse putant. Hic si deus uoluerit: ijs alios esse superiores: & quo ne ipsum quidem locum libenter aspiciant ubi socios nostros occidere: sin contra minus exierint: eorũ uicos cremabimus agrumq; uastabimus: ne uidentes quæ nobis fecere afficiantur lætitia. Sed sua intuentes mala tristentur. Alij igitur pransum ite. Vos autem Cadusij primũ abite uobis principem delecturi pro lege uestra: qui cum deorum auxilio ac nostro si qua uobis re opus fuerit: uestrum sit diligentiam habiturus: Vbi autem elegeritis: pransiq; fueritis: eum ad me mittite. Et hi quidem hæc egerunt. Cyrus autem ubi exer-

citum eduxit:in ordinem eum constituit:quem cadusij legerāt. Cui iussit:ut prope se ordinem ageret: quo inquit:si possimus:uiros audentis rursus faciamus. Sic igitur pergebant. Cunq; uenissent in locum:et sepeliebant cadusios:& agrum uastabāt. Quibus gestis abierunt in regionem gadatæ rursus ex hostili agro res necessarias habentes. Cunq; cogitasset fore: ut qui ad se defecerāt:quoniam eēnt Babyloni finitimi male afficiantur:nisi ipse adesse semper ita & quoscunq; ex hostibus missos faciebat ijs iussit asyrio dicerent: & ipse caduceatorem ad eum hæc dicturum misit:se paratū eē qui sineret agricolas terram colere nullaq; iniuria afficeret:si etiā ille uelit sinere agrum colere eos cultores: qui ad se defecerāt. Atqui tu inquit si etiam potes prohibere:paucos quosdam cohibeas. Parum enim est agri horum:qui ad me defecerūt. At ego multam tibi regionem coli permittam. In messem autem fructus si quidē bellum fuerit:ille fructum suscipiet: qui superior fuerit. Sin pax erit:perspicuū est te suscepturū. Quod si qui aut ex militibus meis aduersentur tibi: aut ex tuis mihi:de his utriq; ut possimus:ultionē capiemus. Hæc ubi caduceatori iussisset:eum misit. At asirij his oībus auditis:et suadebant regi:ut hæc cōcederet:præsertim ꝙ minimū quiddam bello uacuum foret:& asyrius siue ab idigenis persuasus. Siue quod ipse ita uellet hec concessit. At fœdera percussa sunt:ut agricolis pax eēt Militibus uero bellum. Hæc igitur Cyrus de agricolis peregit. Pasturas uero pecorum amicis iussit: ut haberent:si uellent ubi ipsi dominabantur. Prædam aūt hostium agebant:unde possent quo expeditio iucundi

or esset sociis.pericula enim eadē erant etiam si res necessarias non caperent. Sed quod alimentum ex hostibus pararetur:iucundiorem prestare militiam uidebatur. At dum Cyrus iam parabatur:ut abiret affuit Gadatas alia dona multa ac uaria ferēs agensq; ut ex maxima domo. Agebatq; equos permultos equitibus suis ablatos:quibus fidem nō haberet propter isidias. Qui ut appropīquauit huiusmodi uerba fecit. O Cyre hæc ego tibi do hoc tempore:quibus uelim utaris: donec tibi alicui sunt usui. Existimato etiam alia mea omnia cē tua. Nec enim est nec erit unq̃ ullus a me genitus:cui domū meam relicturus sim . Sed necesse fuerit:ut morienti mecum genus meū omne nomenq; extinguatur. Et hæc inquit Cyre testor tibi deos immortalis:qui & uident:& audiunt omnia:passus sum ;cum neq; iniusti quicq̃:neq; aliqd turpe neq; dixerim:neq; fecerim Simulq; hæc dicens collachrymatus est fortunam suā: neq; potuit amplius plura dicere. Quibus auditis Cyrus commiseratus eius cladē ita locutus est . Sed equos quidē accipio. Tibi enim usui sum futurus:cū eos beniuolentioribus dedero.q̃ qui nunc apud te habebant: ut uidetur. Et ego quod iampridē cupio:persicū equitatū celerius explebo ad eqtes decem millia . Sed alias pecunias tecum abige:seruatoq; donec uideas me habere:ne te sim contra inferior donando. Quod si plures dando abieris:quam a me accipiēdo nescio p deos immortales:quomodo possim non affici pudore. Gadatas ad hæc respondit. Sed hæc ego tibi plane credo. Video enim ingeniū tuum. At uide sim ne idoneus: qui pecunias seruem. Nam donec amici eramus asyrio pulcher

rima uidebatur esse paterna possessio. Cum enim maxima urbs Babylon esset in proximo: fruebamur omni utilitate quae ab urbe maxima capi potest. Quaecunque uero huc abeuntes turbare poterant: ab his longe aberamus. Nunc uero quoniam sumus inimici: non est obscurum: cum ipse abieris futurum ut et ipsi insidias patiantur & uniuersa domus. Et ut mihi uideor intelligere: tristem uitam agitabimus: cum inimicos omnino & in proximo habeamus: & eos uideamus. quam nos sumus potentioris. Ac dicat fortasse quispiam. Et cur igitur non ita cogitabas prius quam defecisses? Quoniam Cyre animus meus propter illatam contumeliam mihi atque iram meam non considerabat: quod foret maxime tutum. Sed hoc semper concipiebat: num ulciscar unquam eum: qui & diis est & hominibus inimicus qui assidue odit: non si quis in eum iniurius sit: sed si quem suspicetur seipso esse meliorem? Itaque ut mea fert opinio cum ipse sit improbus: utetur omnibus seipso improbioribus. Quod si quis eo melior apparuerit: confide. Cyre nihilo opus fore: ut pugnes aduersus bonum uirum. Sed ille ad hos satis futurus est: quippe qui moliatur donec perdat seipso meliorem. Huius ego gratia moleste habeo: & cum improbis facile arbitror eum fore superiorem. His Cyrus auditis existimauit eum loqui minime negligenda atque continuo. Cur igitur Gadata non muniamus castella tua ista custodibus quo iis possis secure uti: cum istuc uenias: & ipse nobiscum milites. quo si dii immortales: quemadmodum nunc nobiscum sint: hic te potius metuat quam tu illum. Sed quoniam tibi iucundum est uidere tuos: hos tecum habens: aut illum cuius consuetudine

delectaris:in expeditionē proficiscere.Et tu mihi ut ar bitror:eas ad modum utilis.Ego autem tibi quibuscun q; in rebus potuero:enitar esse usui.Quæ Gadatas ubi audiuit:& respirauit:& dixit. Nū possim hæc para re priusq; tu egrediaris.Volo enim etiam mecum duce re matrem meā.Ita mediusfidius inquit parabis:donec dixeris pulchre habere.Quare Gadatas ita abiens cu stodibus castella muniuit una cum Cyro. Parauit etiā omnia:quibuscunq; domus magna bene habetur.Duce bat præterea & ex suis fidos quibus delectabatur: & infidos permultos coactos:alios quidem uxores ducere alios uero etiam sorores:quo his ligatos eos detineret. At Cyrus continuo pergebat habens Gadatan secum qui ostenderet & uias & aquas & pabulū et frumen tum:quo posset castramœtari in locis abundantissimis Et cum pergeret:intutus Babyloniorum urbem uidere uisus est uiam:qua incedebat: fere iuxta ipsum murū Itaq; uocatis Gobrya & Gadata percūctabatur: an es set alia uia:quo non admodum prope murū agerent Ad quem respondit Gobryas.Vie quidē sunt here mul tæ.Verum ego existimarem uelle te nunc exercitū age re q̄ proxime:urbem:quo regi quoq; ipsi ostenderes ti bi exercitum iam multum esse & pulchrum:quoniam quo tempore minorē habebas:et accessisti ad ipsu; mu rum & ille nos spectabat:q; aut multi essemus.Nunc uero & si paratus est: quemadmodū pronūciauit se pa ratum ire quo tecum pugnaret.non sum nescius:cū ui derit tuas uires fore:ut res suæ uideantur maxime im paratæ.Ad quæ Cyrus respondit Mirari mihi uideris Gobrya:quod in quo tempore ueni multo cum minore

exercitu:adigebam iuxta ipsum murum. Nunc uero cũ maioris habeo copias agere uolo sub ipsos muros. Sed ne mirare. Non enim est idem prope agere & procul. Nam prope agunt omnes ita instructi quo sint optimi ad pugnandum: & procul agunt uiri prudentes: quacunq; tutissime non quacunq; celerrime abeant. Transire necesse est extensis curribus & longe sine impedimento eorum qui sarcinas ferunt. Hæc autem omia tegenda sunt ab armatis militibus: & nusq̃ huiusmodi homines ostendendi sunt hostibus armis nudi. Itaq; necesse est: dum ita pergunt: constitui quod bellicosum est aduersus debilis & imbecillos. Itaq; si uolunt ex urbe frequentes aliquo impetum facere ubi manũ conseruerint: multo robustius conserant: q̃ si propius transeunt & his qui eminus proficiscuntur: longa etiam subsidia sunt. Sed ex urbe exeuntibus breue est in eos impetum facere: qui prope sunt: rursusq; abire. Quod si trãseamus: non minus distantes: q̃ quantũ nunc instructi pergimus: multitudo quidem nos uidebit. Verum ex armis corruscantibus omnis turba formidabilis uidetur. Qđ si nobis ita euntibus aliquo indubitato exierint: e multo spacio eos prospicientes munimine iparati offendamur. Quin potius inquit o uiri ne aggrediētur quidem: cum a muro oporteat procul abire: ni omnino existimarint melioris se esse uniuersa multitudine q̃ nos omnis. Formidabilis est eni abscessus. Hæc cum dixisset: præsentibus est uisus recte dicere. Ducebatq; Gobryas: queadmodum Cyrus iusserat. Cunq; agmen ciuitati opponeretur. Cyrus abscedebat faciens ualidius semper: q̃ relinqueretur. Vbi uero ita pergit assiduis

diebus ad confinia uenit syrorũ medorumq;:unde sol-
uerat. Quare cum tria hic essent syrorum castella :unũ
ipse. quod infirmissimũ erat:adortus ui cœpit. Alia ue
ro duo tum Cyrus terrens tum Gadatas suadens::ut cu-
stodes traderent:persuasit. Quæ ubi gesta sunt Cyrus
ad Cyaxarem mittit:petijtq;:ut ueniret in castra: quo
& de castellis:quæ capta sunt consultarent:quod opus
fuerit:exercitumq; intutus de alijs quoq; una cõsultet.
quid uideatur ex hinc esse agendum. Quod si iubeat:
dic inquit decreuisse me ad illum ire castramœtaturũ
Nuncius igitur ibat:ut hæc nunciaret. Interea Cyrus
iussit:ut tabernaculũ:quod medi se legerant Cyaxari
quãoptime pararent cum alio apparatu:quem habebãt
tum:ut mulieres duas agerent in muliebre cœnaculum
tabernaculi:unaq; citharistrias:quæ erant Cyaxari ele
ctæ. Et hic quidem hæc agebant. Qui autem ad Cyaxa
rem missus est. cum narrauisset:quæ præcepta fuerint:
Cyaxares eo audito iudicauit melius esse:ut in cõfinijs
maneret exercitus. Et enim persæ uenerant:quos Cy-
rus accersierat. Erant autem quadraginta millia sagit
tariorum scutatorũq;. Quare hos quoq; uidens nocere
plurimũ regioni medicæ:existimauit iucundius esse hi
sce liberari q̃ aliam turbam excipere, Qui uero ex per
side agebat exercitum:interrogato Cyaxare pro iussu
Cyri:si quid ei exercitu opus sit:ubi respõdit eius se nõ
indigere eodem die ubi audiuit præsentem esse Cyrũ
ad eum perrexit exercitum agens. At Cyaxares postri
die eius diei profectus est una cum his medorum equi-
tibus qui remanserant. Quem Cyrus ut accœpit adue-
nientem:accœptis persarũ equitibus :qui iã multi erãt

præsentibusq; medis & armeniis & hyrcaniis & ex aliis sociis item iis:qui equitatum maxime præstarent obuius pergit Cyaxari:ostentās exercitum. At Cyaxates ubi uidit & multos:& pulchros:& bonos una Cyrum sequi:secum uero & paucos & parui faciūdos famulos existimauit id sibi esse dedecorosum:Quare tristatus est. Vbi uero Cyrus ex equo descendisset: adisset q;:ut eum pro more oscularetur:Cyaxares descēdit quidem ab equo:sed auersus est:nec eum est osculatus:sed palam lachrymatus est. Itaq; exhinc Cyrus iussit alios surgere atq; quiescere. Et apprehēsa Cyaxaris dextra ubi eum abegit extra uiam sub quasdam palmas :tum medicum tapeta ei iussit substerni:ubi assidens sedenti illi ita locutus est. Dic mihi auūcule per deos imortales quid mihi irasceris? & quid molestū intutus ita excandescis? Hic respondit Cyaxares. Quoniā Cyre cum uideor ex omni hominū memoria natus eē & priscis maioribus & patre rege & ipse rex esse existimatus:meipsum intueor humiliter adeo & indigne equitātem te uero cum famulatu meo alioq; exercitu:& magnū adesse & præclarū:quæ ipsa etiā ab hostibus pati molestum arbitror. Sed multo o iupiter molestius est ab his hæc pati:a quibus minime decebat. Ego enim existimen iucundius esse decies in terram demergi:q̄ humilem adeo me aspici:meisq; intueri me esse neglectui ac risui. Non enim hoc ignoro:quod non tu solum me maior es :sed mei etiam serui ualentiores :q̄ ego sim: mihi obuiam eunt. Itaq; sunt instructi:ut queāt magis me male afficere:q̄ a me affici. Quæ dicens multo etiā magis lachrymis tenebatur adeo:ut Cyrū coegerit im

Cyaxaris inuidia erga nepotem Cyrum, quod ipse minor sibi inglorius uideretur.

plere lachrymis oculos. Qui ubi se paulo compescuit: in hunc modū locutus est. Verum hæc tu Cyaxares neq loqueris uera: neq recte sentis si arbitraris mea præsentia medos paratos esse: ut satis sint qui te male afficiāt. Quod uero irascaris metuasq: haud miror: si quidem iure: an iniuria his succenseas: hoc præteribo. Scio enim grauiter te laturū, si quid tibi pro his respōdero. Verum quod uir princeps omnibus simul subditis sit infestus: hoc magnum mihi uidetur erratum. Necesse ē eni qui metui multis est: is multos faciat inimicos. Qui sue ro omnibus simul infestus est: ijs omnibus concordiam iniicit: quorum gratia ne te lateat: uolo: me hos sine me dimittere noluisse: quippe qui metuerem nequid accideret ob iracundiam quod nos omnes dolore afficeret. Hec igitur pro deorum ope me præsente tibi secure habent. Quod quidem putes a me iniuriam accipere. Hæc ipse fero admodū grauiter si dum pro uiribus operam do: ut bonis q̄plurimis amicos afficiam: dein huic rei contraria uidear operari. Enimuero non adeo temere nosipsos accusemus. Sed si fieri potest: perspicue uideamus quod est meū in te erratū. & in amicis iustissimā ego causam habeo constituere. Si quod enim malum uidebor in te fecisse: iniuriam fateor. Sin mali nihil fecissem: apparuero nec etiam uoluisse: nō item ipse confitebere nullā accepisse a me iniuriam. At necesse inquit fuerit: quod si liquido ostendero bona plurima me fecisse ac facere pro uiribus studuisse: nōne sum dignus magis: quem laudes: q̄ accuses? Iustū sane respondit. Age igitur inquit Cyrus: consideremus quæ a me gesta sunt: singillatim omnia. Sic enim patebit maximē

& quod eorum bonorũ est:& quod malũ.Incipiamus
q ab hoc initio:si tibi quoq; habere uidetur satis.Tu
enim cũ sentires multos hostes conuenisse:ut aduersus
te tuamq; regionem impetũ facerẽt:continuo misisti et
ad Persarũ remp.socios postulans:& priuatim ad me
rogans:studerem:ut ego ipse uenirẽ ductor:si qui per
sæ ad te iremus.Itaq; ego abs te persuasus ueni duxi-
q; ad te uiros ut fieri potuit & plurimos & optimos.
Venisti eni; inquit.Hic igitur mihi primũ dicito:ullã
ne iniuriam aduersus te meam an beneficiũ magis no
sti?Perspicuũ est inquit Cyaxares me ex his rebus esse
abs te affectũ beneficio.Quid enim inquit dicito?Po-
steaq̃ uenerunt hostes.eratq; aduersus eos dimicandũ
animaduertisti me hic usq; aut labori concessisse aut
periculo cuiq; pepercisse?Non inqt me hercule.Quid
enim ubi deorũ ope ipsi uicimus:hostesq; cessere;roga
ui ego te:ut communiter eos insequeremur:& commu-
niter ulcisceremur:cõmuniterq; si qd preclaru; bonũq;
contingeret:hoc frueremur;His in rebus possis ne ulli
us me auiditatis accusare?Et Cyaxares quidẽ hac in re
silebat.Cyrus autẽ rursus ita dicebat.Quod si ad hanc
rem libentius taces:q̃ respondes:hoc sane mihi dicito si
qua te iniuria affectũ existimasti quod ubi tibi tutũ ui
sum non est hostes insequi te quidẽ passus non sum pe
riculi huius participem fieri.Sed ut mihi ex equitibus
tuis mitteres:te rogaui.Si eñ ẽt hoc postulans iniustus
in te fui:præsertim:cũ me ipsum præstiterim tibi sociũ
Hoc item ueli; abs te ipso demõstretur.Sed ubi ad hoc
quoq; sileret Cyaxares.Quod si ne ad hoc quidem in-
quit tibi uolũtas est respõdere tu uelim hinc narres:si

quam rursus iniuriam intuli. Quod cum mihi respon-
disses. quoniã intueris medos in lætitia: nolle per eius
letitiæ amotionẽ eos cogere: ut irent periclitatũ. Si qd
item uideor fecisse molestũ tibi: quod neglecta ira post
hæc iterum id abs te petij: qꝑ sciebam neq; tibi minus eẽ
mihi: ut dares: neq; facile medis quicq̃ imperare. Petij
enim a te: mihi ut dares: qui sequi scilicet uellent. Itaq;
hoc a te consecutus nihil perfeci: nisi ut hos persuasos
redderem. Eos igitur adiens induxi. & quos persuasos
reddidi cũ hisce profectus sũ; te ipso assentiẽte. Quod
si hoc accusatione dignũ existimas: neq; sine accusatio-
ne fortassis est: a te accœpisse: quodcũq; dederis. Ita er-
go soluimus. Vbi uero egressi sumus: qd minus est per
spicuũ: qđ gestũ a nobis fuerit? nõ castra hostiũ capta
sunt? Non multi eorũ interempti: qui aduersus te ierũt
Atqui e uiuis etiam inimicis multis arma ablata sunt.
multis equi. Pecunias uero tuas: quæ ab hostibus prius
ferebantur & agebantur: nunc tuos amicos aspicis &
agere & habere. Alias quidem tibi alias uero. sibi ipsis
qui sub imperio tuo sunt. Et quod omniũ maximũ pul
cherrimũq; est: regionem tuam auctam uides: hostium
autem diminutam: eorumq; castella facta esse tua. Tua
uero prius: quæ a Syrorũ dominatu tenebantur: nũc cõ
tra ad te redisse. Ex his autẽ rebus si quid mali sit aut
si quid minus boni: discere quidem uolẽs nescio: quo pa
cto dicam: sed audire nihil prohibet, Verum dicito: de
his rebus ut sentis. Et Cyrus quidem ita locutus finem
fecit. Ad quæ Cyaxares hæc respondit. Verum o Cyre
quod hec: quæ abs te sunt facta: sint mala: nescio quomo
do dicere oportet. Haud sane es nescius hæc bona esse

talia. quae quo plura uideantur: eo mihi sunt grauiora. Ego enim mallem regionē tuam maiorem facere meis uiribus quam meam intueri a te hoc pacto amplificatam. Nam haec praeclara sunt tibi facienti. At mihi minime quodāmodo honorifica. Ac pecunias ita incūdius mihi existimo tibi dono dare: quam ita te capere: ut mihi nūc abs te dantur: his enim abs te ditatus: magis etiam sentio quibus reddor pauperior. Ac subditos meos si uideam parua a te effectos iniuria: minus mihi dolēdum reor quam nunc intuens magna eos a te bona accepisse. Quod si me existimas haec inhumaniter cogitare: nō in me ista sed in te uertens considera omnia: qualia uidentur tibi. Quid enim si quis canes quas ipse alis custodiae gratia & ipsius tui & tuorū ita tractet: ut eas familiariores reddat sibiipsi quam tibi? Num tibi hoc cultu is laetitiam afferat? Quod si hoc tibi uidetur esse quod parui illud animo uolutato. si quis eos qui tibi inseruiunt: quos tu & praesidij & expeditionis gratia adeptus es: ita disponat: ut illius malint quam tui esse: num ei gratiam habeas pro hoc beneficio? Quid autem quod homines maxime & amplectuntur: & curant. ut maxie propria? Si quis uxori tuae ita morē gereret ut eam faceret sibi magis amicā quam tibi: num te hoc beneficio laetum redderet? Longe ut opinor secus esset. Sed qui hoc fecerit: maxime omniū iniurius in te foret. Vt autem dicam: quod meo dolori simillimū est: si quis persis quos tu duxisti. ita gratificaretur ut eum libētius quam te sequi uellent: num is tibi amicus uideatur? Puto equidem minime. sed longe magis hostis: quam si multos istorum īterficeret. Quid uero si quis amicorū tuorum ubi diceres

tu benigne ut cupiat quæcūq; libuerit: dein ille his auditis habeat acceptis omnibus que potuerit. Atq; is rebus tuis ditetur cum tu ne mediocriter quidē uti queas Possis ne probum hūc amicum existimare. At qui nūc ego Cyre si minus hæc: at is similia pati uideor. Nāq; uera abs te dicuntur: cum ais dixisse me ut eos duceres qui id uellēt. Tu abijsti accepto meo omni exercitu: me autem reliquisti solum. Et hoc tēpore quæ cœpisti fre tus uiribus meis: ea tādem agis ad me: meāq; regionē auges meo cū labore. Ego uero cū nullorum bonorū uidear esse causa: meipsum præbeo qui tāq̄ mulier bene faciam tum alijs hominibus tum subditis hisce meis. At ipse tu uir uideris: ego uero ne dignus quidem imperio. Hæc ne tibi beneficia esse uidētur Cyre? Nec em̄ te præterit: si qua te mei cura tetigisset: cauisses nulla re ita me priuare: ut auctoritate honoreq;. Quid enim mihi plus est: q̄ amplificetur regio: si ipse reddor inhonoratus? Nec enim idcirco medis imperabā: q̄ ipse omnibus essem melior: sed eo potius: q̄ ijdem ipsi nos ducerent omnibus in rebus sese esse melioris. Et Cyrus eo adhuc dicēte subdidit. Per deos imortalis auuncule mi carissime si quid etiā ipse tibi sum prius gratificatus tu quoq; mihi nunc gratificare: quæ te rogauero. Desine hoc tempore me accusare. Cum uero de nobis periculum feceris: quomodo erga te habemus: si quidē quæ a me gesta sunt: ea propter utilitatem tuam gesta existimes: & me te amplectentē contra amplectere & beneficum arbitrare. Si id contra: tum meipsum accusa. Verum fortassis inquit Cyaxares: perpulchre dicis: & ego ita faciam. Quid igitur inquit Cyrus? Num etiam

te osulor? Si tu uis inquit. At ne a me auertere: ut nu̅s per. Non auertar inquit. Ac Cyrus eum est osculatus. Quod ut uiderunt & medi & persæ et alij (omnibus enim erat curæ: quid ex his rebus futuru̅ esset cōtinuo lætati sunt: & hylaritatem præse tulerunt, Cyrusq; et Cyaxares equis ascensis procedebāt. Et Cyaxarem quidem medi sequebantur. Ita enim Cyrus his innuerat. Cyrum uero persæ & post hosce alij. Vbi uero uenerūt in castra. statueruntq; Cyaxarem in apparatū tabernaculum: ij quibus fuerat constitutū: necessaria Cyaxari parabant. At medi: quantum temporis ante cœnā Cyaxares ociosus erat: ad eum ibant: alij ex se ultro plurimi uero a Cyro iussi agentes munera: alius pulchrum: pincernā alius bonū obsonij instructorem: alius panis artificem: alius cantorem: ij uero pocula: illi ueste; pulcherrimā. Quisq; uero ut plurimū aliquid eorum singulare quæ cœperat: ei donabat. Itaq; pœnitebat Cyaxarem. quod Cyrus eos a sese dimisisset: neq; medi minus quiddam sibi attēdissent q̄ antea. Sed ubi fuit cœnandi tempus. Cyrum uocauit Cyaxares: eumq; rogabat: ut diu uideret ipsum una cœnantē. Ad quā inquit Cyrus noli nunc iubere Cyaxares. Nonne uides hosce omis qui adsūt: a nobis elatos adesse. Nullo modo pulchre agere: si his neglectis uoluptati meæ putarer obsequi. Milites uero dum uidentur haberi neglectui qui boni sunt longe minus reddūtur alacres. At mali multo ad cōtumeliā promptiores. Verum tu præsertim qui longum iter feceris: iam cœnato: ac si qui te honorant. eos contra amplectere: et conuiuio excipe: quo etiam familiarius te utātur. At ego abiens uertar: ad quæ dico.

Verum cras mane huc ad ianuas tuas aderunt tempestiui: quo una tecum omnes consultemus: quid post haec sit faciundum. Et ipse praesens hac de re referto: utrum etiam putes operam dādam rei militari: an sit tempus soluendi iam exercitus. Exhinc Cyaxares cœnabat. At Cyrus his collectis amicis: qui satis & saperent et agerent si qd opus esset: ita locutus est Viri amici quae prima optabamus: adsunt deorum benignitate. Quocunque enim pergamus regionem uincimus: hostesque uidemus diminui. Nos uero & pluris & ualidiores fieri. Quod si hi socij qui additi sūt uoluerint apud nos manere multo etiā magis perficere possimus: & si quid ui capere tēpus sit: & si quid psuadere oporteat. Quo igitur manere quamplurimis socijs una uideatur: hoc moliri non meū est opus magis: quam etiam uestrū. Sed quēadmodum quando pugnandū sit: qui plurima fecerit mancipia: hunc opinantur inuictissimo esse aio: sic itē cum persuadendū sit: qui plurimos egerit in sententiā nostram: hic iure ac merito & eloquētissimus esse iudicetur & ad res agēdas praestantissimus. Ac nolite quidem per inde quasi orationē nobis ostētaturi. qualē ad unūquēque eorū habeatis: hoc meditari. Sed quo etiā persuasi a quolibet manifesti sint: ex his quae gerāt: ita instruite. Ac uos quidem gerite horum curā. Ego uero ut milites habentes res necessarias quantū equidem ipse prestare queam:: de expeditione cōsultent. Huius ego rei enitar diligentiam habere.

XENOPHONTIS DE CYRIPAEDIA.

LIBER SEXTVS

VNC DIEM CVM ITA agitassent: cœnassentq;: dederũt se qe
h ti: postridie uero mãe uenerũt ad Cyaxaris ianuas socij omnes. Itaq; donec Cyaxares ornabat̃ audiẽs turbã multã esse ad fores hic amici adducebãt ad Cyrũ alij cadusios: qui eum rogarent: ut maneret: alij hyrcanios. Hic autem Sacas. ille etiam Gobryam. At hystaspas adducebat Gadatan Spadonẽ: qui Cyrum: ut maneret: precabatur. Hic igitur Cyrus sentiens Gadatan iãdiu metu confectum: ne exercitus solueretur: arridẽs inquit: o Gadata non est obscurũ te ab hoc hystaspa persuasum hæc sentire: quæ dicis. Et Gadatas sublatis ad cælũ manibus iuratus est. Sane se minime ab hystaspa persuasum hæc sentire. Sed nõ sum inquit nescius: si uos abieritis fore ut res meæ oĩno pereãt. Quã obrẽ cũ hoc ego differebam: sciretne: quæ tibi mens foret de soluendo exercitu. Ad quem inquit Cyrus. Iniuste igitur hunc ego hystaspan accuso. Iniuste mediusfidius hystaspas inqt o Cyre. Ego enim huic Gadatæ tantũ dicebam dũtaxat non fieri posse: ut militiæ operam dares: inquiens te a patre accersi. Et Cyrus. Quid ais ĩquit? Et tu es ausus hoc efferre. siue ego uellem siue non? Ita inquit mehercule: uideo enim te cupere: ut in Persis cõspicuus circumeas: patriq; ostẽtes: ut gessisti quæq;. Ad quem Cyrus inquit. Tu uero non cupis abire domum. Nõ mehercule

cule inquit hystaspas: neq; abiturus sum quidem. Sed manens me ducem geram donec hunc ipsum Gadatan asyrij herum faciam. Et ij quidem hæc inuicem serio locabantur. Interim Cyaxares uenerabili ornatus habitu egressus in solio sedit medico, Vt uero conuenerũt omnes: quos oportebat: ac silentium factum est. Cyaxares in hunc modum est locutus. Viri socij quoniã adsum: ac Cyro sum grandior: par est me dicendi initium facere Nunc igitur tempus mihi uidetur esse: ut hac primu; de re dicatur utrum adhuc militandi tempus uideatur an soluendi iam exercitus. Dicat igitur aliquis de hac prius re sẽtẽtiam suam. Ex hinc primũ dixit hyrcdius. Viri socij nescio equidem: si quid dicendũ sit. ubi res ipsæ: quod optimũ est demonstrant. Nouimus enim omẽs si una maneamus: futurũ ut malis pluribus hostes afficiamus: q̃; ipsi afficiamur. Cum uero separati inuicem fuimus: illi nobis utebantur: ut ijs iucundissimũ erat: nobis autem molestissimũ. Post hunc inquit Cadusius Nos uero quid dicamus: q̃ si domum abeamus singuli separati futuri simus. Vbi ne militantibus quidẽ cõducat ipsa separatio. Nos igitur qui non multum temporis separati a multitudine nostra rei militari operã indulsimus pœnam dedimus: ut ipsi nostis. At post hũc Artabazus: qui olim dixit se cõsanguineũ eẽ Cyri: ita locutus est. Ego Cyaxares tantum ab his dissentio qui antea dixerunt. Hi enim aiunt adhuc manere oportere cum exercitu. At ego dico: quo domi cũ essem tum rem militarem exercebam. Etenim ferebam auxiliũ sæpe cũ res nostræ agerentur: & de nostris castellis: ut insidijs circũuentis persæpe negocia habebam: cũ & metuerẽ

& præsidiũ agitarem: & hæc gerebam proprijs sum ptibus. At nunc illorum habeo castella: & illis metui sum dapibus illorũ utor: ac bibo hostium una. Tanquã igitur res domesticæ sint exercitus: hæ uero festiuitas mihi quidem non uidetur soluendam esse hanc celebritatem. Gobryas post hunc ait. Ego uiri socij huc quidẽ usq; laudo Cyri dextram. Eorum enim nihil mẽtitur. quæ promisi. Quod si abibit ex regione assyrius uidelicet requiescet minime earũ rerum pœnas luens: quibus & uos est aggressus: & me affecit iniuria. Ego autẽ eã in parte iterum dabo pœnam quod in uestram uenerã amiciciam. Post hos autem omnes inquit Cyrus o uiri neq; me latet futurũ ubi soluamus exercitũ: ut res nostræ reddantᷣ imbecilliores: hostium uero rursus augeãtur. Ii enim omnes. quibus arma sunt ablata: celeriter alia sunt facturi. Quicũq; equis priuati sunt: quã primũ rursus alios comparabunt: & ꝓ interẽptis alij pubescent: ac nascentur. Itaq; nihil mirabile fuerit: si celeriter admodũ nobis sint negocia præbituri Quid igitur iussi ego Cyaxari: ut uerbum inijceret de soluẽdo exercitu? Nempe quoniã quod futurũ esset metuebam. Video eni aduersarios aduẽtare: aduersus quos: si hic castra mœtabimur: pugnare minime poterimus. Aduẽtat enim iamhyems. Tecta uero si etiam sunt nobis ipsis at minime sunt mediussfidius neq; equis: neq; famulis neq; militum plebi sine quibus nos haud possimus militiæ operam dare: necessaria uero quem in locum ipsi uenimus a nobis consumpta sunt. Quo uero non uenimus: ea metu nostri ipsorũ conuexerunt in loca munita Itaq; illi habent: nos uero hæc capere haud possumus.

Cyri ... quã tandem ... [illegible]

Quis igitur est adeo fortis: aut quis ita ualidus: ut possit aduersus famē ac frigus militando pugnare? Quare si hoc pacto militiã exercebimus: ego affirmo oportere nos ultro soluere exercitū potius: q̃ inuitos ob difficultatem expelli. Quod si uolumus adhuc esse ĩ exercitu: hoc ego dico adhuc q̃ celerrime esse faciūdū. ut ipsi q̃primum munitiones q̃ plurimas illorum capiamus ac nobisipsis easdē faciamus q̃ plurimas. Quæ si fiāt res necessarias habituri sunt: utri pluris queant capiēdo congerere obsidebunt etiam hi utri fuerint superiores. Nunc autem nihilo præstamus in pelago nauigãtibus. Etenim illi cum semper nauigant: nihilo magis proprium relinquunt: quod nauigarunt q̃ q nōdum nauigarūt. Quod si castella habuerimus: hæc hostibus agrum alienabunt nobis uero propter tranquillitatem omnia magis erunt. Quod si fortassis aliqui uestrum metuerint: ubi opus fuerit procul a sua regione præsidium agitare neq3 hoc uerebimini. Nos enĩ Persæ ubi etiam a domo imus peregre: admittimus tenere præsidijs: quæ castella hostes sunt propiijssima. Vos autē assyriæ castella quæ uobis ipsis finitima sunt illa et possidetis: & colitis. Si enim ipsi tenentes præsidijs: quæ illis propinqua sunt: ea colere possimus: in multa pace uos eritis. qui ea: quæ procul a uobis sunt: habetis. Non enĩ poterunt: ut existimo: malis ijs neglectis: quæ sunt in ꝓximo: uobis: quos finitimos habēt insidiari: Quæ quidem ut dicta sunt: & alij omnes surgentes dixerūt hæc se malle. Et item Cyaxares. Gadatas uero & Gobryas uterq3 dixere castella se munituros muro: ubi socij assentiantur: ut hæc quoq3 amica sint socijs. Cyrus

igitur postea quam uidit omnes impigre acturos quaecunque dixisset. postremo ait. Si ergo pficere uolumus quecunque dicamus esse facienda: opus sit: ut quam primum machinas habeamus ad purgandos hostium muros: fabrosque ad munimenta nostra turribus cingenda. Ex hinc pollicitus est Cyaxares machinam se praebiturum: & Gadatas aliam & aliam Gobryas ac Tigranes item aliam. Ipse autem Cyrus dixit enixurum sese duas facere machinas. Vbi haec decreta sunt praebuerunt machinarum fabros. Parabantur autem singuli ad machinas: ut opus erat: uirosque praefecerunt. q uidebantur maxime ad haec esse idonei. At Cyrus postea quam cognouit circa haec esse cunctandum eo in loco est castrametatus: quem putauit & saluberrimum esse ac maxime accessibilem: ad quaecunque sunt aduehenda. Et oia quae ad munitionem opus erat effecta reddidit: quo manerent in tuto semper si quando ulterius cum uiribus exercitum ducerent. Ad haec interrogatis quos maxime arbitrabatur regionis habere noticiam. Vnde quam plurimam utilitatem exercitus caperet educebat semper in loca pastionibus referta: tum ut plurima necessaria exercitus caperet: tum etiam quo magis: & bene ualerent: & robusti essent itineribus laborantes: tum praeterea: quo inuecturis ordines admonerent Cyrus igitur in his erat. At ex babylone transfugae & captiui haec dicebant: quod asyrius uenisset in lydiam: talenta multa secum agens auri & argenti: aliasque diuitias multiplicemque ornatum. Itaque turba militum dicebat illum iam pecunias colligere propter metum. Cyrus uero intelligens eum uenisse. ut constitueret si quid posset aduersus sese: contra ipse magno cum robore:

parabatur perinde atq; pugnandũ etiam esset. Cumq; expleſſet perſarum equitatum aliis ex captiuis: aliis quibuſdam ab amicis quoq; acceptis equis: hæc eni et ad mittebat ab hominibus: & renuebat nihil. Neq; ſi arma dediſſet quis pulchra: neq; ſi equũ. Parabat etiam currus & ex captiuis curribus: & aliũde: undecũq; poterat: et troianos currus ſeſſilis quos antea habuiſſent & qua cyrenaica utuntur etiam nunc: currulem agitationem ſoluit ſuperiore enim tempore & medi & ſyri & arabes & aſiatici omnes curribus ita utebantur: ut nunc cyrenaici: uiſum eſt ei ſi qui ex uniuerſo exercitu conſentanee plurimũ ualerent; uiri optimates in curribus forent; eos in illa eẽ parte: qua ferẽtarij pugnãt & ad uictoriam magnũ conferre põdus nullũ poſſũt. Currus enim treccnti præbent pugnantis: quidem trecentos: equis autem hi utuntur mille ac ducentis. Aurige uero hi ſunt: ut uerisimile eſt: quibus optimates maxime fidem habent. Ii uero ſunt alij ad trecentos: q nihil prorſus hoſti nocent. Hos igitur ſeſſilis currus ſuſtulit. Pro his uero ad bellãdũ aptos parauit currus et ualidis rotis: quo non facile contererentur; & longis axibus. Minus enim reſupinãtur lata omnia. Sellam uero fecit aurigis ſicuti turrem ex ualidis lignis. Harũ uero curruliũ ſellarum altitudo eſt ad cubitos quinq;: quo poſſint equi ab aurigis gubernari ſuper ſellas. At aurigas loricis totos armauit exceptis oculis. Appoſuit etiam falces ferreas duarum ulnarũ longitudine ad axes ex altero atq; altera rotarum parte. Et alias infra ſub axem reſpicientis in terra; tanq; impetũ in aduerſarios curribus facturi eſſent. Ut hoſce Cyrus tum pa

rauit:ita etiam hoc tempore utuntur curribus:qui in regis sunt regione. Insuper erant ei cameli permultæ collecte ab amicis:et quæcunq; fuerant captæ. Et hæc ita effecta sunt. Cum autem uellet exploratorem mittere in Lidiæ regionem:fieriq; certior quid Asyrius ageret uisus Araspas est idoneus:qui ad hanc rem mitteretur: is inq; Araspas:qui pulchram illam mulierem custodiebat. Talia enĩ Araspæ acciderant:captus amore mulieris coactus est ei uerba facere de concubitu. hæc autẽ negauit quidem. Eratq; fidelis uiro suo quãq; absenti Eum enim amabat uæhementer. Neq; Araspã accusauit apud Cyrum:uerita certamen iniĩcere inter uiros amicos. Sed cum Araspas existimans inseruitũ ire. minus quod uolebat:consequeretur :minatus est mulieri sese facturum:quæ uellet ea inuita:si ultro ipsa nollet Ex hinc mulier:ut uim metuit:non amplius rem clam habet. Sed Spadonem suum mittit ad Cyrum iussum: ut ei narraret omnia. Quod audiens Cyrus cum plurimum risisset propter eum:qui diceret se amore esse superiorem:mittit Artabazũ una cum Spadone cui iubet ei ut dicat:ut uim afferre caueret eiusmodi mulieri. Verum si posset persuadere se illi non esse impedimento Artabazus uero ad Araspan ut uenit conuicio in eum est usus:cum & depositum nominaret mulierẽ:& eius impietatem diceret:& iniuriam & continentiã adeo: ut Araspas & præ dolore multum collachrymaret:& ob pudorem confunderetur:ac ueluti ob metũ periret: ne quid etiã aliud a Cyro pateretur. At Cyrus posteaq; hæc didicit eo ad se uocato solus cũ solo dixit. Video te Araspa & metuere me & maximo pudore detineri

Quiesce igitur ab his. Ego enim scio & deos ab amore esse superatos: & homies qui prudentissimi esse uiderētur: qualia ab amore passi sunt. Et ipse meipsū accusaui: quod minus tolerare potuerim: ut cum pulchris congressus eos negligerem. Præterea ego tibi huius rei auctor sum. Nā ego te ad hæc inexpugnabile negociū coegi. Atq; Araspas subdidit. Et in his similis es tu Cyre queēadmodū in alijs rebus: qui & mansuetus sis: & humanus peccatis ignoscas, me autē alij etiam homies demergunt sollicitudine. Vt enim rumor meæ calamitatis apud omnis increbruit: mei inimici gratulantur mihi: amici uero adeuntes consulunt: ut me e medio tollam ne quid etiam abs te patiar: ut quod iniustissimus fuerim. Et Cyrus ait. Bene igitur noueris Araspa: qđ hac opinione potes uehementer gratificari mihi ac socijs prodesse plurimū. Vtinam fiat inquit Araspas: ut ego tibi oportune rursus sim usui. Igitur inquit Cyrus si simulans a me fugere: uelis ad hostes ire: puto fore. ut fidem apud illos inuenias. Ego sane mediusfidius inquit. Araspas: quod etiam ab amicis creditum iri puto: tanq̄ a te fugiens rumorem sim præbiturus. Venias igitur inquit ad nos cognitus hostium rebus omnibus: puto autem eos tecum propter fidem cōmunicaturos & uerba & consilia. Itaq; eorum nihil te latebit: quæ uolumus nosse. Pergam igitur nunc inquit Araspas. Et enim hoc erit unū fortassis fidei argumentum: quod uidear effugisse: quoniam essem a te aliquid passurus. Num inquit poteris deserere pulchram Pantheam? Duos inquit Cyre dilucide animos habeo. Nūc ego philosophatus sum cum iniusto sophista amore. Non

Ab [illegible] Cyrus [illegible]

Amor est [illegible] sophista

enim qui unus sit: simul & bonus est & malus: neq; simul & honestorum & turpiū operum amore capitur: atq; hæc simul uult agere: & non uult. Sed perspicuū est animos esse duos: quādo bonus dominetur: res agit honestas: quando autem improbus res turpis aggreditur. Nunc uero quia te socium cœpit: bonus animus dominatur: & id admodum quidem. Si igitur tibi quoq; eundum uidetur: inquit Cyrus sic faciundū est: quo etiam illis credaris magis. Enuncia eis: quæ a nobis geruntur: & ita enuncia: ut quæ ijs dixeris: impediant maxime: quæ uolūt agere. Impediant autem si nos dicas parari: ut illorum agrum adoriamur. Hæc enim audiētes minus congregentur omnibus uiribus. Quisq; eni metuat suis rebus domesticis. Maneq; apud illos plurimū temporis. Quæcūq; enim faciant: ubi sint maxime prope nos: hæc nos scire maxime oportebit. Consule etiam his ut instruantur: ubicūq; uideatur esse optimū, Quādo enim tu abieris arbitratus eorum. ordinem nosse: necessarium fuerit ita eos instructos esse ordinem eni mutare uerebuntur. Quod sicubi uel aliter ordinem mutabunt: ex recēti ordine turbabuntur. Araspas autem ita egressus cum accœpisset fidelissimos famulos: dixissetq; ad quosdam: quæ negocio existimabat conducere abijt. At Pāthea ut sensit Araspan abisse: misit ad Cyrum dicēs. Noli Cyre tristari propter abradatæ ad hostes abitionē. Nam si me siueris mittere ad uirum meū Ego tibi spōdeo illum uenturū multo q̄ Araspan amicum fideliorem. Scioq; futurum ut adsit tibi cu; quantis poterit uiribus. Et enim pater præsentis regis eum amabat. Sed qui nūc regnat: aggressus etiam olim est

inter me ac uirum diuortium facere. Quare cum existi met eum sibi esse contumeliæ: non sum nescia fore: ut libenter sese ad uirum recipiat: qualis tu es. Quibus auditis Cyrus. ut ad uirum mitteret: iubebat. Illa autem misit. At Bradatas: ut signa ab uxore cognouit: et alia didicit: ut habebant libēter pergit ad Cyrum equos habens circiter mille. Vt autem uenit ad persarum speculatores: ad Cyrum mittit: qui foret: enarrans. Cyrus autem iubet eum continuo duci ad uxorem. Vt uero uxor atq; Abradatas uir inuicem se uidere sese mutuo sunt cōplexi: ut uerisimile est: ex insperato. Ex hinc narrat Panthea religionem Cyri: & temperantiā & cōmiserationē aduersus sese. Quæ audiens Abradatas ait. Quid igitur ego Panthea sim facturus: quo Cyro & pro te & pro me ipso gratiam referā? Quid aliud inquit Panthea: q̄ ut enitaris similis esse erga illum qualis est ille erga te? Ex hinc uenit ad Cyrū Abradatas: quē ut uidit. dextra appræhensa inquit. Pro quibus nos Cyre beneficiis affecisti: nō habeo: quod sim maius dicturus q̄ qd tibi meipsū amicūdo et famulū & sociū et qbuscunq; rebus te uideo studere. in his adiutor tibi enitar esse quantum præstari a me queat: optimus. Ad quē respōdit Cy. Ego uero te admitto: et nūc te dimitto unacū uxore ut cœnes rursus itē opus erit: ut meo utaris tabernaculo una cū tuis meisq; amicis. Ex hinc uidens Abradatas Cyrum studere circa falcatos currus & circa cataphractos & equos & equites enitebatur et perficere ad centum ex currus equitatu suo illius similes curribus. Et ipse ut eorū ductor parabatur in curru: coniugauit autem currum suum quattuor temonibus: &

equis octo. At Panthea eius uxor ex pecuniis suis fecit ei aureum thoraca: & cassidem auream ac item brachialia. currus autem equos æreis omnibus tegumentis instruxit. Et Abradatas quidē hæc gerebat. At Cyrus intutus eius currum cum quattuor temonibus: cogitauit fieri posse: ut etiam cum temonibus octo currus instrueretur: ut cum octo boum paribus ageretur inferius domicilium machinarum. Erat autē hic sublatus tris passus maxime a terra una cum rotis. Tales autem turres una cum ordine sequentis arbitrabatur magno auxilio fore phalangi suæ: magno etiam detrimento hostiū ordini. Fecit etiam in huiusmodi domiciliis & ambitus uiarum & pinas. Imposuitq; in quālibet turrim uiros uiginti. Vbi uero constituit omnia: quæ ad turris pertinebant: cœpit agēdi experiētiā: & multo facilius agebant octo boum paria turrim & uiros: qui erant in turri q̄ pondus impedimentorū singula boum paria. Nā uasorum pondus erat singulis boum paribus circiter quinq; & uiginti talēta. Turris uero pondus erat quēadmodū tragici tabernaculi crassitudinis lignorū octo ac uirorum uiginti armorumq;: harum turriū fuit minus q̄ quinq; & decem talenta cuiq; pari boum conductio. Vt autem nouit facilem esse conductionem: parabatur perinde ac ducturus eas turris una cum agmine existimans belli auiditatem esse. simul & salutem: & iusticiam & fœlicitatem. Per id uero temporis uenere: qui & ab Indo pecunias agerent: eiq; nunciarent regē indorum huiusmodi uerba significare. Mihi Cyre uoluptas est: quod ea: quorum indigebas mihi nunciaueris noloq; tibi hostes esse mittoq; tibi pecunias siq; aliis

eges:accerse. Iussi etiam meis ut quicquid iubeas: faciãt. Quae Cyrus audiens: iubeo igitur uobis: ut alij uestrum hic maneatis in tabernaculo ad custodiendas pecunias & uiuendũ q̃ suauissime. Tres uero mea causa concedatis ad hostes tanq̃ ab indo de ineunda societate Cunq̃ illic didiceritis: quicquid & dicant & faciant: q̃ celerrime & mihi & indo renunciate. Quibus in rebus si pulchre mihi obsequium praestiteritis: etiam magis ob hanc rem sum uobis gratiam habiturus: q̃ quod pecuniam attuleritis. Et enim speculatores seruorum similes aliud nihil: quod sciant possunt renũciare q̃ quecunq̃ nouerint omnes. At uiri quales uos estis etiã consilia sepe discũt. Quae Indi libenter cũ audissent: essentq̃ munerati. tum apud Cyrum instructi: postridie profecti sunt: pollicentes sane cum didicerint: quaecũq̃ quiuerint plurima ex hostibus uenturos se: q̃ poterunt: celerrime. At Cyrus tum alijs rebus paratis ad bellũ magnifice quodammodo: ut erat uir: qui nihil parui gerere cogitaret: tum non solum uisus est sociorũ habere curam: sed contentionem etiam inter amicos inuicem ingessit: ut singillatim ipsi apparerent & pulcherrime armati: & equis ornatissimi: & iaculis sagittisq̃ munitissimi: maximeq̃ industrij. Haec autem operatus est ad ianuas educens honoransq̃ singillatim uiros fortissimos. Et principes: quos diligentis uideret circa hanc rem quo eorum milites optimi forẽt: hos etiam laudãs ac muneribus donans: quibus poterat incitabat. Quod si quando sacrum faceret: atq̃ ageret festum diem: etiã in hoc ipso quaecunq̃ homines meditantur ad bellandum: horum omniũ ludos faciebat: praemiaq̃ uincenti

bus munificẽtissime dabat eratq; in exercitu multa iucunditas. Erant autem Cyro iam fere effecta oĩa: quæ militiæ habere uellet: præter machinas. Et enim persæ equites iam implebant ad decem millia: & currus falcati: quos & ipse parauerat: implebant iam ad cẽtum Quosq;. Abradatas susius parare aggressus est: similes Cyri curribus: & hi absoluti erant ad alios centum & currus medici: quos Cyrus in hunc modũ ut mutando formaret. Cyaxari persuaserat. ex troica & libyca curruum sessilium forma implebant. & hi circiter alios centum. Atq; super camelos constituti erant uiri bini in unãquãq; sagittarij. Et q̃ plurima exercitus pars hac erat mente: tanq̃ omnino iam uicisset: essentq; res hostium nihil. At ubi ita illis affectis uenerunt indi ex hostibus: quos miserat Cyrus speculandi gratia: ac dixerunt Crœsum imperatorem ducemq; lectũ esse uniuersorum hostium quodq; decretũ esset regibus socijs omibus: ut omnes cum totis uiribus adessent: inferreq; pecunias: admodũ multas. has autem perficere: & mercede conducere: quos possent: & donare: quibus opus esset: iamq; mercede conductos esse: permultos ex tracibus quidẽ gladijs armatos: an nauigare præterea ægyptios: quorum numerũ dicerent circiter centum uiginti millia una cu; scutis usq; ad pedes tendẽtibus atq; magnis hastis quas etiã nunc habent: & mucronibus. Insuper Cypryorum exercitum an nauigare: iamq; adesse omnis cilicas: & utrosq; phrygas: & lycaonas: & paphlagonas: & cappadocas: & phœnicas & una cũ babylonis principe asyrios: Ionasq; & æoles atq; omis fere Græcos asyæ incolas una cu; Crœso sequi coactos

esse misisseq; Crœsum etiam ad lacedæmonios de socie tate. cogi autem exercitum circa Pactolum flumen: eosq; processuros in Thymbraiam: ubi etiam nunc conuentus est barbarorū habitantium inferiorem Syriam: qui sunt sub rege: omnibusq; iussum esse huc portare commeatum: quasi enim his similia dicebant etiam captiui curabat enim hoc item Cyrus ut hi caperentur: ex quibus discere quicquam posset. Mittebat etiam speculatores seruis similes tanq; trasfugas. Vt igitur exercitus Cyri hæc audiuit: sollicitus esse cœpit: ut erat cōsentaneum: incedebantq; omnes maiore cum silentio: q̄ consueuerant: neq; uidebantur admodum hilares: sed tristes potius. Erantq; plena omnia sese interrogantiū inuicem de omibus rebus atq; differentium. At Cyrus ut sensit metum per exercitum discurrentem: tum agminum principes conuocat: tum etiam omnes quorumcūq; ubi minus fiderēt: detrimentū aliquod esse uidebatur ac item utilitas: ubi alacri forent animo: pronunciauitq; ministris si quis etiam alius ex militibus adesse uellet: quæ loqueretur auditurus: eum ne arcerent. Vbi autem conuenissent: ita est locutus. Viri socij ego uos conuocaui: quomā uidissem uestrum quosdā posteaq̄ nuntij ex hostibus sunt allati: admodum similis esse hominibus his: qui metuant. Videtur enim mihi mirandum esse: si quis uestrum iccirco timet: quoniā coguntur hostes. Quod autem nos multo plures congregati nūc sumus q̄ quo tempore illos uicimus: multo etiam melior pro diuina benignitate nūc exercitus nobis est q̄ antea: hæc uidentes non audetis o per deos immortalis? Quid aliquando faceretis: qui hoc tēpore formidatis

 106

si qui nunciarent: quæ nũc apud nos sunt: hæc nobis ad uersa aduẽtare? ac primũ audiretis: quod qui prius nos uicissent: hi ueniunt rursus eam in animis habentes ui ctoriam quam olim essent adepti? Dein quod qui tum sagittarii iaculatoresq; arces excidissent: hi nunc ueni unt: aliiq; his similes multoplures. Dein quẽadmodũ hi armati peditibus tum uicere: nũc ita: & eorum eqtes instructi aduersus equites aduẽtãt: & arcubus iaculis q; cõtemptis: uno ualido quisq; accepto pilo adequita re cogitat: ut cõminus præliaturus. Præterea ueniunt currus: qui non ita statuẽtur: ut antea conuersi tanq; in fugam: sed equi quoq; qui sunt ad currus: armãtur lo ricis & aurigæ in turribus stant ligneis: quibus emi nentia omia loricis sunt cassidibusq; armata: atq; fal ces ferreæ axibus sunt accõmodatæ: ut hi quoq; impetũ faciant continuo in aduersariorum ordines. Præterea cameli sunt inter eos in quibus adoriuntur: quarũ quã q; ne centeni quidem equi uisu sustineant. Insuper tur res immittunt: a quibus suis auxilium ferrent. Nos au tem iaciendo impediẽt aduersus eos pugnare: qui sunt in campo. Si quis igitur nunciaret uobis hæc esse in ho stibus: qui nunc metuitis quid essetis facturi: quãdo al latis nunciis: quod Crœsus lectus sit hostium dux: qui eo est Siris ignauior: quo Syri quidem pugna uicti fu gerunt: at Crœsus cum eos uictos uidisset: pro ope fe renda sociis in fugam est uersus. Dein etiam nunciatur hostes ipsos: quoniã non ducant sese satis esse: qui nobi scum pugnẽt: alios mercede cõducere: tanq; pro se me lius pugnaturos: q; ipsi sint. Hæc quidem cum sint hu iusmodi: uidentur esse formidabilia: nostra autem con

temnẽda. Hos ego affirmo o uiri mittendos esse ad aduersarios: lõge enim magis nobis apud illos si fuerint q̃ praesentes sint profuturi. Quae Cyrus ubi dixisset. Chrysantas Perses surrexit: qui in hunc modum locutus est. Ne te Cyre miratio capiat: si qui nunciis auditis tristi facie uisi sunt. Nõ enim quod metuerint: ita sunt affecti sed grauiter ferentes: quẽadmodũ si quibusdam uolentibus existimantibusq; iam pransum ire: opus aliquod enuncietur: quod necesse sit ante prandium efficere. nemo mea sententia haec audiens laetaretur. ita etiã nos arbitrãtes fore iam: ut ditemur: ubi audiuimus esse reliquum opus: quod efficere nos oporteat: facie turbati sumus: haud id quidẽ: quod metuamus: sed quod iam etiam facere hoc uelimus. Enimuero posteaq̃ non de Syria solum certabimus: ubi triticum est multum & pecudes palmaeq; fructiferae: uerũ de Lydia quoq; ubi multum est uinum: multae fici: multum oleum mareq; alluit: per quod plura aduehuntur: q̃ quotquot quisq̃ est bona intutus. Haec nos cogitantes non amplius grauiter ferimus: sed audemusq̃ maxĩe: quo celerius his quoq; Lydiis fruamur bonis. Chrysantas quidẽ locutus est. Socii uero omnes & eo sermone delectati sunt: eũq; laudarunt. Atqui inquit Cyrus mihi uidetur o uiri fortissimi esse aduersus eos inq̃ celerrime eundum: quo illos euntes anteuertamus: si fieri possit: ubi necessaria colligũt. Dein quo celerius iuerimus: eo pauciora adesse illis inueniemus: abesse autem plura. Equidẽ ita dico: quod si quis aliter sentit aut tutius esse aut facilius nobis: sane doceat. Sed posteaq̃ multi comprobauere: quã primũ pergere oportere aduersus hostes: nemoq; cõ

tradiceret: hinc Cyrus huiusmodi uerba facere est aggressus. Viri amicissimi animi quidē corporaq; & arma: quibus utendum sit: iamdiu nobis diuina ope parata sunt. Nunc uero necessaria ad iter sunt parāda tum nobis ipsis: tum etiam quibuscunq; utimur quadrupedibus: nec ea minus q̄ dierum uiginti. Ego enim mecū ipse supputans: inuenio plurimum q̄ quindecim dierū iter fore: quo quidē itinere rerum necessariarū inuēturi nihil sumus. Translata enim sunt partim a nobis: partim ab hostibus quæcunq; metuerunt. Parandū est enim satis cibi. Nam sine cibo: neq; pugnare nec uincere possimus. Vini autem tantum cuiq; est habendum quantū satis futurum sit: consuescamus aquam bibere. Multum enim erit itineris. quod uino caret. Ad quod ipsum neq; si admodum uini multū parauerimus satis futurum ē. Ne igitur: si repēte uino caruerimus: incidamus in morbos: ita faciundum est. Inter uescēdum incipiamus continuo aquam bibere. hoc enim iam faciētes: non admodum mutabimur. Etenim qui farinæ utitur cibo: uescitur semper massa aquæ mixta. Et qui panis utit̄ cibo uescitur pane aqua irrigato Et elixa oīa cum aqua plurima sunt parata. Post cibū autem si uinū addimus potui: nihilo deterius habens animus q̄escet. Dein uero post cybū quoq; oportet uinū diminuere. donec didicerimus fieri aquabibi. Nā mutatio quæ fit paulatim efficit: ut omnis natura mutationes ferat Docet præterea deus ipse: qui paulatim nos deducit ex hyeme ad uehemētis æstus tolerādos; ex æstu in hyemē uehemētem. Quem imitantes ad quod eundū est: assuefacti antea; ire nos debemus. Atq; stratorū pōdus ī res

Que paranda ab exercitu ... profectur[illegible]

necessarias cõsumite. Necessaria enĩ si supersint haud erunt inutilia, Stratorum autem indigentes: ne metuiste: quo minus libenter sitis dormituri. Sin secus fuerit: me accusate. Vestis enim cui sit abũdãtior: plurimo auxilio est & ei: qui bene ualet: et ei ꝗ egrotat. Obsonia uero parare oportet: quæcunq; acuta sunt plurimũ & mordacia & salsa. Hæc enim & agũt ad cibũ: & diutissime sufficiunt. Cum uero excesserimus in loca integrã ac salubria: ubi uerisimile sit iam nos frumentum capere: inde pistrinos parate quibus cibum faciamus: Hoc enim eorum quibus fit cibus: leuissimũ est instrumentũ. Parata etiam una sint ea: quibus ægroti homĩes egent. Horum enim tumulus minimus est. Quod si talis fortuna sit: ĩjs maxime opus erit. Habẽda etiã sunt cingula ac lora: plurima enim & hominibus & equis hisce perficiuntur: quibus attritis ac fractis necesse est cunctari: nisi quis habeat cingula. Qui uero didicit pilum polire bonum est: ne dolabriæ obliuiscatur: bonũ etiam ut limam ferat. Acuens enim lanceã: animũ quoq; quodãmodo exacuit. Additur enim quidam pudor eum timidũ esse: qui lanceam acuit. Habenda sunt præterea ligna ꝙ̃plurima: & in curribus & in plaustris. Nam in actionibus multis multa item sint necesse est: quæ desunt. Habenda sunt præterea instrumẽta maxime necessaria ad hæc oĩa. Non enĩ ubiq; opifices sunt. Quod autem in diem sit satis: pauci ꝗdam ad id faciũdum sufficiunt. Habendũ etiam est sarculũ & bidens in quolibet plaustro. Sunt etiam in iumentis bipennes falcesq; habendæ. Hæc enim cuiq; etiã priuatim usui sunt & publice sæpe utilitatem afferunt: & quæcũq;

ad alimentũ necessaria sunt:uos militum duces exquiri te ab ijs:quibus præestis. Non enim prætereundum est: cui aliquid horum sit opus. Nos enim horum indigebi mus. Quæcunq; uero iumentis iubeo habenda uos qui his præestis:qui ferunt impedimenta:exquirite. Et qui ijs caruerit:cogite ut paret. Vos item qui præestis itine rum ducibus:habetote descriptos a me eos:qui re ꝓbati sunt: & ex iaculatoribus & ex sagittarijs: & ex fun ditoribus. Hi qui ex iaculatoribus securim habẽt: ad in cidenda ligna cogendi sunt:in expeditionẽ ut eant cũ securi:sagittarij uero cum bidente. Ac funditores cum sarculo. Hi uero hæc habentes ante ꝑ plaustra secũdum alas debent proficisci.quo si quid opus sit ad faciundũ uiã:continuo eatis ad operandum. Et ego si qua re ege am:ut uideam:unde oporteat & capere hæc & uti. Du cam etiam eos:qui sunt in militari ætate:cũ instrumen tis ærarios fabros.cerdones:quo nihil desit:si quid tali um artium in expeditione opus sit. Hi uero soluentur ab ordine armigero. Quæ autem sciunt:mercede ei mi nistrantes qui uelint:erunt in constituto loco. Quod si quis etiam mercator sequi uelit aliquid uenditurus ha beat res necessarias antedictorũ dierũ. Quod si depræ hendatur aliquid uendere priuabitur rebus omnibus. Vbi uero hi dies præterierint:uẽdat pro uolũtate. Qui cunq; præterea mercator plurimũ cõmeatum attulerit: hic & a socijs & a me dona honoremq; cõsequetur. Si quis uero putat ob mercaturam pecunijs pluribus ege re:hic adductis qui sui & notitiam faciãt & uadimo nium ueniendi prorsus cum exercitu eas a nobis capiat. Ego igitur hæc ꝓnũcio. Quod si quis aliud quicq̃ ne

cessarium intuetur mihi significet. Et uos quidem abito: atq; paramini. Ego gratia hinc soluēdi: sacrificabo Cunq; res diuinæ recte habeant: significabimus. Adsint etiam omnes ad constitutum locum cum rebus antedictis apud duces suos. Vos autem duces ubi quisq; instruxeritis uestrum ordinē omnes ad me conuenite: quo singuli locos uestros intelligatis. Quibus auditis illi parabantur. Cyrus uero sacrificabat. Vbi sacrificia bene habuerunt. Cyrus mouit una cum agmīe. Ac primo quidem die locauit castra ut potuit: proxime: quo si quid quisq; oblitus esset id repeteret. Ac si quis nosset ulla sibi re opus esse: hanc item pararet. Et Cyaxares tertiam habens medorū partem restitit: quo neq; domi res solæ essent. Syrus uero pergebat: q̄; poterat celerrime: habens equites quidā primos: & ante hosce exploratores speculatoresq; semper præmittens ad loca anteriora ad speculandum aptissima. Post hos uero agebat impedimenta faciens. ubi campus esset multos globos plaustrorū impedimentorūq;. Retro phalanx sequebatur. Ac si quid impedimentorū relictum esset: qui princeps incideret: curabant: ne proficisci impedirentur. Et ubi uia esset angustior: armati milites impedimētis tenentibus medium hinc atq; hinc pergebant. Ac si quid impediret: milites ad has res constituti diligentiā adhibebant. pergebant autem ordines frequentius apud se habentes impedimenta. Iussi enim erant omnes: qui ferebant sarcinas: ut singuli irent secūdū ordinem suum: nisi quid necessarium esset impedimento. Signūq; habens quisq; cuius centurionis sarcinarius foret antecedebat: quo suo ordini notum foret. Itaq; frequentes p

fiscebantur. Curabantq; uæhemẽter suos singuli: ne subsisterent. Quibus ita facientibus: neq; opus erat: se inuicem quærerent: simulq; & præsentia erant omnia & salua. Habebantq; milites celerius: quæ oportebat. Vt autem procedentes speculatores in campo uisi sunt uidere homines: qui pabulum caperent & materiem aspiciebantq; iumenta huiusmodi res agere: ac pascitet ulterius item intuentes discere uisi sunt sublatum fumũ aut puluerem: ex his omnibus fere nouerant exercitum hostium alicubi prope esse: itaq; speculatorũ præfectus continuo quendam mittit hæc Cyro nunciantẽ: qui his auditis iussit: ut illi manerent in iisdem speculis. quodcunq; noui usquã uiderint nunciantes: misitq; ordinem equitum ulterius: quibus iussit: eniterent̃ capere ex his hominibus qui erãt in campo: aliquos quo certius uerum disceret. Iussi igitur hæc agebant. At ipse aliud agmen suum disponebat quo pararent: quæcunq; arbitrabatur oportere prius: q̃ cẽnt admodũ simul Ac primũ præcepit: ut pranderent: deinde ut in ordinibus manerent. prouidentes: quod iuberetur: quibus pransis conuocauit Cyrus & equitum & peditum & curruum duces. Præterea machinarũ & impedimentorũ carpentorũq; præfectos: qui omnes conuenerũt. At illi qui in campũ decurrerant: agebant homĩes quos cœpissent. Captiui autem illi a Cyro interrogati dicebãt se a castris antecessisse pabulatum: alii uero lignatũ prætereuntes procubitores. Nam propter exercitus multitudinem rarissima esse omnia. Quibus Cyrus auditis inquit. Quantum hinc abest hostiũ agmen? Ad quẽ illi respondebant ad duas parasangas. Post hæc percũcta

Speculatores e[...] quib. coniecta[...] uicinitatem in[...] mici exercitu[...]

Captos interr[...] gat Cyrus.

batur Cyrus. At de nobis rumor ne ullus eẽt apud eos. Ita! dicere per iouem & multus quidem: quod prope iã itis adorientes Quid igitur inquit Cyrus? Num etiam gaudebant: cum audirent nos ire? Hoc autem percũcta batur præsentium gratia. Non per Iouem dixerunt illi. Nullo modo gaudebant. Quin etiam tristabant plurimum. Nunc autem inquit Cyrus: quid faciunt? instruũtur: responderũt: & heri & nudiustertius hoc idẽ agebant. Qui autem eos instruit, quis est: inquit Cyrus ad quẽ respõderũt: & Crœsus ipse & una cum eo uir quidam græcus: & alius item medus quidam: qui a uobis fugisse dicebatur. Et Cyrus inquit, At o Iupiter optime maxime utinam mihi detur eũ capere. ut ipse uolo. Ex hinc cum iussisset abigendos captiuos: ad astantes ut dicturus quippiam: reuertebatur. hic etiam aderat alius a præfecto speculatorũ inquiens apparere ante alios in campo magnũ equitum ordinem. Et nos inquit coniecturamus eos immittere: quod uidere hanc uelint aciem. Etenim ante hũc ordinẽ alij circiter triginta equites frequentes adequitant: qui uelint fortasse nos ipsos speculatores capere: si possint. Nos autem sumus decem in hac specula. Et Cyrus iussit ex equitibus: qui semper apud se essent: immittentes sub speculam clam hostibus quietem agere. Cum autem denarij illi nostri speculam liquerint: uos exurgentes eos inuadite qui in speculam ascendunt. Vt autem uos dolore non afficiãt qui sunt a magno ordine: contra tu inquit egredere o Hystaspa tribunos militum habens equites: teq; contra ostende hostium ordini. Insequeris autem nusquã in locum obscurum. Sed quo speculæ: tibi permaneant. hisce

diligentiam adhibēs transito. Quod si qui sublatis dexteris ad uos imiserint. amice uiros excipite. Hystaspas igitur abiens armis induebatur: ministri uero continuo immittebāt: ut iusserat. Obuius autem his fit uel intra ipsas speculas una cum famulis iis. qui olim missus est explorator custos susiae mulieris. Quare Cyrus ut audiuit. exiliens ex cathedra & occurrebat ei: & amice excipiebat. At alii ut erat consentaneum cum nihil scirent: ob rem eam stupore tenebantur: donec Cyrus inquit uiri amicissimi uenit nobis uir optimus: nunc enim hominibus omnibus scienda sunt huius opera. Hic neque ulla uictus turpidine abiit neque mei metu: sed a me ipso potius missus. quo rebus hostium liquido cognitis uera mihi referret. Quae igitur ego tibi pollicitus sum Araspa: & memini & una cum hisce omnibus referā. Est autem iustum o uiri uos etiam omnis hunc honoribus prosequi ut bonum uirū. Ad nostram enim utilitatem: & periculum subiit: et accusationi obnoxius factus est quae erat admodū grauis. Ex hinc omnes Araspan amplectabantur: & amice excipiebant. Dicente autem Cyro: de his igitur satis. Quae autem tempus est nobis scire: haec Araspa narrato nihilque de ueritate diminue: neque hostium res extenua. Melius enī est si maiora arbitrati minora uideamus: quam minora audientes ualidiora inueniamus. Atqui respondit Araspas: ego feci: ut scirem quam securissime: quantus est exercitus: una enim cū iis interessem aciem ordinaui. Tu enim inquit Cyrus non solum multitudinem nosti: uerū etiam ordinē ipsorum. Equidem mediusfidius inquit Araspas: & quomodo cogitant pugnam facere. Verūtamē inquit Cy-

rus multitudinē nobis summatim expone. Illi omēs rē spondit instructi sunt ad trigenos in densitatem & pe dites & equites: demptis ægyptijs: qui absunt stadia circiter quadraginta. Valde enim curaui ut scirem quā tum loci continerent. At ægyptij inquit Cyrus: quo pa cto ordinati sunt. quoniā dixisti demptis ægyptijs: Ho sce inquit: qui decēmillibus præsunt: instruxerunt sin gulos decemmillia in centenos: hanc enim ordinū legē qua utuntur domi: secum intulerunt. Et Crœsus sane ualde inuitus ijs concessit ordinari hoc pacto: uolebat. enim excedere plurimū phalange aciem tua;. At quid inquit Cyrus cupiebat hanc rem Crœsus? Quo mediusfidius maiore multitudine tuam aciem circundaret. Et Cyrus inquit. At ij scirent si circundātes circūdarētur. Sed quæ a te tempus est discere: audiuimus. Cæterū uos oportet o uiri ita facere. Nunc ubi hinc abieritis: cō siderate et equorū & uestrū ipsorū arma: sæpe enim ob paruæ rei defectum & uir & currus inutilis redditur Cras autem mane donec ego sacru; faciā primū quidē prādendū est & uiris & equis: ne quicquid agendū sit tempus huius rei indigeatis. Dein tu Araspa dextrum habeto cornu: quēadmodū etiā habes. At alij qui denis millenis præstis sicuti habetis: nūc habetote. Cum enim simul certamen est: nulli currui tēpestiuū est equos mu tando coniugare: iubeteq; centurionibus atq; primipi lis: ut stent in phalange bini habentes singulos mani pulos. Erat autem manipulus quisq; uiri: xxiiij. Et qui dam ex centurionibus inquit: uidemur ne tibi Cyre sa tis habituri in tot milites instructi: aduersus phalāga adeo densam? Ad quem Cyrus respondit. At phalāges

densiores: quam ut armis assequi hostis queant quid tibi uidentur esse, hostibus ne nocere an sociis prodesse? Ego enim milites singillatim in centenos diuisos contra decemmillia potius uellem instructos esse Ita enim aduersus paucissimos pugnaremus. Ex quot ego militibus phalanga densabo. Puto totam adiutricē ac sociam futuram ipsam sibi iaculatores quidē post thoracibus armatos ordinabo. Post iaculatores autē sagittarios: hos enim primos in acie quisnam ordinet: qui etiam ipsi fatentur nullam posse pugnam cōminus sustinere? Cum uero obiecerint thoracibus armatos: & manebūt: qui iaculantur: & qui sagittas mittunt: pro anterioribus omnibus lædent hostes. Quocunq; quis aduersarios malo afficiat: hoc certe incommodo omni socios leuat. Postremos autem statuam qui post omnis sunt euocati. Nam quēadmodū ædium neq; sine lapidum munita structura: neq; sine facientibus tectum ulla est utilitas: ita etiā neq; phalāgis nec sine primis nec sine ultimis nisi boni fuerint: ulla utilitas est. Sed ut uos præcipio instruamini. Atq; uos scutatorū principes post hos eodēmodo manipulos constituite. Et uos sagittariorū præfecti post scutatos identidem. Tu uero qui in omnes principatum geris ultimos habens uiros fortis præcipue tuis: ut quiq; suos obseruet: & alios pro officio facientis adhortetur: & aliis non facientibus uæhementer minitetur, Si quis autem auertatur uolens prodere: hic plectatur morte. Debent enim præfecti audentiā sequētibus iniicere & uerbo & re. Atq; uos etiam oportet: qui post ois ordinati estis: maiore metu ignauos afficere: quam qui est ab hostibus. Et uos quidem hæc facitote. Tu uero Eufra

Nr. de instruendis acietus.

tes qui praees machinariis:ita facito:ut iumēta:que turres atq; ministros agunt:sequantur q̄ proxime phalanga. Tu autē Dauce qui ducis impedimētaria plaustris post turris ac post machinas age omis huiusmodi copias. Tui autem ministri uehementer animaduertant in eos:qui ex multitudine ante tempus:aut procedunt aut desunt, Tu uero o Cadurca: qui carpentis mulieres agentibus præfectus es ipsa post impedimenta locato ultima:hæc enim omnia si sequantur:& multitudinis præbent opinionē:& nobis insidiandi dabunt facultatem maioremq; circuitum facere cogent hostis:si temptent circundare:qui quo plus loci circundent eo ii necessario imbecilliores fiant. Et uos quidem ita facitote. Sed tu Artaoze & Artagersa millenariū ordinē uterq; uestrorū peditum una nobiscum post hos habete. Tu q; Pharnuche & asiadata millenarium equitū ordinē cui uestrū uterq; præest nolite constituere in phalāga Sed post carpēta uos separatim ipsi instruimini armis Deinde ad me itote una cum aliis ducibus:ita uos parari oportet:ut primos necessario præliaturos. Tu uero q̄ iis uiris es præfectus:qui sunt post camelos:post carpēta stato facitoq;:quodcunq; tibi Artagersas præceperit Vos autem qui designati estis currū duces:uester quidem princeps ante phalanga currus centū secum cōstituat: Alii quidem centeni ordines currū alteri ad dextrum latus exercitus incedentes:sequantur phalanga ad cornu:alteri uero ad læuū. Et Cyrus quidem ita instruxit. At Abradatas rex susorū inquit. Ego tibi Cyre ultro recipio ordinem habere e regione aduersæ phalāgis:nisi quid tibi aliud uidetur. Et Cyrus eo delectas

tus admiratusq; rogauit Persas: qui erant in aliis curribus. Num etiam uos hæc conceditis? Sed posteaq; illi responderũt non esse honestum hæc cõcedere sortes his dedit, & in Abradatan sors cecidit: quemadmodũ recce perat. Et oppositus est aduersus Aegyptios. Tum igitur abeuntes & eorum quæ prædixerant curam habẽtes cœnati sunt: constitutisq; custodiis dormiere. Postero autem die Cyrus mane sacrũ faciebat: alius uero exercitus cum prandisset: libationemq; fecisset instruebatur multis atq; pulchris tunicis thoracibusq; et cassidibus multis item: & pulchris. Armauerũt etiam equos frontalibus pectoralibusq; & solos quidẽ equos femoralibus. Eos uero equos qui erant sub curribus lateralibus. Itaq; uniuersus exercitus ære fulgurabat: puniceoq; florebat ornatu. Atq; Abradatæ currus quattuor temonũ & equorum octo pulcherrime erat ornatus. Cũq; induturus esset lineum thoraca: qui iis patrius est: affert ei Panthea auream cassidẽ & brachialia & latas armillas circa manuũ iuncturas et tunicam purpuream ad pedes usq; tendentẽ: cuius inferiores oræ stolæ habebant speciem: & conum hyacinthini coloris. Hæc autem clam uiro fecerat dimensa illius arma. Quæ ille intutus & admiratus est: & Pantheam interrogauit. Tu sane o mulier mundo tuo cõciso arma fecisti mihi Per Iouem inquit Panthea haud quaquam illo multi faciundo. Tu enim mihi si aliis etiam appares: qualis mihi uideris esse: maximus eris mundus. Hæc autem dicens simul eum armis induebat: latereq; nitebatur. Nam ei lachrymæ fundebantur per genas. Cũq; etiam antea esset spectatu dignissimus Abradatas

Panthea ornatu fecerat vi

ubi his armis instructus est apparuit & pulcherrimus & uenustissimus: quippe qui natura etiam talis esset. Acceptis autem habenis ab auguria parabatur: ut in currum iam ascensurus. At hic Pāthea alijs qui aderāt omnibus iussis secedere dixit. Si qua alia unq̄ uxor uirum suum pluris q̄ animā suā estimauit: puto te Abradata cognoscere me etiam harum esse unam. Quid igitur opus est: ut omnia sigillatim eloquar: cū existimē præstitisse me opera uerbis præsentibus probabiliora? Veruntamen cum sic habeo erga te: ut ipse nosti: testor tibi meam tuamq; amiciciam indubitato malle me publice obrui terra tecū bono uiro: q̄ uiuere cum dedecoroso dedecorosam. Sic ego & te & meipsā rebus honestissimis sum dignata. Cyro autem magnam nos quādam gratiam debere arbitror: quod me & captiuā & sibi electam neq; ut seruam dignum existimauit possidere: neq; ut liberam cum famæ ignominia. Sed asseruauit tibi me captā tāq̄ fratris uxorē. Præterea quādo Araspas qui me custodiebat ab eo defecit: ego ei pollicita sum si me sineret ad te mittere: ut uenires: sibi te futurum multo q̄ Araspan & fideliorem & meliorē uirum. Panthea hæc locuta est. At Abradatas eius oratione delectatus mulcēsq; eius caput in cælum oculos tollens ita præcatus est. At o Iupiter optime maxīe da mihi ut apparcā & uir dignus Panthea & dignus amicus Cyro: qui nos est honoribus prosecutus. Hæc locutus in foribus sellæ currulis ascendit in currū. Sed postea q̄ is ascendisset: sellamq; auriga clausisset. Panthea non habens quomodo item aliter eū amplecteretur: sellam osculata est. Et Abradatæ currus iam procedebat.

Panthea uero clam eum sequebatur: donec conuersus Abradatas eam intutus inquit. Fide Panthea & gaude atq; iam abito. Ex hinc igitur Spadones & ancillae eam capientes deduxerunt in carpentũ: eamq; declinãtes tabernaculo uelauerunt. Homines uero quãuis spectaculũ pulchrum esset. & abradatae & currus: nõ cũ tamen prius spectare potuerũt: q̃ Panthea abiisset. At Cyrus posteaq̃ litauit: & eius exercitus. queadmodum is praeceperat: instructus est: habens speculatores alios ante alios conuocatis ducibus.: huiusmodi oratione est usus. Viri amici ac socii sacrificia nobis dii ostendunt qualia cum antea dedere uictoriam. ego uolo eorũ uos repetere memoriã: quae mihi uidemini meminisse: multo maiore cum fiducia in certamen eundũ esse. Nam in rebus uos bellicis multomagis: q̃ hostes: exercitati estis. Eadẽ autem in re & educati estis et instituti iam multo plus temporis q̃ hostes: inuicemq; una uicistis. Hostium uero plures cum iisdem ipsis sunt uicti. Alii uero q nõ pugnarũt: utrorũq; sũt. Atq; hostes quidẽ norunt praesides sibi proditores esse. Vos autem qui nobiscum estis: non latet pugnare cum uolẽtibus auxilium ferre sociis. Consentaneũ uero est eos: qui sibi inuicem credunt cõcorditer manere in pugna. Qui uero mutuo sibi nõ credunt: necesse est consultare: quomodo singuli q̃celerrime e medio se eripiat. Eamus igit͛ uiri fortissimi aduersus hostis: cum armatis curribus aduersus inermes hostium currus: eodẽ modo cũ equitibus equisq; armatis aduersus inermes: ut cõminus. Pugnabitis item aduersus pedites: queadmodũ antea aduersus alios. Aegiptii enim eodemmodo armati sunt identidẽq;

instructi. Clipeos enim maiores habent: quam ut aliquid facere uidereque possint. Et ordinati in centenos: uidelicet se inuicem ad pugnandū impedient: præter admodum paucos. Quod si incumbentes credunt nos urgere: equis hi primū sustinendi sunt ac ferro ab equis firmato. Quod si quis eorum etiam sustinuerit: quomodo simul poterunt & equitatu pugnare & phalāge? Et enim nostri a turribus nobis opē ferent. qui hostis percutientes facient: ut loco pugnandi quid acturi sint nesciant. Quod si qua uobis re opus esse arbitramini mihi dicite. Nam pro diuina benignitate egebimus nihilo. Ac siquidem aliquid dicere uult quisque: id dicat. Sin id minus uenite ad sacrificia: & precati deos: quibus sacra fecimus ad ordines itote. Et quisque uestrum suos admoneat: quæ a me uos estis admoniti. Et quisque subditis se demonstret dignum imperio intrepidum se ostendens & habitu & facie & oratione.

XENOPHONTIS DE CYRIPAEDIA.

LIBER SEPTIMVS

POSTEA QVAM AD DEos hi orationē habuerunt ad ordines abiere. Cyro autem & his: qui cum Cyro erant: attulerunt famuli potū ac cibum. At Cyrus stans ut erat. post diuinas primicias cœnabat: eiq; dabat semper: qui maxime indigeret: libansq; ac præcatus bibebat. Et aliį qui cum eo erant: ita faciebant. Post hæc uero cum implorasset. Iouem patrium ut & dux esset & socius in equum ascendit: idemq; ut sui facerent. iussit. Et erant hi milites armati omnes armis iisdem: quibus Cyrus tunicis puniceis: thoracibus atq; cassidibus æreis: conis albis: gladiis. pilo. casside una quisq;. Equi uero frontalibus pectoralibusq; æreis atq; lateralibus. Eadem etiam hæc femoralia erant uiro. Tantum dūtaxat Cyri arma præstabāt: quod alia quidem illita erant colore aureo At Cyri arma ut speculum relucebāt. Cyrus ubi equū ascendit: stetitq; respiciēs: qua erat perrecturus fulmen dexterū insonuit. Hic autē dixit: te sequemur o Iupiter optime maxime: ac soluit habēs ad dextram Chrysantan equitum præfectū equitesq;. ad sinistram uero Arsaman ac pedites. Præcepitq; ut ad signū aspicerēt: & pariter sequerentur. Signū autem ei erat aquila aurea extensa in longa hasta. Et hoc etiam tempore signum hoc permanet regi persarum. Atq; priusq; uideret hostes uel ter quiescere fecit exercitū. At ubi iā pro-

cessissent stadia circiter uiginti. cœperunt iam uidere hostium agmen contra aduentare. Sed posteaq̃ omẽs inuicem fuerunt in aperto: hostesq́ eos cognouerunt: multo utrinq; iis phalãge superiores. Hãc ubi firmassent (nec enim est aliter circundare) flexerunt in circuitum ueluti gamma utrinq; ordinẽ suum facientes quo undiq; simul pugnarent. Quæ Cyrus intuens: nihilo magis destitit: sed eodẽmodo ducebat. Verum considerans ut illi procul undiq; fecerãt flexum circa quẽ flectentes. cornua extendebant. Aĩaduertis inquit o chrysanta ubi hostes curuaturã faciunt. Valde Chrysantas inquit. Atq; miror equidem. Multum enim uidentur mihi separare cornua sua ipsorũ phalange. Ita medius assidius inquit Cyrus & a nostra quoq;. Quare tandẽ hoc faciunt? metuentes uidelicet inquit Cyrus: ne si cornua prope nos sint: cu; phalãx adhuc procul sit eos inuadamus. Dein inquit Chrysantas. Quomodo prodesse poterunt alteri alteris ubi multũ sic inuicem absint? Sed perspicuũ est inquit Cyrus: q̃ ubi cornibus ascendentes steterint e regione laterũ nostræ aciei: uertãtur tanq̃ in phalanga simul undiq; aduersus nos pugnaturi. Ita ne inquit Chrysantas uidentur tibi bene consultare. Sane ad ea: quæ uident: inquit Cyrus. At quæ uero non uident: prius etiam: q̃ si per cornu inuaderent. Sed tu inq̃t o arsama duc peditatũ q̃ete q̃ẽadmodũ me uides Et tu Chrysanta una seq̃re æqualiter cũ hoc Arsama equitatũ habens. Ego uero illuc abibo: unde mihi uidetur tempus pugnãdi initium facere: simulq; præteriens singula considerabo: ut nobis habent. Cunq; illuc uenero: ubi iam simul inuicem inuasuri fuerimus

Pæana canere incipiam. Vos autē incūbite. Verū dum nos manū cum hostibus conseramus: facite uobiscū ut sitis. Non enim ut opinor: paruus erit tumultus. Tum uero adoriemini: cū ipse Abradatas in aduersarios cu; curribus impetum faciet. Ita enim ei dicetur. Vos autē sequi oportet: q̄ maxime fieri potest prope currus. Ita enim maxime in hostes turbatos impetum faciemus. Adero etiam ipse celerrime quantum qui uero uiros insequens. si dīs libuerit. Hec locutus ubi tesserā iussisset iupiter seruator & dux profectus est. Pergensq; medius inter currus thoracibusq; armatos cum aliquos corū uidisset: qui essent in ordinibus: tum dixisset: o uiri q̄ mihi iucundū est spectare facies uestras: tum item iter alios dixisset. Certe cogitatis o uiri: nunc esse certamē non solum de hodierna uictoria: uerū etiā de illa quā antea uicistis ac de omni felicitate. Inter alios uero aduemiens dixisset o uiri post hunc diem nunq̄ amplius dīj erunt accusandi. Tradiderunt enim nobis multorū magnorūq; bonorum possessionē. Verum o uiri simus fortes. Inter alios rursus uerbis huiusmodi usus esset. In quem unq̄ meliorem fructum atq; lucrum inuice; nosipsos adortemur: q̄ hoc tempore? Nunc enim licet si fortiter egerimus: res multas ac bonas inuicem nobis afferre. Inter alios item ita locutus est. Non estis nescij uiri ut arbitror nunc proposita esse præmia uictoribus quidem fugare & interficere: bona habere: laudari esse liberis imperare. At uictis uidelicet horum contraria. Qui igitur seipsum amat: mecum pugnet. Ego enim nullum neq; malum neq; turpe exemplū: ultro præstabo. Cum uero esset inter eorum aliquos: qui an

Cyrus [illegible] singillatim [illegible]

teã unã pugnassent:dixisset ad uos o uiri quid dicerẽ oportet. Scitis enim & qualem uiri fortes diem agunt in pugnis:& qualem ignaui. Vt eo autem præteriens uenit ubi Abradatas erat. Abradatas quidem stetit:aurigæ habænis traditis. Cyrũq; adijt. Accurrerunt etiã; alij qui prope erant constituti:& pedites & agentes currus:inter quos præsentis Cyrus ita dixit Deus imortalis Abradata:quẽadmodũ tu rogabas; & te & tuos dignatus est socijs anteferre. Tu uero hæc memineris oportere te nunc dimicare:quoniã. Persæ & spectabũt nos:& qui nos sequẽtur:neq; patientur solos uos certare. Ad quem Abradatas respondit. At res nostræ Cyre uidentur mihi pulchre habere:sed transuersa me sollicitum reddunt:quoniã obliqua hostiũ cornua uæhemẽter uideo porrecta et curribus & omnifariã acie. A nobis autem nihil aduersus eos aliud contra est ordinatũ q̃ currus. Quare ego nisi forte cœpissem hunc ordinẽ: puderet me hic esse:usq; adeo mihi uideor esse in tuto. Ad quem Cyruc inquit. Verum si apud te res bene habent de illis esto bono animo. Ego enim tibi ꝑ diuina ope hæc hostiũ obliqua cornua deserta reddã. At tu nõ prius impetũ feceris aduersus hostes:deos testor: q̃ fugiẽtis aspicies hos:quos nũc metuis:huiusmodi sane uerba iactabat Cyrus:cum pugna futura esset:præsertim cum nõ esset admodũ iactator cum sane uideris inquit hosce fugientis:& me adesse arbitrare: & tu impetũ fac in hostes:Eteni tu & aduersarijs tum utaris ignauissimis:& socijs tuis fortissimis. Sed donec tibi adhuc ocium est Abradata:omnino imittens intra currus tuos hortare tuos ad inuadendũ:uultu fiduciam his iniĳcias

ens:& spe metum leuans. Quo autem corũ:qui sunt in curribus fortissimi appareatis:cõtentionẽ his iniici to. Etenim bene nosti: si hæc bene fiant:ois dein dictu ros reliquũ nihil eẽ uirtute fructuosius. Itaq; Abrada tas ascenso curru immittebat:hæcq; faciebat. Cyrus au tem rursus transiens ut uenit ad læuum cornu:ubi hy staspas habebat persarum equitũ dimidiũ:cum nomie uocans inquit o hystaspa. Nunc opus uides dignũ cele ri tua actione. Nunc enim si anteuertemus hostes inte rimendo:nostrum moritur nemo. Ad quẽ hystaspas ar ridens inquit. Verum de his qui nobis obiecti sunt: cu ræ mihi erit. Sed de his q sunt ab latere:aliis impera quo neq; ii sint ociosi. At ego aduersus hosce ipse sum transiturus. Tu uero hystaspa hoc memineris cuicunq; nostrum uictoriam deus dederit: si qd usq; hostile sit aduersus pugnantis semper contendamus. Quæ locu tus procedebat. Sed ubi uenit ad latus & ad principẽ curruum qui hic erant:ad hunc dixit. Ego quidem ue nio uobis auxiliũ allaturus. Sed quando senseritis nos inuadentis ad summũ:tum etiam uos enitemini simul per hostis immittere. Lõge enim tutiore in loco futuri estis: si extra fueritis q̃ si intus offendamini. Et ubi itẽ transiens uenit retro post carpẽta. Artagersæ Pharnu choq; iussit:ut habẽtes millenariũ ordinẽ persarũ tan tundem etiam peditum & tantũdem equitũ:eo manet rent in loco. Sed ubi senseritis me inuadere eos:qui sunt ad dexterum cornu.tum etiam uos eos inuadite:qui uo bis aduersi sunt. Pugnabitis autẽ aduersus cornu: quæ acies imbecillior est. Et cum phalãge:ut eatis ualidissi mi. Atq; sunt ut uidetis hostium equites ultimi:omni

noctꝫ immittite aduersus eos camelorum ordinē. Neq; uos lateat fore: ut prius etiā q̄ pugnetis, ridiculos spe-ctetis hostis esse. Atqꝫ Cyrus quidem his actis ad dexterum cornu transit. At Crœsus iam propius eē arbitratus hostium phalanga: tum aciei qua cum ipse una pgebat: cornibus protensis signum sustulit: ne amplius sursum pergerent: sed ibi in loco conuerterentur. Vt autem steterunt e regiōe respicientes ad Cyri aciem: signū his dedit pergendi aduersus hostes. Et ita appropinquauerūt tres phalanges Cyri exercitui una ad faciē; due uero: altera ad dexterū cornu, altera ad læuū. Quo factum est: ut toti Cyri exercitui iniiceretur metus. Quēadmodum enim paruus laterculus in magno positus: ita etiam Cyri exercitus undiq; circundabatur ab hostibus & equitibus: & militibus: & scutatis: & sagittariis: & curribus præterq̄ a tergo. Veruntamen Cyrus posteaq̄ præcepit: conuersi sunt omnes e cōspectu, aduersus hostes. Eratq; undiqꝫ permultū silentiū: quoniam de futuro euentu uererētur: Sed posteaq̄ uisum ē cyro tempestiuū: pæana canere cœpit: cōstrepuitqꝫ uniuersus exercitus. Post hoc uero & Martē simul lætis uocibus conclamarunt. & Cyrus surrexit continuoqꝫ cum equitibus latens trāsuersos hostes obuius ipsis factus manum cōseruit: quem pedites instructi continuo sunt secuti: atqꝫ hastas hinc indeqꝫ concutiebant adeo ut longe esset superior. Cum sua enim phalange adortus est cornu quo factum est: ut hostes uehementer in fugam uerterentur Vt autem sensit Artagersas Cyrum esse in opere: inuadit etiam ipse ad læuum cornu præmissis camelis; ut iusserat Cyrus. Equi uero eos ca-

melos ex loco admodũ multo nõ expectauere. Sed alij ob stuporem fugiebant: exiliebant alij: alij uero inuicẽ concidebant. Talia enim equi a camelis patiuntur. At Artagersas suos habens instructos aduersus turbatos ĩcubuit: currusq́ immisit in dexterum simul atq́ in læuum cornu. Cunq́ multi eos fugerẽt currus: ab his interempti sunt. qui sequebantur ad cornu. Multi etiã hosce fugientes: capiebantur a curribus. Atq́ Abradatas minime amplius tardabat: quin potius clamitans. Viri amici sequimini. Immittebat: equis minime parcẽs: sed eos stimulo uæhementissime cruentans. simul etiã impetum fecerunt: alij curruũ ductores. Et currus quidẽ hostiles eos continuo fugiebant: alij eos capientes: qui gressu essent segniores: alij uero post se relinquentes. At Abradatas ex aduerso per eos in egyptiorũ phalanga impetũ facit: & cum eo una etiam inuasere: qui pxime erant ordinati. Et cum multis alijs in locis patet non esse phalanga ualidiorem: q̃ cum fuerit cõgregata ex amicis socijs: tum hoc etiam in loco perspicuũ fuit Nam & eius sodales & cõmensales una fecerunt impetum. At alij aurigæ ut uiderunt egyptios multo globo sustinentis: declinarunt aduersus fugientis currus: eosq́ sequebantur. Milites autem abradatæ qua immiserant: tanq̃ ægyptij separari nõ possent propter illas a q̃bus hinc atq́ illinc circũdabãtur: alios rectos temõe equorũ percutiẽtes cõuertebãt alios uero cadẽtis capiebãt et ipsos et arma et equos et rotas. Quẽ autẽ falces corripuissent: oĩa ui ĩcidebãt et arma et corpora. In hoc aũt ĩenarrabili turbie ex multifaria coaceruatõe exiliẽtibus rotis excidit Abradatas. Atq́ alij eorũ q̃ una inua

Camelos equi uom...

Abradatas ...

debant. Et ii quidem cum hic fortis sese uiros praestitissent: trucidati sunt & interempti. Persae autem concursu facto: qua abradatas una cum suis adortus fuerat: irruebant turbatosq; illos enecabant. Qua uero aegyptii nihil mali passi sunt. Erat autem magna horũ multitudo. obuii psis concedebant. Itaq; hic terribilis erat pugna & lancearũ & tragularum & gladiorũ. Ac praeualebant quidem aegyptii tum multitudine tum etiã armis. Nam & lanceas ualidas ac longas nunc etiã habent. Et clipei multo magis q̃ thoraces & crates tum tegunt corpora: tum ad urgendum adiuuãt cum ad humeros sunt. Clausis igitur clipeis procedebant: urgebantq;. At persae eos sustinere non poterant; ut qui in summis manibus haberent cratis: sed pedem referebãt percutientes percussiq;: quousq; sub machinis fuerunt Huc uero ubi uenissent: percutiebantur rursus a turribus. Aegyptii: & inter omnes non. sinebãt sagittarios fugere neq; iaculatores. Sed intensis gladiis cogebant & sagittare: & iaculari: multaq; erat uirorum nex p multus armorum omnifariãq; missiliũ fragor: multus etiam clamor aliorum se inuicem reuocantiũ: aliorũ adhortantiũ: aliorum item deos immortalis implorantiũ At Cyrus hic insequens hostes proximos aduenit: qui ut persas uidit e loco motos: & doluit plurimũ: & cognoscens nullo pacto celerius posse hostis cõtinere. ne ulterius procederent: q̃ si post eorũ terga immitteret: iis quos secum habebat: sequi iussis post eorũ terga immittebat: in eosq; irruentes persae inopinatos percutiũt interimuntq; permultos. Quod aegyptii ut senserunt: & clamabant hostis esse post terga: & inter uulnera

conuertebantur: Atq; hoc loco mixtim preliabantur & equites & pedites. Quidam uero cum cecidisset fusus a Cyri equitatu pessundatusq; gladio Cyri equum ferit in uentrem. Equus autem ob id uulneris intolerabili dolore agitatus: Cyrum excutit. Hic igitur nosse qs possit: quanti sit faciundum ut princeps ametur a subditis. Continuo enim clamorem sustulerunt omnes incũbentesq; pugnabant urgebant. urgebantur: percutiebant. percutiebantur: desilensq; ex equo unus ex Cyri ministris tollit eum in equum suum. Vt autem Cyrus Ascẽdit: dispiciebat undiq; iã ægyptios percuti. Et enĩ Hystaspas iam aderat una cum persarum equitatu: simulq; Chrysantas. Verum hos nondum sinebat irrumpere in ægyptioruꝫ phalanga sed ut extrinsecus sagittas iaculaq; torquerent: iubebat. Vt autem immittẽs uenit inter machinas uisum est: ei ut aliqs in turres ascẽderet: specularetur q; sicubi adhuc aliud quicq̃; hostiuꝫ maneret: ac pugnaret: qui cum ascẽdisset: campũ despexit refertum equis: hominibus: curribus fugientibusq; & uincentibus ac uictis. manẽs autem quicq̃; nusq̃; despicere amplius poterat præter exercitum ægyptiorũ. Hi uero quoniã difficulter haberent: undiq; facto circulo ut arma uiderentur sub clipeis sedebant. faciebantq; Amplius nihil. patiebantur autem & multa et grauia Admiratus autem eos Cyrus cõmiseratusq;: ꝙ uiri fortes cum essent: perierant: retraxit eos omnis qui circum illos præliabãtur: pugnareq; neminẽ amplius sinebat mittiq; ad eos caduceatorem percunctatum: utrum uelint omnes ne propter eos perire: a quibus proditi fuerint: an qui fortes esse uideantur: seruatum iri. Ad quẽ

responderunt ægyptij:quonã pacto nos seruemur:si ui
ri fortes uidemur esse?Cyrus autem rursus dicebat.
Quoniam nos uidemus uos solos : qui maneatis :ueli
tisq; pugnare.Sed deinceps dixerunt ægyptij:qui ho
nesti facimus:ut seruemur?Et Cyrus item ad hoc respõ
dit.Si ita seruemini:ut & sociorum prodatis neminẽ
& arma nobis tradatis:& amici his sitis:qui eligunt
uos saluos facere:cum liceat perdere.Quæ illi audien
tes interrogabant.Quod si in tuam amiciciam ueniã
mus:ad quid uti nobis dignum existimabis?Ad quos
Cyrus respondit ad beneficiũ ultro citroq; conferendũ
Et rursus Cyrum interrogabant ægyptij ad quod be
neficiũ?Ad hoc inquit Cyrus stipendij quidem plus uo
bis dem:q̃ nunc accipitis:q̃diu sit bellum:facta autem
pace qui uestru; manere apud me uoluerit:huic ego et
regionem dabo & urbes et uxores & famulos:quibus
ægyptij auditis precati sunt:ut sibi negocium auferret
gerendi belli aduersus Crœsum.Huius enĩ solius mi
sereri se dixerunt.Alia uero paciscentes fidem dederũt
atq; acceperunt.Hinc & ægyptij qui tũ restiterũt hoc
etiam tempore fideles erga regem perseuerant.Et Cy
rus his urbes dedit.alias sursum:quæ ipsæ hodie quoq;
urbes egyptiorum uocantur larissam:ac cyllenem quæ
trans Cymen posita est prope mare :quas quidẽ urbis
hac etiam tempestate habent eorum posteri.Cyrus his
rebus gestis iam per tenebra rediens in thymbraris lo
cauit castra.In hac autẽ pugna ægyptij ex hostibus cla
ruerunt.Ex Cyri autem exercitu persarum equitatus ui
sus est optimus extitisse.Quare nunc quoq; armatura
permanet:quã Cyrus tum est equitibus fabricatus:ue

hementer etiam claruerũt currus falcati. Quare hoc genus bellandi hoc etiam tempore permanet ei semper: q regnat. At cameli solum equis metui fuere. Nec enim equites qui in his erant: interempti sunt: nec item ipsi ab equitibus. Nullus enim equus prope factus est. Atq; utile esse uidebatur. Sed enim neq; alere camelũ uelit uir honestus & bonus uæhendi gratia: neq; meditari: ut ab his sit pugnaturus. Ita igitur rursus suo recepto habitu degunt inter impedimẽtaria iumenta. Atq; Cyri milites ubi cœnassẽt custodesq; posuissent ut par erat somno se dederunt. At Crœsus quidem cõtinuo fugit sardis una cum acie. Nationes autem aliæ quo poterant: q̃ꝫ longissime noctu per uiam singuli abscessere. quæ domũ duceret. Sed ubi dies illuxit: cõtinuo Cyrus exercitum egit ad sardis: qui ubi uenit ad murũ ipsius urbis: tum machinas erexit: ut muro apponeret. Et parabat scalas. Quæ faciens per ea quæ esse uidebantur ardua ac difficilima: sardianorum munimenta sequenti nocte chaldeos sursum atq; persas tollit. ductor iis fuit perses: qui seruus fuerat cuiusdã eorũ: qui in arce erãt præsidio: quiq; didicerat & descensum in flumen et eũdem ascensum. Quod ubi factum est. Arx uidelicet capta est. Quare lydi omẽs quo poterant singuli a muris fugiebant. At Cyrus simul cum die in urbẽ est ingressus: præcipiens moueri neminẽ ex ordine suo. Crœsus uero i regia clausus Cyrum clamabat. Cyrus uero crœsi custodes reliquit. Ipse autem abiens ad captam arcẽ ut uidit persas: ut par erat: custodientis arcem: chaldeorum autem arma sola: decurrerant enim ut rapinã bonorũ facerent ex ædibus; cõtinuo eorum principibus cõ

nus erit nihil
spatiorum.

uocatis ait ut q̃ primũ abirent ex acie. Non eni inquit contineri possem intuens auiditatem intemperantium. Scitis enim uos esse a me paratos: ut mecum militãtes chaldeis omnibus laudabiles redderem. Nunc uero nolite mirari: si quis melior etiam uobis abeuntibus ĩjs incidat: quibus chaldei auditis: & metuerunt & orauerunt: ut irasci desineret: seq; raptas res omĩs datum ire dixerunt. Ad quod Cyrus respõdit ĩjs sibi nihilo opus eẽ. Quod si me uultis ab ira desistere: reddite res istas omnis quas accœpistis: arcem custodiẽtibus. Nã si alij milites senserint eos plus habere: qui ordinẽ seruarint omnia mihi bene sunt habitura: Et chaldei quidem ita fecerunt ut iussit Cyrus: accœperuntq; obedientes & multas omnisq; generis pecunias. Cyrus autem ut suorum castra ibi posuisset: ubi existimauit locum esse urbis aptissimũ ad manendũ in armis: præcepit: ut prãderent. His autem rebus gestis: iussit Crœsum agi ad sese At Crœsus Cyrum ut uidit. Salue inquit here. Hoc eni fortuna & habere posthac dat tibi et mihi appellare. Et tu quidem Crœse inquit Cyrus salue: quoniã uterq; homines sumus. Cæterũ crœse inquit. num mihi uelis consulere. Vellem equidem inquit Cyre boni aliquid tibi inuenire: hoc enim existimarem mihi quoq; bonũ fore: Audi igitur inquit Crœse. Ego enim uidens multũ milites laborasse: ac multa pericula subisse: & nũc existimare habere urbem: quæ post babylona ditissima sit in asia: dignu; puto prodesse militibus: quippe qui futurum norim si minus fructũ aliquem laborũ cœperint ne eos possim habere diutius mihi obtemperantis. Et nolo equidẽ pati: ut urbe; diripiant. Nam et urbis mea

Crœsus agitur ad cyrum

Cyrus Crœsum alloquitur.

sententia periret: & in rapina qui maxime sunt improbi: ditarentur. Quae Croesus audiens dixit At sine me dicere ad quoscunque uelim lydorū: me abs te impetrasse rapina ne fiat neque te sinere pueros mulieresque perdi: quodque tibi pollicitus sum pro hisce rebus fore a lydis ultro: quicquid & pulchri & boni sit in sardibus. Si eni haec audient: futurū scio ut afferant: quicquid hic possidetur pulchrum & uiro & mulieri. At rursus in sequētem annū urbs tibi referta sit multis pulchrisque rebus. Quod si eam diripueris: artes quoque quas bonorū fontes esse aiunt: corrumpētur. Praeterea licebit tibi: si haec uideas etiam cum ueneris de rapina consultare. Primū autem mitte ad thesauros meos: & eos custodes tui a meis custodibus accipiant. Haec igitur Cyrus omnia cōsensit ita faciūda, ut Croesus dixerat. Haec autē inquit Croese mihi dicito omnino. Quomodo euenerunt: quae delphicū dixit oraculū? Dicitur enim Appollo tibi ualde obsecutus: teque gessisse omia ab illo persuasum. Vellem equidem inquit Cyre ita habere. Nūc autem secus omnia continuo agens ab initio consului apollinem. Quomodo inquit Cyrus? Doce me. Incredibilia enī admodum narras. Quoniā primū inquit interrogare deum negligens si quare egerem temptaui eum: an posset uera loqui. Hoc autem non deus solum: uerum etiā homines honesti ac boni cum norint fidem sibi minus haberi non amant incredulos. Vbi igitur nouit me facere admodū absurda: qui longe abessem a delphis: ita demū mitto de filijs cōsulens: Ille autem mihi prius nō respondit. Sed ubi ego multis oblationibus aureis missis multis etiam argenteis: permultis item sacrificijs

actis placaui eum aliquando:ut mihi uidebatur. Tum tandem mihi respōdet percunctanti:quidnā facere me oporteret:quo mihi essent filij:ille dixit fore:ut haberem. Et nati sunt quidem. Neq; enim hoc mentitus est. Hi uero cum mihi nati sunt:nihil profuer:. Nam alter mutus esse perseuerauit. Qui autem erat optimus:perijt in ætatis flore. Pressus autem cladibus filiorū:mitto iterum atq; deum rursus consulo:quidnam essem facturus:quo reliquum tempus uitæ q̄ felicissime degerem: At ipse respondit. Ipsum te noscens es fœlix crœse futurus. Vbi uero oraculo audito lætatus essem: putabam enim eu; mihi fœlicitatem dare quod facillimū esset:imperando. Alios enim cognoscere:quosdam fieri quidem posse:quosdam uero nō posse. Se autem ipsum qui sit unūquēq; existimabam hominē nosse. Ac omne deinceps tempus usq; quietem habui:nihil de infortunijs quærens post filij mei mortem. Sed ubi sum ab Asyrio persuasus aduersus uos exercitū ducere:in omne ueni periculū. Et seruatus su; sane nullo malo accœpto. At ne propter hæc quidem deum incuso:cum eni; meipm nossem non satis esse:qui aduersus uos pugnarem tuto abiui una cum deo & ipse & mei. Nunc rursus & a præsentium diuitiarum delitijs insolentior factus & ab ijs qui me rogabāt:ut bellū gererem:et a muneribus quibus me donabant:& ab hominibus qui mihi assentantes dicerent. si imperare uellem futurum:ut omnibus in rebus mihi parerent:fortemq; hominū maximus. Huiusmodi tandē uerbis inflatus ut omnes undiq; reges belli præfectum me legerunt:suscepi imperium tanq̄ satis essem:qui maximus fierem: certe me

ipsum ignorans: quod existimarē me satis esse qui ad-uersus te bellum gererem: primū quidem: quod ex dijs immortalibus genitus sis: dein quod ex regibus oriun-dus: demū uero quod abusq; puero uirtute; exercueris Maiorum autē meorum audio primū qui regnauit et regem simul fuisse & liberum. Hæc igitur cum igno-rarim: iure inquit optimo pœnam do. Verum nunc tā-dem Cyre meipsum cognosco. Tu uero etiam ne putas uerum dicturum Appollinem me fœlicem fore: si me ipsum noro. Te autē propter hanc rem interrogo quo-niā mihi optime uideris hoc ipsum nunc coniectare: po-test enim facere me fœlicē. Et Cyrus respondit cōsili-um mihi da Crœse hac de re. Ego enim cogitās priorē tuam fœlicitatem: & misereor tui: & reddo tibi uxorē habendā: quam habes & filias. Audio enim esse tibi et amicos: & famulos & mensam qua cum una uiuebas-tis. Pugnas uero tibi bellaq; aufero. Mediussidius ni-hil igitur inquit crœsus. Mihi tu adhuc cōsultas eripe-re de mea fœlicitate. Ego enim tibi iam dico. si hæc mi-hi feceris quæ dicis hanc me: quam & alij fœlicissimā uitam existimabāt: & ego cum his sentiebam: esse nūc etiam acturum. Et Cyrus inquit quis igitur est qui ha-bet hanc uitam beatam? Mea uxor inquit o Cyre. Illa enim & bonarum et mollium & lætarum omniū rerū æque atq; ego: erat particeps: curarum uero ut hæc fo-rent: & belli & pugnæ particeps non erat. Ita igitur tu quoq; parare me nunc uideris: quēadmodum ego il-lam quam maxime omniū hominū amabā. Itaq; mihi uideor Apollini debere alia munera. Cuius uerba Cy-rus cum audisset: admiratus est animi eius tranquillita

tatem. Itaq; deinceps eum quacunq; ipse pergeret: du cebat: siue quod eum usui cunquam sibi esse existimaret siue quod etiam tutius ita censeret. Et tum quidem ita quieti se dederunt. Postridie uero Cyrus uocatis amicis & exercitus ducibus alios eorum constituit: ut thesauros acciperēt. aliis iussit ut quascūq; pecunias. Crœsus traderet: primū diis immortalibus eligerent: quas magi interpretarentur. Deinde alias pecunias quas acciperent: eas in arcis locatas: in plaustris ut portarent quodcunq; ipsi pergerēt: ut ubi tempus foret: singuli caperent portionem suam. Et ii quidē hæc faciebat. At Cyrus uocatis quibusdam ex præsentibus ministris dicite mihi inquit. Vidit ne uirum quisq; Abradatan. miror enim quod cum antea iret ad nos frequenter: nunc nusquam apparet. Ad quem respondit unus ex ministris: quoniam here ille non uiuit: sed mortuus est in pugna. cū in ægyptios currum imisisset. Alii uero exceptis eius sodalibus ut aiunt: effugerunt ubi globum uidissent ægyptiorum. Et nunc dicitur eius uxor mortuū sustulisse: imposuisseq; in carpentū; in quo ipsa uehebatur: atq; eum portauisse quendam hic in locum ad Pactolū flumen: feruntq; eius Spadones ac famulos fodere loculum mortuo quodam in tumulo. Dicunt etiam eius uxorem humi sedere ornatam quibus uirum ornarat: habereq; caput eius in genibus. Quibus Cyrus auditis femur sane percussit: continuoq; equo ascenso: assumptisq; equitibus mille: immisit ad luctum. Iussit præterea Gadatæ & Gobryæ: ut quātū possent accœptū pulcherrimū ornatū: ad uirum amicum ac bonum: qui diem obiisset: transferret. Et qui haberet armenta sequentia

& boues & equos huic dixit: simulq; pecudes multas ageret: ubicunq; se esse audiret: quo ea Abradatæ imolarentur. at ubi uidit Abradatæ uxorem humi sedere: ac mortuum iacere: et collachrymatus est propter dolorem: & ait. Heu o bona atq; fidelis anima abis nūc nobis relictis: simulq; eius dexteram capiebat atq; manus mortui secuta est. Abscisa enim mucrone fuerat ab ægyptijs: quod Cyrus intutus multo etiam mœstior fuit. Et uxor Panthea eiulabatur: exceptaq; tū a Cyro: & eam est manū osculata: & loco suo: ut fieri potuit: rursum coaptauit dixitq;. Et alia quidem Cyre ita habent Verum quid aspicere oportet. Et hec inquit: scio illum propter me non minime passum esse: neq; fortasse minus propter teipsum Cyre. Nam et ego stulta multum sum cum hortata: ita faceret: ut tibi amicus appareret dignus memoratu: & idem ipse certo scio: non hoc cogitabat: ut mihi obtēperaret sed ut aliquid faciens gratificaretur tibi. Etenim ipse quidem probe diem obiuit ego uero que sū hortata sum: uiua assideo. Atq; Cyrus aliquātum temporis tacēs collachrimauit. Dein ita est locutus. Verum hic o mulier pulcherrimū finem habet Nam diem obijt uictor. Tu uero hisce a me acceptis eū adornato. Aderant autem Gobryas Gadatasq; multū ferentes, pulchrūq; ornatum. Dein inquit scito: ne alijs quidem in rebus istum inhonoratum fore: sed etiā monumentū multi nostrum pro dignitate in tumulu; erigent: eq; immolabuntur quæcunq; par est uiro fortissimo. Neq; tu etiam eris orbata. Nam ego te & pudiciciæ & omnis uirtutis gratie cum alijs in rebus honorabo: tum constituam: qui te portet: quocunq; ipa no

lueris. Tu solum mihi declarato: ad quem uelis portari Et pāthea inquit: uerum bono animo esto Cyre: nequaꝗ̃ tibi occultabo: ad quem ire uolo. Et Cyrus hæc locutus abiit commiseratus & mulierem: ꝙ tali uiro orbata esset: & uirum quod talem uxorem cum reliquisset non amplius eam esset uisurus. At Panthea Spadonibus quidem iussit: secederent donec inquit: hūc ego pro uolūtate eiuler. Nutrici autem dixit: ut expectaret: eiqꝫ iussit: ut cum mortua esset: & sese & uirum in uno uelaret uestimento. At nutrix cum multum eam supplex precata eēt: ne hoc faceret: posteaꝗ̃ nihil perficeret: uideretqꝫ eam grauiter ferre & permoleste: flens sedit. At Panthea acinace: quem gladium diu parauerat seipsa; iugulauit. Et imposito suo capite super uiri pectora mortua est. At nutrix & uociferabatur: & uelauit ambos: quēadmodum Panthea iusserat. At Cyrus ut sensit mulieris opus. exterritus ad eam it: si quid auxilii posset afferre. Sed Spadones: quod factu; erat: intuti tres ut erant: ipsi quoq; districtis acinacibus ibi se iugularunt stantes ubi eos iusserat. Et hac tempestate huiusqꝫ monumentum Spadonum tumulatum dicit Et in superiore columna uiri uxorisq; nomīa inscripta esse dicunt syris litteris. Deorsum tris esse dicunt colūnas: easq; sceptriferorū inscriptionē habere. At Cyrus ut ad eam cladem appropinquauit: & admiratus mulierem: & quæstus abiit. Et horū quidem pro dignitate diligentiam habuit: ut consequerentur honesta oīa: & monumentū magnum surrexit in tumulū: ut perhibent. Exhinc cum seditiones inter caras ortæ essent: & hi inuicem bellum facerent: ut qui habitarent in muni

Seditio ... cavas.

tissimis castellis: utriq; Cyrum implorarũt. At Cyrũs Sardibus ipse manens machinas fecit: & arietes: ut eorum muros solo æquaret: qui parere nollent Cadusiuz uirum persen & aliis in rebus neq; insipiẽtẽ neq; imbellem: præterea admodum gratiosum: dato ei exercitu mittit in cariã: quo cũ & cilices & cyprũ admodũ ĩpigre in expeditionẽ ꝓfecti sunt. Quapropter haud misit unq̃ ꝑsen satrapen: neq; cilicum: neq; cypriorũ. Sed satis erant ei semper indigenæ reges. Tributũ quidem capiebat. & expeditiones: cum opus esset. his iubebat. Cadusius aũt acto agmĩe uenit in cariam: & ab utrisq; caribus ad eum affuere: qui dicerent se paratos esse: qui eum admitterent in oppida in detrimentũ contrariæ factionis. At cadusius ad utrosq; hæc faciebat iustioraq; aiebat hos dicere: cum utriscũq; loqueretur: dicebatq; oportere aduersarios latere: quod ipsi sui amici essent. Ita eni fore: ut magis imparatos adoriretur aduersarios: rogabatq;: ut fidem darent. Et cares quidem iurati sunt & sine dolo: se eos recipere in castella et ad Cyri persarũq; utilitatẽ. Ipse quoq; iuratus est sine dolo in castella ire: & ob suscipientiũ bonum. Hæc cũ ambobus fecisset: clam utrisq; eadem nocte pepigit: et hac ipsa nocte in castella insiliit: & amborum munimẽta cœpit: simulq; facto die sedens in medium cũ exercitu uocauit utrorũq; tempestiuos: ii uero intuiti sese inuicẽ grauiter rem tulerunt: existimãtes utriq; se deceptos. Et cadusius quidem in hunc modũ locutus est. Ego uobis o cares iuratus sum sine dolo ingredi in castella et propter bonum suscipientiũ. Si quidem igiť perdidero uestrum alterutros: puto ob carum ipsorũ malũ in-

gressus esse. Sin pacē uobis fecero ac securitatē: ut utriq; agrum colatis arbitror me uobis adesse propter uestram utilitatem. Nunc decet ab hoc die & amice inuicem uos misceri, & sine ullo metu colere agrū uestrū dareq; & accipere mutuo liberos. Quod si præter hæc quisq; uestrū iniuriam temptet: hisce & Cyrus & nos hostes erimus. Ex hinc portæ castellorum apertæ sunt & uiæ plenæ proficiscentiū inuicē; refecti etiam campi cultoribus: festos dies publicæ agebant: pacis ac lætitiæ omnia erant plena. Per id temporis uenerūt a Cyro nuncij rogantes si quid aut exercitus indigeret aut machinamentorū. Cadusius uero respōdit præsenti ēt exercitu alio uti licere: simulq; hæc dicens abduxit exercitum: præsidijs relictis in arcibus. At cares precabantur eum: ut maneret: qui ubi noluit: miserūt ad Cyrum rogantes: ut cadusium mitteret sibi satrapem. Hoc tempore Cyrus hastaspan misit cū exercitu aduersus phrygiam: quæ adiacet hellespōto. Vbi uero cadusius nouit ei iussit exercitum traduceret. qua hystaspas processerat: quo magis parerent hystaspæ: si audissent alium exercitū aduentare. Igitur græci qui ad mare incolūt: multis muneribus datis conuenerunt intra castella barbaros non excipere: sed tributum soluere & in expeditionem ire: quo Cyrus iuberet. At phrygum rex parabatur: ut munita castella contineret: minimeq; pararet. Atq; iussit ita. Sed ubi ab eo ductores defecerunt: ac solus relictus est: tandem in manus uenit hystaspæ a Cyro iudicādus. Et hystaspas relictis ualidis persarū præsidijs in arcibus. abijt suos milites secum ducē: ac phrygum multos equites scutatos. At Cyrus iussit cadusio:

qui cōiunctus hystaspae fuerat:ut hos phrygas: qui res suas legissent: armatos ageret: qui uero belligerare cupissent: his iuberet: ut ablatis equis & armis omnes se funditores sequerētur. Et hi quidem haec faciebant. At Cyrus mouebat ex Sardibus ibi relicto magno peditū praesidio: habebatq; secū croesu;: et multa agebat plaustra multarum & omnis generis pecuniarum. Veniebat etiam croesus scriptas habens pecunias: quaecunq; erāt in singulis plaustris: scriptisq; Cyro datis haec inquit habens Cyre noris: & qui tibi recte pecunias reddiderit: quas agit. & qui id minus. Ad quem Cyrus respondit. Verum tu quidem croese pulchre facis: qui prouideas. Mihi sane pecunias sunt acturi: qui etiam eas habere digni sunt. Quare si uel furati quid fuerit sua furabuntur. Quae simul dicens dedit ea scripta amicis ac principibus: quo scirent: tutores siue saluas eis redderent pecunias siue nō. Cyrus etiam lydos quos intueretur ornatos & armis & equis & curribus quicq; eniterentur facere omnia: quae putarēt ipsi gratificari: hos ducebat armatos: quos uero intuebatur non libenter se qui eoru; equos illis tradidit persis: qui primū una militarent. Arma uero concremauit: & hos quoq; coegit fundas habere: ac sequi: atq; inermes omnis: q serui fuerant fundam coegit meditari: putans hoc genus armorum esse maxime seruile. Nam una cū alijs uiribus funditores si adsunt: ualde quandoq; prosunt: ipsi uero soli ne omnes quidem funditores expectēt paucos admodum obuios factos cum armis: quibus cōminus pugnatur. Cyrus autem cum uia procederet. qua itur babylona: subiugauit & phrygas: q in magna sunt phrygia.

Cyrus nullo m[...] auarus.

Funditorū [...] ... usus.

ſubiugauit etiam cappadocas:& fecit Arabas mancipia:quorũ omniũ armis perſarum armauit equites non paucioris quadraginta millibus. Multos item equos captiuorum omnibus quoq; ſociis tribuit. Venitq; ad babilona multos equites ducens:permultoſq; ſagittarios iaculatoreſq;:ac funditores innumeros. Cũq; eſſet prope babylona Cyrus:locauit circum urbem aciẽ uniuerſam. Dein ipſe equitauit circum urbem una cum amicis atq; tempeſtiuis ſociorum. Sed ubi muros intutus ẽ parabat ab urbe exercitum abducere cum tranſfuga qs egreſſus ait futurum:ut hoſtes eum adorirentur: cum exercitum abduceret. Iis enim a muro deſpicientibus phalanx(inquit) uiſa eſt imbecilla. Et minime mirum erat ita habere. Nam cum circundarent murũ qui multos eſſet:neceſſe erat phalanga non admodum eſſe confertam. Hæc Cyrus ubi audiuit:ſtans in mediũ ſui exercitus una cum iis:quos circum ſe haberet:iuſſit militibus grauis armaturæ:ut ab utraq; ſummitate duplicãtes phalanga abirẽt præter ſtantẽ aciem: quouſq; ſummitas utrinq; ad ſe perueniret & ad medium ipſum. Sic igitur his facientibus & hi qui manebant cõtinuo redditi ſunt audentiores:cum duplicati eſſent denſitate aciei:& q abibant:itidem magis audebãt. Cõtinuo enim qui ex his manerent:fuerunt aduerſus hoſtes cu; uero proficiſcentes utrinq; ſummitates coniunxerunt: conſtitere ualidiores effecti:& qui abierãt propter anteriores:& anteriores propter eos:qui poſteriores iam eſſent. Duplicata aũt hoc pacto phalãge neceſſe ẽ et primos et ultios eẽ fortiſſimos:ĩ medio uero ignauiſſimos eſſe poſitos. Ordoq; habens hoc pacto & ad pugnãdũ

uidebatur bene paratus esse & ad minime fugiendū; Equites uero ac uelites a cornibus fiebant propius prī cipem semper quanto phalanx duplicata cōfertior fieret. Vbi uero ita callide dispositi sunt: abiere pedem referentes: donec extra missilia facti sunt: que a muro torquebantur. Dein conuersi sunt ac primū paucis gressibus factis mutabantur ad clypeum: ac stabāt ad murū respicientes. Et quo longius distarent: tanto rarius mutabantur. Sed ubi tuto esse in loco uisi sunt frequentes ambibāt: donec ad tabernacula peruenerunt. At ubi castrametati sunt: Cyrus conuocatis tempestiuis ita locutus est. Viri socij circumiuimus circum urbem: equidē quo modo capere quis possit muros adeo firmos altosq; pugnando: mihi uidere nō uideor. Sed quo plures homines in urbe sunt: posteaq; pugnatum non exeunt: eo celerius posse fame capere illos puto. Nisi igitur alium quēq; modum habetis: quem dicatis ita uiros obsidendos esse dico. Ad quem Chrysantas respondit. At hoc flumen nonne per mediam urbem fluit: cuius latitudo est plusq; ad duo stadia? Ita mediusfidius īquit Gobryas: & profunditas tanta ut ne duo qdē uiri alter super alterum stantes supra aquam emineant. Itaq; urbs ualidior est flumine q̄ muris. Et Cyrus hæc inquit Chrysanta missa faciamus quæcūq; uiribus nostris præstāt Dimetiri autem nos q̄p plurimūoportet partem cuiusq; nostrum atq; fossam fodere q̄ latissimā profundissimamq; quo nobis paucissimis custodibus opus sit: Sic igitur dimensus circum murum distans a flumie: quantum magnis propugnaculis in altum sublatis satis est

fodit hinc atq; inde a muro fossam peringentem: terrã
q; aduersus seipsos iecit. Ac primũ quidem turres ædi
ficauit in flumine palmis fundatas longis non minus
q; pletrum. Sunt enim maiores natura q; tantæ lõgitu
dinis. Etenim palmæ pressæ onere sursum curuantur:
quẽadmodum curui asini. Has igitur supposuit huius
rei gratia: ut maxime uideretur paratus ad obsidendũ:
quo etiam si diffugeret flumen in fossam. turris ipsas
non tolleret. Erexit etiam alias turris super terram cõ
iectam quo essent q; plurimæ custodiæ & ii quidẽ hæc
faciebant. Qui uero hostes erant in muro: deridebant
obsidionem ut qui res necessarias haberent plusq; ui
ginti annorũ. Hæc Cyrus cum audisset: exercitũ distri
buit in partes duodecim quo singulæ partes essent cu
stoditur æ singulos ãni mẽses. Rursusq; babylonii his
auditis: multo etiam magis hæc deridebant: animo uo
lutãtes: si phryges & lycii & arabes: et cappadoces se
custodierint: quos omnis existimabant mitiore esse in se
animo q; in persas. Ac iam fossæ effectæ erant. At Cy
rus quoniã audisset einsmodi festum esse babylone: in
quo babylonii omnes uniuersam noctem bibunt: & la
sciuis carminibus saltationibusq; indulgent: cum pri
mũ ac nocte tenebræ factæ sunt acceptis multis homi
nibus aperuit fossas: quæ tendebant ad flumen: qđ ubi
factum est: aqua in fossas nocte cõcessit. Alueus autem
fluminis: qui tendebat per urbem: redditus est homini
bus permeabilis. Vt autem quod ad flumen attinet ita
paratum est. Iussit Cyrus persis militũ tribunis: & pe
ditum & equitum: ut ad se adessent agentes ordinem
millenarium bini. atq; alii socii ad horũ caudam seque

rentur: quēadmodum antea instructi. Quare hi aderāt At Cyrus cum imposuisset in fluminis aridum ministros & pedites & equites. iussit explorarent: an solum fluminis incessum pateretur. Quod ubi pati posse nunciarunt: hic peditum equitumq; ducibus conuocatis talia uerba facit. Viri amicissimi posteaq̃ flumē nobis in urbem uiam concedit: iam intro audēter ingrediamur nihil prorsus metuentes: animo sane repetentes aduersus quos nunc pergimus: illos esse quos ipsi cum & socios auxilio haberent: & uigilantis omnis et sobrios et armatos instructosq; uicimus. Nunc autem eamus aduersus eos, quo tempore multi horum dormiunt: mult ebrii sunt: omnes etiam imparati. Cum uero etiam senserint nos intus esse: multo quoq; magis q̃ nunc futuri sunt inutiles: quoniam erunt examinati. Quod si q̃s hoc cogitat quod iam dicitur formidabile esse in urbē intrantes ne in tecta illi ascendentes hinc indeq; feriāt hoc maxime audere. Si qui enim ascēderint super ædes socium habemus deum uulcanū. Eorum autem uestibula sunt crematu facillima. Valuæ enim ex palma fabricatæ sunt bitumineq; tinctæ subadusto. Nos autem rursus facem habemus. Quæ celeriter admodū ignem pariet multum etiā picis ac stupæ: quæ multam flāmā inuitant. Itaq; necesse fuerit: ut aut q̃primū fugiant ab ædibus: aut q̃primū comburantur. Sed agite arma capite. Ego uobis una cū diis immortalibus sum dux futurus. Vos autem Gadata Gobryaq; uias ostendite: nostis enim. Cum uero intus fuerimus, q̃celerrime ducite ad ædis regias. Atqui dixerūt: qui erant cum Gobrya nihil mirandū fuerit: Nā ipsius regiæ portæ ne clausæ

Cyrus ad milites ingressurus ...

quidem sunt ut in ebrietatis intemperantiæq; festo. Ita enim uniuersa uidetur urbs esse hac nocte. Incidemus autem inuigiles ante fores. Sunt enim semper constituti. Non negligendũ enim est inquit Cyrus: sed eundũ quo īparatos q̃maxime eos uiros offendamus. Vbi hæc dicta sunt pergebant. Occurrẽtes uero alij percussi interibant: alij rursus introfugiebãt alij clamabant. Qui uero erant cum Gobrya. una cum his clamabant tanq̃ etiam ipsi ebrij essent & incontinentes: euntesq; q̃ poterant: celerrime: uenerunt ad regias ædis. Et qui erant cum Gobrya Gadataq; constituti: regiæ portas clausas inueniunt. Qui uero aduersus uigiles fuerant constituti in eos irruunt bibentis ad multam lucem: eisq; continuo hostiliter usi sunt: Vbi autem clamor et strepitus factus est: & qui intus erant tumultum sensissent rege iubente. ut quid res ea esset: specularentur: excurrunt quidam: portasq; aperiunt. Qui uero erant cum Gadata: ut uiderunt portas patefactas: in eas irruunt: illosq; sequentes ac percutientes: qui refugiebant intro: ad regem ueniũt: quem iam stantem districto acinace quem habebat inueniũt. Et hunc sane milites multi: qui essent cum Gadata & Gobrya e medio sustulerunt. His etiã interfectis: qui cum eo erant: cum alius aliquid obijceret: alius fugeret: alius repugnaret cui posset. At Cyrus dimisit equitum ordines per uias: iussitq;: quos offenderent extra: eos interimerent. Qui autem syrice loqui scirent: ut intus domi manerent: omnibus proclamarent. Quod si quis extra caperetur: plecteretur morte. Et hi quidẽ hæc faciebant. At Gadatas ac Gobryas uenerunt deosq; primũ adorarunt: quod de rege nefario

Rex Asyrius interfectus.

cœpissent ultionem: dein Cyri manus ac pedes exoscu labantur: multum simul præ gaudio lachrymantes atq; gestientes. Vbi autem dies factus est: & hi qui arces habebant senserunt & urbem captam esse & regem mortuũ: arces etiam tradiderunt. At Cyrus arces quidẽ continuo accipiebat: in easq; & presidij præfectos & præsidium iterum mittebat. Mortuos autem sepelire necessarijs permisit: iussitq; præconibus: proclamarent ut babyloniũ omnes arma deferrent. Vbi uero in ædibus arma offenderẽtur: iussit ut omnes intus interimerentur. Illi igitur ea detulerũt. Quæ Cyrus in arcis deposuit quo parata essent: si quid unq̃ illis utendũ esset Quæ ubi gesta sunt: Primũ magos uocauit ac iussit: ut ex urbe bello capta spoliorum primitias dijs imortalibus & de lubra eligerẽt. Exhinc & ædes distribuebat & principia his: quos existimabat participes esse rerũ gestarũ. Et ita distribuebat ut optime ab optimatibus ẽ decretum. Quod si quis iussus esset minus habere: iubebat is ad se iret, ac doceret. Babylonijs autem pronunciauit ut terram colerent: tributaq; deferrent atq; his obsequerentur quibus singuli ipsorum dati essent: quibus etiam iussit: ut persas & eos quibus cum res cõmunis esset: & socios quicunq; apud se manere decreuissent: ut heros q̃bus obtigisset alloquerẽtur atq; salutarẽt. Exhic cupiẽs Cyrus iã parari etiã ipse ut regẽ decere existimabat ratus ẽ hoc facere oportere una cũ amicorũ sentẽtia: quo minima cũ inuidia & rarus appareret et uenerabilis. Quam quidẽ rem ita molitus ẽ. Vt primũ dies illuxit quo in loco putaret esse aptissimũ: admittebat: qui loqui aliquid uellet: quem dato responso dimit

Babilon a Cyro capitur.

tebat. Quod homines ut nouerunt: uenere multitudi
ne infinita. Vrgentiumq; adire et conatus multus erat
& pugna: ministri autem q̃ poterant habito discrimi
ne eis habitum permittebant: cũq; aliquis ex amicis ui
deretur turbam urgere. Cyrus protensa manu eos ac
cersebat ac dicebat ita. Viri amici expectate. donec uul
gus extrudamus: dein per quietem congrediemur. Et
amici quidem expectabãt at uulgus: magis magisq; af
fluebat: donec prius uespera anteuertit: q̃ ipse cu; ami
cis posset per ocium congredi. Igitur Cyrus sic ait. Nũc
uidi sane tempus est soluendi. Cras autem uote mane.
Et enim quiddam uolo uobiscum disserere: quæ amici
audientes libenter abierunt & cursim cũ dedissent p œ
nam a rebus omnibus necessariis. Et tum quidem ita
somno se dedere. Postridie uero Cyrus affuit in eundẽ
locum quem multo maior hominũ multitudo circunste
tit. eum adire uolentium: multoq; q̃ prius q̃ amici af
fuere, Cyrus uero cum magnum constituisset circulum
speculatorum persarum iussit: nemo alius præteriret:
q̃ & amici & principes tum persarum tum sociorum
qui ut conuenerunt in hunc modum ad eos locutus est.
Viri amici ac socii deos quidem imortalis incusare mi
nime possumus: quod minus in hanc diẽ egerimus oĩa
pro nostris optatis. Quod si huiusmodi erit res mag
nas gerere: quo fieri nõ possit: ut neq; solus quis uacet:
neq; lætetur cum amicis ego sane hanc fœlicitatem ua
lere iubeo Cogitare enim & heri uidelicet cũ mane cœ
pissemus adeuntis audire non desinimus ante uesperã
& nũc uidete hosce & alios pluris q̃ heri: qui adsunt
nobis negocia præbituri. Si quis igitur sese hisce subii

Cyrus cu Amicis a-
git de assistendo
sibi regia dignitas.

ciet: considero futurũ ut minimã mei partem uobis faciam: & minimã quoq; mihi ueſtrũ. Ipſius autẽ mei certo ſcio: ut nulla omnino pars ſit futura. Præterea aliã; etiam rem ridiculam uideo. Ego enĩ certe affectus ſum uobis uti par eſt. Horum uero circunſtantiũ aut ullum: aut neminẽ noui. Et ij tamen omnes parati ſunt: ut ſi urgendo uos uincant: prius q̃ uos a me quæ uolunt cõſequantur. Ego autẽ dignos rear hos uiros talis: ſi qua in re mei quis indigeat ut uos colant amicos meos: uoſq; ut ſe adducatis: roget. Fortaſſe quis dicat. Quomodo igitur non ita initio me paraui. Sed præſtabam potius me in medium? Quoniã intelligebam res bellicas eſſe eiuſmodi quod non deceat principem eſſe inferiorẽ: neq; intelligendo. quæ oportet: neq; gerẽdo: quæ tempus ſit gerere. Nam ſi imperatores uideant raros: homines exiſtimabãt multa eos præterire: quæ gerẽda ſunt. Nũc uero poſteaq̃ laborioſiſſimũ bellũ ceſſauit: uidetur mihi dignum eſſe ut animus meus quietem aliquã conſequatur. Quare perinde quaſi ambigente me: quid ſim facturus: quo & noſtræ & aliorũ res qui nobis debent curæ eſſe: pulchre habeant: conſulat: quod quiſq; uidet maxime conducibile. Cyro ita locuto: ſurrexit poſt eum Artabazus is. qui olim ſe dixerat conſanguineum: ac dixit: profecto perpulchre feciſti Cyre hunc ſermonẽ aggreſſus. Ego enim cum iuuenis admodum adhuc eſſes: initio cupiebam tibi amicus fieri. Te autem uidens minime indigere mei: adire ſum ueritus: Cum autem olim etiã me rogaſſes: ut alacriter ad medos: quæ Cyaxares dixerat nunciarem: conſiderabam. ſi ijs tibi in rebus alacriter eſſem adiutor. fore ut & familiaris tibi

essem: & differere tecum possem: quantum uellem temporis. Atq; illa quidem ita a me dicta sunt: ut abs te laudarer. Post hoc hyrcanij quidem primi nobis amici facti sunt: quod admodum sociorum indigeremus. Itaq; solum propter nostram in te dilectionem non in tuas cellas eos circunferabamus. postea uero ubi castra hostium capta sunt nō tibi licebat ut arbitror: erga me ocium habere. Et ego tibi ignoscebam. Dein Gobryas factus est nobis amicus id quod ego gaudebam: & item Gadatas. Itaq; labor erat ut tui particeps fierē postea q̄ sacæ & cadusij in societatem recepti sunt: his erat obsequendum. Et enim hi tibi obsequebantur. Vbi autem eo reuertimus: unde moueramus: intuens te habere circum & equos & currus & machinas. Putabā cum ab hac re tibi ocium daretur: tum etiam erga me ociosum te futurum. Atqui ut formidabilis nuncius est allatus de omnium hominū aduersus nos conspiratione intelligebam hæc esse maxima: quæ si fœliciter haberent: iam bene uidebar nosse multam tibi futuram copiam mei tuiq; congressus. Atq; nunc tandem tum uicimus magnam pugnam: tum Sardis Crœsumq; famulum habemus & babylona cœpimus omniaq; subiugauimus. Et solem testor: ego heri nisi multos pugnis cecidisse; te adire non poteram. Et ubi quidem dextra me appræhendisti: & apud te manere iussisti: iam conspicuus erā quod tecum sine cibo & sine potu diem egi. Nunc igitur sicubi erit: ut digniores plurimā tui habeant partē: bene est. Sin minus rursus ego nunciabo uerbis tuis ut omnes abs te abeant exceptis nobis: qui ab initio usq; amici sumus. Ad idq; & Cyrus quidē risit: & alij mul

ti. At Chrysantas quidem perses surgẽs ita locutus est Verum antea Cyre ut decebat in medium te præbebas & ob ea quæ ipse dixisti: & quoniã tu non poteras nobis gratificari. Nos enim etiam propter nosipsos aderamus. At multitudinẽ opus erat: ut omni ratione tibi comparares: quo q̃ libentissime uellet una nobiscũ & laborare & periculum subire. Nunc autem quoniã res tibi non habet hoc pacto duntaxat: uerumetiã alios potes homines adipisci: quos tempus fuerit: iam etiam dignum est: ut domũ consequaris: aut quid frueris imperio: Si solus fueris expers foci: quo neq̃ religiosior locus in hominibus est: neq; suauior: neq̃ familiarius quicq̃? Dein nonne putes nos etiam pudere: si te uideamus exterius præstolantẽ. Nos autem in ædibus simus? & locupletiores uideamur q̃ tu. Vbi autem Chrysantas hæc locutus est eadem multi cohortati sunt. Exhinc tandem regiam Cyrus ingreditur & pecunias sardianas qui ferebat: hic reddidere. Sed ubi Cyrus ingressus est primo sacrum fecit lari: dein Ioui regi & sicui alij deo magi interpretati sunt. Quæ cũ fecisset: cœpit alia administrare: cogitansq̃ negocium suũ: quod qui aggrederetur multis hominibus imperare: pararet habitare in ea urbe: quæ inter illustris erat maxima: ipsa autem ita haberet aduersus eum: ut quæ maxime hostilis uiro urbs fuerit. Hæc igitur animo uolutans censuit sibi esse opus custodia circa corpus. Intelligens autem homines nusq̃ facilius capi q̃ in esculẽtis et potuletis et balneis & lecto & somno: considerauit quos in his rebus fidelissimos erga se haberet. Existimauit autem neminem esse posse fidelem unq̃ qui magis alium amaret

Chrysantas [illegible]

Cyrus ingreditur regiam

Custodia circa corpus q̃ fidelissima.

ꝙ qui custodia egeret. Qui igitur haberent filios uel uxores cōueniētis aut pueros amoribus cōiunctos: nouit eos natura cogi ad amandū maxime. Sed cum Spadones uideret his omnibus priuatos arbitratus est ab his plurimi eos fieri a quibus ipsi possint maxime ditari: & auxilium habere si quid iniuriæ patiantur: atq; honoribus augeri. A quo autem in beneficiis in hos cōferendis superari posset neminē esse sensebat. Ad hæc cū Spadones obscuri sint apud alios hoies: etiam ob hanc rem egent heri auxilio. Nemo sit enim qui non dignū putet se omni in re pluris eē faciundum ꝙ Spadonē nisi qd aliud melius īpediat. Sed nihil prohibet Spadonem quoq; primariū esse ubi fidelis sit hero. Quod autem maxime aliquis putet Spadones robore corporis carere: ne hoc quidē Cyro uidebatur: quippe qui coniecturā faceret ex aliis animalibus: quod & contumeliosi equi: ubi excidantur a morsu cōtumeliaq; cessant: nihilo tamen minus sunt bellicosi. Et tauri excisi animi elationem inobedientiāq; dimittunt. Sed corporis uiribus & usu colendi agri non priuātur. Et canes item eodē modo si excidatur: cessant a relinquendis heris: sed ad custodiam & ad uenationē nihilo sunt deteriores: & homines itidem quietiores fiunt: si hac priuentur libidine. Sed minime neglig ētiores circa imperata. Neq; minus equitādi studiosi neq; ad iaculādum minus apti neq; ambitiosi minus. Perspicuūq; est & in bellis: & in uenatiōibus eos pertinaciā in animis seruare. Quod autem sint fideles in herorū pernicie: maxie probarūt Nulli enim fideliora opera demonstrarunt in herilibus infortuniis ꝙ Spadones. Quod si qd diminui ui-

dentur circa uires corporis: ferrum equat imbecilliores in bello robustioribus. Hæc igitur intelligens quæ ab hostiariis acceperat: eos omnis qui sui corporis curam gererent. Spadones fecit: & arbitratus curam hanc nõ satis esse aduersus eorum multitudinem: qui infesto sunt animo: considerauit quos alios acciperet: qui circa regiam essent fidelissimi. Itaq; sciẽs persas pessimi uictus domi esse propter inopiã & laboriosissime uiuere propter regiõis asperitatẽ: & quoniã operarii ipsi essent hos existimauit esse contentos maxime apud se uitam agere. Accepit autem ex his spiculatores decẽ millia qui noctu dieq; circum regiam custodirent: cum intus ocium ageret. Cũ uero exiret: hinc indeq; instructi pergerent. Ratus præterea sufficientis custodes totius babylonis esse oportere: siue ipse in urbe esset: siue pegre proficisceretur: constituit etiam babylone præsidiarios runt satis: qbus iussit mercedẽ dari a babyloniis quippe quos uellet maxime imbelles reddere: quo et humillimi essent: & maxime subiecti. Hæc igiĩ custodia & circa ipsum & babylone per id tempus constituta: nũc etiam eodẽmodo perdurat. Considerans rursus quo pacto & omne contineretur imperium: & aliud item adderetur existimauit hosce stipẽdiarios non tanto esse subditis meliores quanto paucioris: bonos autem uiros cognoscebat continendos esse qui una cum diis immortalibus uictoriã præstitissent: & curandũ esse: ut perficerent exercitationẽ uirtutis: quibus ne iubere uideretur: sed cognoscentes ipsi hæc esse optima ita & perseuerarẽt: & curarent uirtutis opus: collegit homotimos & omnis quotquot erant tempestiuos: quiq; utilissimi

ei uisi sunt participes esse & laborum & bonorũ. Hi ubi conuenerunt in hunc modum est locutus. Viri amici atq; socij dijs quidem imortalibus magna est gratia quod dederint nobis ea consequi: quibus putauimus eē nos dignos. Nunc & enim habemus & solum multũ & bonum. Et qui hoc colētes nos alent. Habemus etiã ædis: & in his apparatus, neq; uestrum quisq̄ hæc habens existimet aliena se habere. Lex est enim inter oīs homines perpetua: quãdo belligerentiũ urbs capta fuerit: cuncta eorum esse: qui cœperunt & corpora eorum qui in urbe sunt & pecunias: nullomodo iniuste possidebitis: quodcunq; possideatis. Sed pro humanitate nō abstuleritis: si quid habere eos sinitis. Equidē hoc ego exhinc ita sentio. Quod si uertemur ad pigriciã improborũq; hominũ uolũtatē: qui arbitrantur laborare esse ærumnosissimũ, & uitam sine labore agitare uoluptatem existere: ego nos affirmo celeriter nobisipsis minimi esse faciundos: ac fore ut cito priuemur bonis omnibus. Nihil enim ad perfectionem sufficit fieri bonos uiros: nisi quis usq; ad finem curet in bonitate perseuerare. Sed quemadmodũ aliæ artes ubi neglectæ sint: minoris precij fiunt: & corpora ipsa bene habētia cũ quis ea remittit ad inertiam: male rursus habeant: ita & tēperantia & continentia: & robur cum quis eorum exercitationē relaxarit. hinc in malignitatem iterum uertitur. Nullo modo igitur negligendũ est neq; procedēdum nobis ad subitam uoluptatē: Magnũ enim opus esse existimo uel principum agere: multo etiam maius qui incœperit id tueri. Nã incipere sæpe illius fuit qui præstiterit audaciam solum. Sed continere quod cœpe

rit: non etiam hoc sine temperantia non sine continētia non sine multa diligentia fit. Quæ nunc cognoscēti bus nobis longe magis uirtus est exercenda q̄ prius in his bonis adipiscendis: cum nō scimus nescīi quādo plu ra quis habeat: tū plurimos & iuidere illi & insidia ri: & hostis fieri: maxime si ab inuitis & possessiones & seruos habeat: ut nos habemus. Atq; deos quidē pu tandum est nobiscum fore. Nō enim insidijs usi hæc in iuste possidemus. Sed insidijs appetiti ultionem cœpi mus. Quod autem optimum sit uobisip sis post hac: pa randum est. Hoc autem est: ut qui meliores sunt eos di gnos existimemus: qui subditis imperent. Aestus igit̃ ac frigoris & cyborum & potuum & laboris & som ni necesse est seruis etiam partem facere. Sed quorum eos participes facimus: in his enitendum est: ut præci pue meliores q̄ ipsi eē appareamus. Sciētiæ uero mili taris meditationisq; hi omnino participes faciundi nō sunt: quos & operarios nostros et tributarios uolumus possidere. Sed eos debemus hisce exercitationibus præ stare non ignari deos hominibus demonstrasse hæc li bertatis felicitatisq; instrumēta. Et quēadmodū illis ar ma abstulimus: ita nosipsos oportet sine armis nūq̄ eē cum bene nouerimus quibus arma sunt semper proxi me: hisce familiarissima etiam esse: quæcunq; uelint. Quod si quisq̄ talia cogitat quid igitur nobis prodest peregisse: quæ cupiebamus si etiā opus fuerit tolerare & famescendo & sitiendo: & curando et faciendo. Illud sane sciendū est eo bona maiorem afferre lætitiā quo magis quis labore antecedēte ad ea perueniat. La bores enim obsonium sunt bonis uiris. Nam si quis nul

la re egeat:nihil adeo paretur sumptuose:ut suaue sit Quod si hæc nobis pauit numē:quæ hoies cupiūt maxime.& aliqs:quo suauiora uideant hæc parabit sibi uir hmōi tātoplus habiturus earū rerū:qbus uita eget: ut i fame suauissimos sit cibos cōsecuturus:et in siti suauissimis potibus perfructurus:& cum est opus quiete suauissime quieturus.Quapropter dico nunc nos decere intendere ad probitatem.quo tum bonis q̄ optime: & q̄ suauissime perfructuri simus:tū eius simus imperiti:quod est omniū molestissimum.Non eni ita molestum est bona non habuisse:q̄ hunc qui bona habuerit.iis priuari molestum.Cogitate etiam illud qua possimus induci causa:ut simus peiores q̄ antea fuerimus Vtrum quoniā imperamus?At nequaq̄ certe conuenit esse principem q̄ subditos iprobiorem:an quoniā nūc uidemur feliciores esse q̄ prius?Postea dicet aliquis uitum felicitatis tutelā gerere.Num quoniā seruos adepti sumus:in hos animaduertemus:si improbi fuerint Vobiscum præterea hoc aio uolutate parasse nos multos alere.& nostrarū domorū & corporū custodes.Sed qui turpius non sit.si putabimus spiculatorē consequi ad salutē nostrā:ipsi autē nobis ipsis spiculatores nō erimus?Atqui bene oportet nosse non eē aliā custodiā talē:qualis si ipse quisq̄ honestus bonusq̄ sit.hoc eni cōsequatur:oportet.Ei uero qui uirtute careat.neq̄ aliud quicq̄ decet pulchre esse.Quid igitur censeo essē faciundum:& ubi uirtutē exercendā & ubi meditandū Nihil noui dicā o uiri amicissimi.Sed queadmodū inter persas homotimi in principiis degunt;ita affirmo uos oportere cum hic estis:homotimos ois exercere:que

illic etiam exercebatis: & cū me uidetis cōsiderate præsentes: si de gero eorū diligētiā habēs: quæ oportet. Ego uos quoq; considerans intuebor: et quoscunq; uidea ho nestis rebus boniſq; studere. hos equidē honoribus prosequar. At filios quoq; quicūq; nobis nascantur: hic instituamus. Ita eni & ipsi meliores futuri simus: si uelimus præbere nosmetipsos liberis nostris q̃ optia exempla: & liberi ipsi nec etiam si uelint: facile fiant improbi quippe qui nihil turpe neq; uideant: neq; audiāt & in studijs honestatis bonitatiſq; uersentur.

LIBER XENOPHONTIS DE CYRIPAEDIA.

LIBER OCTAVVS.

CYRVS QVIDEM ITA locutus est. Chrysantas uero post eū surgens in hūc modum orationē habuit. Verum ego o uiri sæpenumero etiã alias cogitaui bonū principem nihilo differre a bono patre. Nam & parentes filijs prouident: ut bona his nunq̄ sint defutura. Et Cyrus uidetur mihi nunc ea nobis consulere a quibus maxime in fœlicitate possimus ad ultimum usq; finem perseuerare. Quod autem mihi uidetur minus q̄ oportuerat: ostē disse: hoc ego ijs enitar ostendere qui ignorant. Cogitate enim & quæ urbs hostilis capta sit ab obedire nolentibus: & quæ amica ab ijs qui parere nolint: seruata sit: quæ etiam obedientiam non præstantiū sit acies uictoriam consecuta. Quo autem pacto magis homies uincantur in pugna: quam ubi cœperint priuatim quisq; de sua salute consultare. Quod etiam aliud bonum præstetur ab ijs qui melioribus nō parent. Quæ urbes legitime habitentur: uel que domus seruentur: qno pacto naues. quo opus sit: perueniant. Nos uero quæ hoc tempore habemus bona ob quã rem aliam magis adepti sumus: q̄ ob præstitam obedientiam principi. Propter hoc enim & noctu & die tum q̄ primū uenimus: quo oportuit: tum frequentes principem sequentes nullo utebamur ocio: quæq; iussa erant: eorum nihil semi

per festum linquebamus. Si igitur principi obedire maximum apparet esse bonum ad bona adipiscēda ita nobis exploratū esse debet: quod etiam idem hoc ad seruandum quæ oportet maximū est bonum. Et antea quidem multi nobis imperabant: at imperabamus nemini Nunc uero ita parati estis: quod imperatis: alij quidem pluribus: alij uero paucioribus. Quēadmodū igitur ipsi dignū esse existimatis uestris subditis imperare: ita etiam nos ijs pareamus: quibus decet. Tantū autem inter nos decet seruosq; interesse: quantū serui ipsi inuiti heris ministrant. Nobis autem qui dignum putamus libertate uti: ultro faciūdū est: quos plurimi uidetur æstimādū. Inuenietis quoq; ubi sine unius pricipatu urbs habitatur: quæ maxime uult parere principibus: hanc minime ab hostibus ad obediēdū cogi. Ad simus igit̃ ut Cyrus iubet: ad hoc pricipiū & ea exerceamus: quæ maxime continere poterimus: quæ oportet: atq; præstemus nosipsos: ut Cyrus utatur: ad quocūq; opus sit. Et enim ne hoc quidem latere nos debet: nullo modo Cyrū inuenire posse: quod propter suum bonū nobis usurus sit: non aūt propter nostrum: quoniā eadem nobis conducunt: & ijdem nobis sunt hostes. Posteaq; Chrisantas hæc locutus est: ita etiam alij multi surrexerunt & persæ & socij eadem consentientes. Decretūq; est: ut uiri optimates semper adessēt ad ianuas: seq; utēdos præberent: ad quicquid Cyrus uellet donec eos dimitteret. Et quēadmodū tum est decretum: ita hoc etiam tempore ij faciūt: q in asia sub regibus sunt cōstituti: celebrāt principiū ianuas Sicuti uero demonstratū est in oratione Cyrum constituisse ad custodiendum principatū si

bi & persis;hæc item reges:qui post illum secuti sunt legitima hac quoq; tempestate obseruant. Et hæc quoq; ita habent quẽadmodũ item alia:quando princeps melior sit:puriora iura constituit:quãdo uero deterior:nequiora. Ibãt igitur ad Cyri ianuas uiri optimates cum equis & lanceis pro cõmuni consensu optimorũ uirorũ omniũ qui imperium subiugarunt. Cyrus uero ad alia quidem constituit alios:qui diligentia haberent. Erant q; ei & censuum susceptores: & datores sumptuũ & operum præfecti. & custodes possessionũ:et rerum necessariarũ ad uictum qui curam gererent. Atq; equorũ item:& canũ illos cõstituit diligentiã habere:quos existimabat reddituros hæc pecora ad usum suũ q̃optima. Quos uero putabat ad suæ felicitatis custodiam habẽdos ut hi q̃optimi forent:minime rei huius diligentiã aliis imperauit. Sed hoc suũ esse putabat officiũ:sciebat enim si quando pugnandũ esset:ex his esse sibi legendos:& qui interessent:& qui præessent quibus cũ maxima sunt pericula. Et centuriones quoq; peditũq; & equitum norat ex his esse cõstituendos. Quod sicubi sine sese ducibus opus esset:sciebat illos ex hisce mittendos esse. Sciebat etiam quibusdam horũ utendũ esse custodibus ac satrapis & urbium et omniũ gentium. Ac item oratores quosdã ex his mitti oportere id quod ducebat in maximis esse rebus ad ea sic bello consequẽda: quibus egerent. Quare ubi non essent hi: quales oportet:ex quibus maximæ ac plurimæ res forent gerendæ futurũ censebat:ut res suæ male haberent. Sin hi essent qualis oporteret:putabat omnia pulchra fore. Itaq; ita sentiens in hanc diligentiam accingebatur. Arbitraba

tur præterea eandem uirtutis exercitationẽ sibi quoq; esse debere. Non enĩ existimabat: fieri posse ubi ipse minus foret: qualem deceret: ut alios incitaret: ad illustris bonasq; actiones. Hæc ubi cogitauisset putauit primũ ocio opus esse: si uellet diligentiã habere rerũ optimarum. Itaq; ut cẽsus negligeret: putabat haud quaq̃ fieri posse: quippe qui prouideret multã necessario faciũdam esse impensam in magnũ imperiũ. præterea cum multæ essent possessiones: si uellet ipse circa hasce uersari semp: sciebat multã sibi futurã occupationẽ in adhibenda diligentia circa omniũ salutem. Itaq; sic considerans quo & res familiares recte haberent: & ipse foret ociosus: excogitauit quodãmodo ordinẽ rei militaris Nam ut frequẽtius decuriones decuriarũ curam habẽt & manipulorum ductores decurionum: & millenarij manipulariũ ductorum: & qui decẽ millibus præsũt millenariorũ. Et hoc pacto nemo negligit̃: ne si admodũ multa quidem sint dena hominũ millia. Cũq; dux uelit uti ad aliquid agendũ exercitu: satis est: si ijs præcipiat: qui singulis denis millibus sunt præfecti. ut igitur hæc habent hoc pacto sic etiã Cyrus summatim cõplexus est domesticas actiones. Itaq; ei cum paucis loq̃ opus erat: quo neq; res domesticas neglectui haberet. Et ex hinc maius ei ocium erat q̃ alij: qui unam domũ & unam curaret nauim. Quare cũ ita Cyrus res suas domesticas constituisset: Docuit etiam suos milites ut hoc ipsi ordine uterentur: Sic igitur ocium & sibi parauit & militibus suis. Cœpit enim instruere cuiusmodi familiaris suos esse oporteret. Primum quotquot satis ali possent: alijs agriculture studentibus: hosce: nisi adesse

ſent ad ianuas requirebat ratus fore :ut qui adeſſent: ij nollent neq; malum neq; turpe aliquid agere : tum quonia͂ eſſent apud principem:tum quia noſſet a uiris præſtantiſſimis uideri:q̃d agerent. Qui autē non adeſſent:hos arbitrabatur uel ob incontinētia͂ abeſſe:uel ob iniuſtitia͂ uel ob negligentiam. Quare hoc ratus cogebat huiuſmodi uiros adeſſe:quonia͂ iuberet:qui apud ſe eſſet maxime amicus: huic liceret eius bona recipere: q̃ non adeſſet :ac dicere ſua capere. Cū igitur hoc fieret ueniebant continuo ij quibus bona ablata eſſent:tanq̃ affecti iniuria. At Cyrus quidē diu huiuſmodi uiris audiendis non attēdebat:quos ubi audiſſet diſceptationē dijudicare in multū temporis differebat:quæ faciēs arbitrabatur eos aſſuefacere ad præſtādum obſequiū:minuſq; ſibi fore inimicos q̃ ſi ipſe coegiſſet per animaduerſionē adeſſe. Vt igitur adeſſent unus ei hic erat docēdi modus:alius uero quo præſentibus iperabat:et que facillima eſſent:& quæ maxime fructuoſa. Alius enim quo nihil unq̃ abſentibus tribuebat:ſed maximus neceſſitatis is erat modus ſi horum neminē exaudiret:cuius bona:quæ abſtulerat:alij dediſſet:quē putaret ſibi tempeſtiue adeſſe poſſe. Et ita utilis ei amicus pro inutili reddebatur. Requirit etiam qui nūc rex eſt:ſi quis eorum abſit:quos adeſſe conuenit. Qui ergo minus adeſſent:ita ijs Cyrus aduerſabatur. Qui uero ſeipſos præberent:eos putauit maxime ad res præclaras & bonas poſſe incitari. Quonia͂ exiſtimabat ita iure in illos imperiū gerere ſi operam daret:ut ſubditis declararet ſe omniū eſſe uirtute ornatiſſimū:ſentire enim uidebatur etiam propter ſcriptas leges homies fieri meliores. At

bonum principē ratus est uidentem legem esse homini uiuentem bus:quoniā satis est:qui & moderetur:& uideat pu-niatq; delinquentē.Ita igitur sentiens:primū quidē se ipsum hoc tempore ostēdebat studere magis diuinis re-bus quoniā esset felicior.Et tum primū magi constituti sunt:& laudes simul semper ac dies illucēsceret:cane-bat ad deos:& singulis diebus ijs dijs sacra faciebat: quibus magi dicerent.Sic igitur quæ tum cōstituta sūt hac etiam tempestate perdurant apud eū semper qui rex est.Itaq; his in rebus primū imitabātur eum alij itē persæ:rati se quoq; felicioris fore:si deos colerent:quē-admodū is:qui & felicissimus esset & princeps.Quæ facientes existimabant se Cyro rem gratissimā facere. At ille suorū pietatem sibi etiam conducere arbitraba-tur:quippe qui putaret quēadmodū qui nauigationez eligunt cum pijs potius eligere solere:q̄ cum ijs homi-nibus:qui impie aliquid uideātur perpetrasse.Ad hæc secum animo reputabat:si oēs sui familiares pij essent in deum:minus eos uelle & inuicem & aduersus seip-sum nefarij quicq̄ facere ratus se beneficum esse erga familiaris.Liquidū præterea hoc faciēs se plurimi du-cere:quod neminē neq; amicum neq; socium afficeret iniuria:sed ius ipsum uæhementer intuens :magis etiā alios a turpi quæstu abstinere arbitrabatur:per iustiā uero locupletari uelle.Atq; pudore existimabat magis omnes affici:si ipse ostenderet ita sibi omis pudori esse neq; dicere neq; facere turpe aliquid auderet.Hoc aūt ex hac re ita fore cogitabat.quod non principem soluz uerum etiam eos:quos minime timent magis pudentis q̄ impudentis homies uerentur.Et mulieres item quas

Magi cō[illegible] [illegible] ad [illegible] deum

Cyri [illegible] deos.

[illegible]

carm.

cunq; pudentis senserint:magis etiam qui eas uident pudori habere uolunt. Et obedire quoq; ita rebatur maxime permanere in suis posse: si manifesto magis eos honoraret: qui sine excusatione obedirent: q̃ qui maximas etiam laboriosissimasq; uirtutes præstare uiderentur. Hoc autem & sentire ita & facere perseuerabat: Cunq; sui ipsius temperantiam ostenderet: faciebat: ut eam magis omnes exercerent. Cum enim uideāt hoīes cui maxime licet uti contumelia hunc uiuere temperanter: ita magis imbecilliores ipsi nulla uti cōtumelia uideri uolunt. At pudorem & temperātiā hac ratione diuidebat: quod pudentes quæ turpia sunt: in propatulo fugerent: temperantes uero: ac pudici etiam in obscuro. Et continentiā hoc pacto maxime arbitrabatur exercendam si sese ipse ostēderet minime per subitas uoluptates abstrahi a bonis actionibus: sed potius laborem suscipere primū una cū honestate uelle sese q̃ uoluptates. Ergo Cyrus cum talis esset: facit ut in foribus multa esset deteriorū modestia cedētiū melioribus multus etiā pudor atq; decorum inuicem. Insuper etiam cognosceres: illic neminē neq; irasci clamore neq; gaudere risu per contumeliam. Sed si eos uideres: uero existimares uiuere decore. Res igitur huiusmodi faciētes uidentesq; degebant in foribus: Præterea bellicæ exercitationis gratia eos ad uenationem educebat: quibus hæc exercenda existimabat. Hanc exercitationē rerū bellicarū esse omnino ratus optimā: equestris autem uerissimā. Hæc enī in omni fariā locis equitantes maxime ostēdit: quoniā insequi oporteat feras fugientis: & hæc item reddit ab equis maxime agilis ad obediendum opus: quoniā cas

temperātia

Venatio ad bellicā [illegible] exercitationē.

piantur & cupiditatatc & honoris studio: & hic etiã maxime familiaris assuefaciebat ad ferẽdã et cõtinẽtiã et labores: & frigora: & calores: & famẽ: ac sitim. Atq; hoc etiam tempore rex ad regis familiares hæc assidue faciunt. Quod igitur existimaret neminẽ imperare decere: qui melior subditis non esset: & ex antedictis omnibus patet: & quoniã ita suos exercens: multo etiã magis ipse exercebat & continentiam & bellicas artis meditationesq;. Et enim ad uenationem alios educebat: quando aliqua manendi necessitas non esset. At ipse in necessitate quoq; domi uenabatur eas feras quæ in hortis alebantur. Atq; ipse nũq̃ anteq̃ sudasset: cœnam capiebat: nec equis priusq̃ essent exercitati: pabulũ iniiciebat. Quin etiam ad hanc uenationem inuitabat sceptriferos suos. Itaq; longe ipse in omibus honestis operibus excellebat: longe etiam sui præstabant ob exercitationẽ assiduam. Et de se quidem tale præbebat exemplum: Præterea alios quoq; & muneribus & magistratibus & consessibus & omnibus donabat honoribus: quos maxime intueretur quæ honesta sunt sequi. Itaq; multam omnibus iniiciebat ambitionẽ: quo quisq; Cyro optimus uideretur. Insuper de Cyro uidemur didicisse: quod non hac re solum decere existimabat principes subditis præstare: quod iis forent meliores. Sed etiam existimabat opus esse: ut ornatu corporis eos allicerent. Itaq; elegit stolam medicam et ipse ferre: & ut familiares ea induerentur: persuasit, Hæc enĩ uisa est ei occultare: si quis defectum aliquem haberet in corpore. Præterea ea indutos & pulcherrimos et maximos ostẽdere. Et enim calceos t alis habent: in quibus qui eos fe-

Ornat. corporis

runt: clam aliquid ſubijciant: quo maiores eſſe uideantur: q̃ ſunt. Sinebatq́: ut oculos ſuppingerēt coloribus: quo pulchrioribus: q̃ ſunt: oculis eſſe uiderentur: & fricarentur ut melius uiderentur colorati q̃ natura eſſent. Exercuit eos inſuper: ut neq; ſpuere neq; mucū emittere apparerent. Præterea ne ad queq́; ſpectandu; conuerterentur: perinde quaſi mirarentur nihil. Omia uero hæc exiſtimabat aliquid afferre quo mimus forent ſubditis contemptui. Quos igitur cenſebat dignos qui alijs præeſſent ex ſeipſo ita compoſuit: ut & meditarētur: et uenerabiliter ijs præeſſent. Quos item conſtituit ad ſeruiendū: horum nemınē incitabat ad meditandos ingenuos labores. neq; aſſentiebatur: ut haberent arma. Verum curabat: ut neq; ſine cibo unq̃ eſſent: neq; ſine potu ingenuarū meditationū gratia. Et enim quādo im mitterent: ut agerent feras in campos equitibus: cibum in uenationem his ferre permittebat: liberorum autem nemini. Et quando iter faciūdum eſſet: agebat eos ad aquas ut iumenta. Cumq; eſſet prandendi tempus eos expectabat: donec aliquid eſſent ne eſurirent. Itaq; hi quoq; eum ut uiri optimates: patrem uocabāt: quod ſui ipſorū haberet curam: quo indubitato ſemper mancipia forent. Atq; uniuerſo quidē perſarum imperio hoc pacto parauit ſecuritatem. Sibi uero ne a ſubiugatis periculi quicq̃ eſſet ad nocendū: ualde audebat. Et enim exiſtimabat eos eſſe mollis: quos etiam intēperantis intuc retur. Præterea neq; horum quiſq̃ ei appropinquabat neq; noctu neq; interdiu. Quos autem & optimos putabat: armatoſq; ac frequentis intuebatur: alioſq; eorū equitum eſſe duces: alios peditum: multos etiam eorū

animis elatis esse sentiebat: ut qui satis essent ad impe randum: iij & eius custodibus maxime erant proximi: & Cyro ipsi horũ multi sæpe commiscebantur. Neces sario enim iijs erat usurus. Per hos igitur ei quoq; peri culũ erat maxime: ne qd pateretur multis modis. Qua re considerans: quo etiam ab iijs tutus esset: nam his au ferre arma: atq; eos imbellis reddere reprobauit: & in iustum id ducens & imperij solutionẽ hoc arbitratus: quod rursus eos nõ admitteret seq; ostenderet: fidẽ his nõ habere: arbitrabatur principiũ esse belli. Vnũ autẽ quiddam horum omniũ nouit & optimũ esse ad secu ritatẽ sui & pulcherrimũ: si facere posset eorũ præstã tissimos sibi amicioris: q̃ ipsi inter se forẽt. Quomodo igitur uidetur nobis adeptus ille eorum amorẽ hoc eni temur ostendere. Primo enim assidue semper humani tatem animi maxime quoad poterat: declarabat: existi mans queadmodũ non facile est illos amare: quibus se odio esse putant: neq; beniuolos esse maliuolis: ita etiã qui cogniti fuerint amare & beniuoli esse: haud quaq̃ fieri posse ut his odio sint: qui amari sese arbitrantur. Donec igitur pecuniijs imbecillior fuit ad beneficiũ con ferendum tum prouidendo socijs ac familiaribus: tum anticipando labores: tum quod perspicuum faceret se lætari eorũ bonis malisq; tristari: hisce rebus studebat amicitiam uenari. Vbi autem factum est: ut ipse posset pecuniijs esse beneficus: uidemur sane cognoscere nullũ esse beneficiũ hominibus erga homines gratius: q̃ que ab eodẽ fit uictitandi sumptu ciborum potuũq; colla tio. Hoc autem Cyrus ita ratus primũ constituit ad mẽ sam suã: ut quibus ipse cõuiuiũ faceret his similia sem

per esculenta ac sibi apponerētur: quæ satis essent per multis hominibus. Quæcunq; autem apposita essent: hæc omnia prætered quibus ipse conuiuæq; uterētur: distribuebat: quibus uellet amicorum memoriā ostendere uel benignitatē. Mittebat etiā singillatim ad hos quibus delectaretur aut in custodiis: aut in famulatibus: aut in quibuscunq; actionibus: hoc sane significans q se non lateret ea esse illos uoluntate: ut sibi gratificarē tur. honorabat etiam seruos a mensa: cum aliquem laudaret & uniuersum seruorū cibum in sua mensa ponebat: ratus etiam hac re inducere in eos quandam beniuolentiam queadmodum in canes. Quod si quē ex amicis uellet a multis coli: ad hos quoq; mittebat a mensa. Etenim nunc item quibus uideāt aliquid mitti a mēsa regis: hos omnes magis colunt: rati eos esse honorificos: & qui satis sint ad transigendum: si qua re egeant. Præterea non solum horum quæ diximus gratia delectant ea quæ mittuntur a rege: uerumetiam quia uoluptate certo plurimū præstant: quæ a regis mēsa mittūtur. Quam rem ita habere non est mirandū. Nam quēadmodum alie artes in magnis urbibus excellentius laborantur: eodemmodo regis esculenta sunt longe præstantius laborata. In paruis enim urbibus iidem faciūt lectum: ualuas: aratrum: mēsam. Persępe etiā hic idē & ædificat & contentus est: si accipiat hoc pacto a quibus per datas operas ipse sat aliquedt. Non ergo fieri potest: ut qui multis utitur artibus: is homo omnia pulchre faciat. At in magnis urbibus quia multi singulis egent: satis est una etiam cuiq; ars ad alendum: ac sæpe ne tota quidem una: sz calceos facit hic uirorū: ille mu

[Marginal notes, handwritten: "...uos hono...abat a mensa" ; "...micis mit...ebat a m...sa." ; "Comp."]

licrum. Est etiam ubi alter qui calceos facit: eos neruo solum consuens sibi uictum parat: alter autem scindēs. hic tunicas duntaxat incidēs: ille uero faciēs horum nihil. Sed incisa componēs. Necessario igitur qui in breuissimo uersatur opere: hic uel optime cogitur hoc facere. Idem etiam hoc patiuntur: quæ pertinent ad uictū cui enim idem lectum sternit mēsam ornat: massam et obsonia alias alia atq; alia facit: necesse est hunc ita in iis habere ut singillatim accidit. Vbi uero satis est operis uni unū. carnes: elyxare: alii assare: alii item piscem elyxum facere: alii assatum: aliis uero facere panes: et ne hos quidem multiplices sed satis est: si præbeat speciē unam pulchre; necessē sit: ut arbitror: hæc quæ ita fiūt longe excellenter facta esse. Qui igitur res faceret huiusmodi esculentorū cultu longe omnes excellebat. Vt uero aliis item rebus obsequēs, Cyrus longe præstabat hoc equidem nūc enarrabo. Nam cum multo cæteris hominibus superior esset in plurimis censibus capiundis multo etiam magis eos superabat in donādi magnitudine. Cyrus igitur hoc incœpit: quod hac quoq; tempestate in regibus perseuerat in magnis mūeribus faciūdis. Cui enim ditiores amici ostenduntur q̄ persarum regi? Quis etiam pulchrioribus uidetur stolis suos ornare: q̄ rex? cuius dona cognoscuntur ut regia. quædā armillæ: torques equi frænis insignes aureis? Non eñ licet illic cuiquā hæc habere: cui rex non dederit, Quis item alius dicitur donorū magnitudine efficere: ut rex anteponatur fratribus parētibus: filiis? Quis alius quoq; potuerit inimicos distantis multorum dierū iter punire ut rex persarum? Quis præterea alius qui subiu-

gasset imperium: est a subditis uocatus pater: cum dicẽ obijt: q̃ Cyrus? Hoc autem nomẽ benefici uidelicet magis est: q̃ eius qui auferat. Dicimus præterea Cyruz et regis oculos: qui uocantur. & regis auris nõ aliter adeptum esse: q̃ munerando: honorandoq;: cum illos enim magnis afficeret beneficijs: qui nunciassent: quæcunq; sibi pro tempore essent audienda: fecit ut homies multi & auribus audirent & oculis uiderent: q̃ nũcijs suis utilitatem regi essent allaturi. Hinc igitur existimati etiã sunt multi eẽ oculi regis et multæ aures. Quod si quis putat unum expetendũ oculum regi esse non recte putat. Vnus enim pauca & uideat & audiat: essetque alijs quasi negligentia quædam indicta: si hoc uni foret imperatũ. Præterea quẽ cognoscerent esse oculum hunc scirent cauendum esse: sed non ita habet. At rex omnes audit qui dicũt se aliquid audisse aut uidisse dignum diligentia. Sic igitur multæ existimãtur esse regis aures & multi oculi: metuuntq; ubiq; ea dicere: quæ minus regi conducant: tanq̃ eo uidente: & ea facere: quæ non prosint: quasi eo præsente: Non modo nemo ausus esset memorare mali quicq̃ de Cyro cum aliquo. Sed ita quisq; ei erat affectus tanq̃ esset in omnibus oculis atq; auribus regis præsentibus semp. Quod autem ita homines erga eum essent affecti: equidem nescio: quã aliquis causã potiorẽ afferat: q̃ quod pro paruis magna beneficia referret. Et quod magnitudie munerum excelleret: non est mirandũ: quoniã esset ditissimus. Sed quod cultu ac diligẽtia: qui rex esset amicos antecelleret hoc sane admirabilius. Ille igitur narratẽ nulla re ubi superaretur: ita manifesto pudore affici cõ

fuesse: ut amicorum cultu. Et eius oratio memoriæ prodita est: cum diceret similia esse opera boni pastoris & boni regis. Nam & pastorem decere id præstare. ut pecora habeant feliciter: & iis uti si tādem pecudū est felicitas: & regem identidem decet urbes atq; homies felices facere: & iis uti. Nihil igitur mirabile si hac eēt sententia: ut ptinaciter uellet omnis homines obsequio præstare. pulchrum etiam documentum. Cyrus dicitur Crœso demonstrasse: quando ab eo admonebatur fore: ut in multa largitione pauper fieret cum liceret ei uni uiro q̄ plurimos auri thesauros domi reponere: & Cyrum dicitur percunctatum: & quot iam mihi pecunias futuras fuisse arbitraris: si aurum collegissem: ut ipse iubes: ex quo tempore sum i imperio? Crœsumq; respōdisse magnū quendā numerū: atq; Cyrū ad hæc dixisse. Age igitur Crœse mitte uirum una cum hoc hystaspa: cui tu maxime credis. Tu uero hystaspa circū adiēs amicos dic eis me auro egere ad opus quoddam. Etenī uero egeo: eisq; iube: mihi præbeant pecunias: quascunq; singuli queant: scriptam autem obsignatāq; epistolam dent ferendam Crœsi famulo. Hæc autem quæcūq; dixerat: cum scripsisset: obsignassetq; litteras: eas hystaspæ ad amicos dedit: scripsitq; ad omnes: ut hystaspā exciperent ut amicū suum. Cum igitur amicos circuisset hystaspas: & Crœsi famulus epistolas tulisset ait hystaspas o rex Cyre etiam me iam ut diuite decet uti. Adsum enim multis donatus muneribus ob litteras tuas. Et Cyrus ait unus igitur iam etiam hic nobis Crœse thesaurus ē. alios uero ipse intuere: & supputa quot pecuniæ sunt paratæ; si quid mihi utēdum sit. Suppu

Crœso Captiuo mostrat [illegible] uiam.

tatis igitur Crœsus pecuniis multo plures inuenit quam Cyro dixerat futuras fuisse iam in thesauris: si eas collegisset. Quod ubi patuit Cyrus dixisse traditur. Videsne Crœse mihi quoque esse thesauros? At ipse mihi iubes: ut eos collectos apud me habeam: ut propter eos & inuidiæ sim & odio; ac fidem habeam mercenariis custodibus: quos iis præfecerim. At ego dum amicos diuites reddo: hos mihi thesauros esse puto: & custodes simul tum mei ipsius: tum meorum bonorum longe fideliores: quam si præsidiarios stipendiarios præfecissem. At quod aliud item dicam tibi. Ego enim Crœse quod dii dederunt animis hominum: qui omnes identidem pauperes fecerunt: hoc ne ipse quidem possum esse superior. Sed insatiabilis sum pecuniarum quemadmodum alii. Verum ego hoc mihi uideor multitudini præstare: quod hi postea quam plus: quam satis est adepti fuerint: alias suas pecunias defodientes. alias marcescere facientes: alias numerantes: metientes: expendentes: uantilantes: custodientesque turbationes habent. Et ipsas tamen cum intra ædes tot habeant: neque comedunt plus: quam ferre possunt: frangerentur enim: neque induuntur: plus quam ferre etiam queunt Suffocarentur enim Sed pecuniæ superuacaneæ negocia afferunt. Verum ego ministerium præsto diis immortalibus ac pluris pecunias semper desidero: quas cum adeptus fuero eas: quas mihi uideo superesse: is indigentias amicorum leuo & diuitiis homines & beneficiis prosequens. Ex iis beniuolentiam & amiciciam mihi comparo. Ex iis uero hominibus fructus mihi fit: securitas & bona nominis fama: quæ neque marcescunt: neque quo plura sunt: corrumpuntur. Sed gloriæ quo plus est

eo & maius & melius: & ad ferendum fit leuius. Sæpe etiam magis eos leuat: a quibus fertur. Vt autẽ hoc etiam scias Crœse: ego nõ eos felicissimos duco: qui pecunias plurimas habeant: & possideant. hoc enim pacto qui muros custodiunt: essent felicissimi quippe qui omnia quæ sunt in urbibus custodiunt. Verũ qui et comparare plurimas pecũias iuste possit: & ijs uti honeste plurimis: hunc ego felicissimũ esse puto eiusq; pecuniæ. Atq; hæc Cyrus dilucide faciebat: quẽadmodũ etiã dicebat. At hæc cum Cyrus cogitasset per multos homines: si quidem bona ualitudine utantur parari ut sint necessaria habituri: eaq; reponere quæ usui sunt ad uictum bene ualentium: ut autem si ægrotarint afforent utilia: huius rei non admodum eos habere diligentiam uidebat. Itaq; existimauit circa hæc quoq; sibi elaborandum medicosq; optimos ad sese accersiuit: ut cũ his illos quereretur: & quæcũq; uel instrumenta utilia esse dixisset aliquis eorum uel uenena uel esculenta uel potulenta. Hæc omnia parata seruabat apud sese. Cõsiderabat etiam quando quis eorum ægrotaret: quod esset curandi tempus: præbebatq; omnia: qbus opus esset. Habebat etiam medicis gratiam: cum quis sanasset quenq; eorum: quos ab illis sanandos accœpissent. Hæc igitur huiusmodi q; permulta moliebatur: ut apud eos excelleret a quibus amari uellet. Quarum autem rerum & certamẽ pronunciabat ac præmia proponebat: uolẽs inijcere cõtentionẽ de pulchris bonisq; operibus: hæc Cyro laudem afferebant. quod curaret ut uirtus exerceretur. Et optimatibus quidem hæc certamia inuicem inijciebant & lites & peruicacias. Insuper & legem Cy

rus constituit:quæcunq; diiudicanda essent siue ciuili causa siue concertatiõe:ut ij:quibus diiudicatione opus esset:refugium haberent ad iudices. Perspicuu; igitur erat:coniectare solitos ipsos aduersarios optimorũ amicissimorũq; iudicum ambos aliquid. Victus autem his qui uicerant:inuidebat:& qui non pro se sententiã tulissent eos oderat. Qui item uicerat:simulabat iure uincere. Itaq; existimabat gratiam debere nemini. Et qui amicicia primi apud Cyrum esse uellent:quẽadmodũ in urbibus alij:ita etiam hi inuide inuicem habebant. Itaq; plures malebant alter alterũ e medio tolli:q̃ una agere inuicem boni quicq̃. Et Hæc declarant Cyrũ moliri solitum.ut ij:qui potẽtissimi essent magis eũ amarent:q̃ seipsos inuicem. Nunc autem iam enarrabimus quo pacto primũ Cyrus emisit e regia:& eius emissionis uenerabilitas uidetur nobis ars una ex his: que moliuntur:ne imperium sit contemptui. Itaq; primũ antequã egrederetur:uocatis ad sese & persis & alijs: qui præerant:magistratibus:distribuit inter eos stolas medicas. Et tum primũ persæ medicam stola; induti sunt & cum eas distribueret simul hæc uerba ad eos loquebatur se emittere uelle ad delubra dijs imortalibus constituta:ac simul cum illis sacra facere. Adeste igitur inquit ad fores stolis hisce ornati ante solis ortum constituiminiq;: quẽadmodũ uobis uerbis meis nũciarit Pheraulas perses. Cunq; ipsa ducam:eritis in ea:quæ uobis dicta fuerit regione. Quod si uestrum alicui aliter uideatur melius quã ut nũc imittamus:cum reuerterimus is me doceat. Vt enim pulcherrimũ atq; optimũ esse uobis uideatur:ita singula constituenda sunt: Vbi autem

primarijs distribuit stolas pulcherrimas: extulit alias quoq; stolas medicas. Permultas enim parauerat nihilo parcens neq; purpureis: neq; ferrugineis: neq; puniceis: neq; carycinis uestibus. Cumq; horum amictuũ partem singillatim distribuisset inter duces: his iussit: ut amicos suos hisce uestibus ornarẽt: quemadmodũ inqt uos estis a me ornati. Et quidam ex præsentibus eũ interrogauit. Tu inquiens o Cyre quando ornabere? Respondit autem Cyrus. Nõ enim uideor nunc uobis ipse ornari: dum uos orno? Ergo si queam in uos amicos esse beneficus. apparebo etiam in stola quã habeo pulcherrimus. Sic igitur illi abeuntes accersitos amicos stolis ornabat. At Cyrus arbitratus Pheraulã: qui erat ex ordine plæbeio & callidum esse: & elegantem & modestum & sibi gratificandi studiosum: qui olim de singulis pro dignitate honorandis internuncius fuit: hũc igitur ubi uocasset: consuluit quo pacto esset facturus: ut emissio beniuolis uisu pulcherrima foret: inimicis autem maxime formidabilis? Vbi uero ipsis considerantibus eadem ambobus sunt uisa: Cyrus Pheraulæ iussit curandum ut cras ita fieret emissio ut uisa est pulchre habere. Ego enim dixi ut tibi de emissiõis ordine parerent omnes. Verum quo libentius te præcipiẽtem audiant fer tecum hasce tunicas ad spiculatorũ duces. Equitibusq; uocatis. dato has etiam equitũ ducibus. Et curruum ductoribus hasce alias tunicas. Pheraulas igitur ferebat tunicas acceptas. Quem duces ut uiderunt dicebant magnus iam sane tu es Pheraula: quãdo quidẽ iussurus es nobis faciunda. Non equidẽ respondit Pheraulas. Non solum enim non iubebo: ut uidetur sed fe

ram etiam ſarcinas. Itaq; nunc fero hos duos amictus alterum alteri. Et tu quidẽ horum cape: utrum ipſe uis. Exhinc igitur ille accepto amictu inuidẽtiæ eſt oblitus: continuoq; eum conſulebat: utrũ caperet. At Pheraulas ubi cõſuluiſſet: uter eſſet melior: dixiſſetq; ſi me accuſaueris: quod tibi optionẽ dederim: rurſus cum miniſtrauero me utere altero miniſtro. Pheraulas cum ita ut iuſſus fuerat: tunicas diſtribuiſſet: continuo ea curabat: quæ ad egreſſionẽ regiam pertinebãt: quo ſingula habitura eſſent ꝙ pulcherrime. Cũ uero dies poſterus factus eſſet: omnia ante lucem erãt pura atq; expedita ordines ſteterant & ab hac & ab altera parte uiæ: quẽ admodũ hoc etiam tempore ſtant: ꝙ rex eſt imiſſurus: intra quos nemo ingredi poteſt: qui minus ſit ex honoratis. Flagriferi etiam ſteterant: qui uerberarent: ſi qs turbaret. Steterãt præterea primũ ſpiculatores circiter quattuor millia ad quaternos ante portas. Duo millia uero ex utroq; portarum latere: aderantq; omnes equites: qui ex equo deſcenderant ſublatis manibus per candias ueſtis. Et nunc etiam eas tollunt: quando uidentur a rege. Et perſæ quidẽ ſtabant ad dexteram. Sed alĳ ſocĳ ad leuam uiæ partem. Et curruũ eodem modo utrinq; dimidiũ. Sed ubi patefactæ ſunt portæ ipſius regiæ primũ agebãtur tauri ioui optimo maximo perpulchri quaterni: & ĳs dĳs alĳs: quos magi ſunt interpretati. Putant enim perſæ multo magis artificibus eſſe utendum erga deos imortalis: ꝙ circa res alias. Poſt boues autem agebãtur equi ad ſolis ſacrificium. Poſt hos autem educebatur currus albus coronatus: iugo aureo: qui eſſet Iouis ſacrum. poſt hunc agebatur etiam ſolis cur-

Cyri e Regia exitus.

rus candidus & is coronatus:ut anterior. Post hūc etiā alius tertius currus educebatur: cuius equi strati erant puniceis amictibus. Et post eum uiri sequebantur: qui ignem portarent in magno quodam foco. Post hæc uero iam ipse Cyrus apparebat prior ex portis super currum rectam thiarā habēs, tunicāq; purpuream pari albo distinctam. Alij uero semialbam habere nō licet: et circa crura periscelidas edereo colore infectas: & candyn purpureū totum. Habebat etiā diadema circū thiaram: atq; eius cognati idem hoc habebant signum. Et hoc etiā tpe hoc idem habent. Manus uero habebat extra tyridas. Comitabatur autem eum auriga magnus quidem: sed minor sane q̄ ille: siue reipsa minor: siue quomodocunq;. Verum Cyrus longe maior uidebatur quem omnes intuētes adorauere siue quod alij iussi essent incipere: siue quod etiam stupefacti ob apparatū: & q̄d Cyrus & magnus uideretur & pulcher. Antea uero persarū nēo adorabat Cyrū. Sed cū pcederet Cyri currus procedebāt ij spiculatores quattuor milia. Iuxta aūt sequebātur isuper q̄ eū circūdadāt sceptriferi i equis ornati una cum pilis circiter trecenti. Adducebantur præterea equi a Cyro nutriti: qui haberent fræna aurea: amictusq; uirgatis strati essent: circiter ducētos. Et post hos hastiferi duo millia. Dein uero equites q̄ primi facti sunt decem millia instructi undiq; in cētenos: quibus Chrysantas preerat. Post quos sequebantur persarum equites alij decem millia eodem instructi modo: quibus hystaspas præerat. Et post hos alij decē millia identidem: quibus præfectus erat Dutamas. Et post hos alij: quorū dux erat Gadatas. Post hos uero seque-

bantur medi equites:dein armenij. Post armenios hyrcanij:post hyrcanios uero cadusij sequebãtur. Post equites autem sequebãtur currus quaterni instructi:quibus præfectus erat. Arabates perses. Sed cum Cyrus iter faceret permulti homines sequebantur extra signa alius rem aliam rogantes. Quare Cyrus cum ad eos misisset quosdam ex sceptriferis:qui eum terni sequebantur iuxta ex utraq; parte currus rei huiusce causa:ut nunciarent:iussit ut ijs dicerent:si quis aliquid ab eo uellet:id doceret aliquem ex præbitoribus. Quoniã illos diceret rem sibi dicturos. Quare illi abeuntes continuo inter equites pergebãt consultantes:quem quisq; adiret. At Cyrus quos maxime ex amicis uellet ab hominibus coli:hos misso aliquo:singillatim ad se uocabat:et his ita dicebat. Si quis horum qui me iuxta sequuntur:uos aliquid doceat. qui uobis uisus fuerit nihil dicere:nolite ei attendere. Qui uero iustis rebus egere uideantur: mihi nunciate quo per publicam cõsultationẽ eos expediamus. Alij igitur. cum uocaret uehementer immittentes obediebant imperium Cyro acturi:ostendentesq; uæhementer se parere. Erat Daiphernes quidam incultis moribus:qui putabat:si minus celeriter obediret:liberiorẽ se uisum iri. Quod Cyrus cum didicisset priusq; se is adiret secũq; dissereret:clam misso quodam ex septriferis:iussit ut ei diceret: quod nihilo ãplius eo sibi opus esset:ac ceterum non uocabat. Vt autem qui post eũ uocatus esset priusq; ipse obediuit:ĩmisit Cyrus:eiq; equũ dedit ex ijs qui iuxta sequebantur:iussitq; sceptrifero cuidam illum ut ei ageret:quo ipse iussisset:quod quidem uidentibus uisum est honorificum quiddam esse:

ex hinc multo plures homines eum colebant: sed ubi ue-
nerunt ad delubra: sacrum fecere Ioui optimo maximo
totosque tauros cremauerunt. Dein soli totos equos cre-
mauere: postea telluri imolauerunt: ut magi interpre-
tati sunt. Dein heroibus syriam habitantibus. Post hæc
uero quoniã locus pulcher esset: calcem demõstrauit ut
ad quindecim stadia eius loci & dixit ut per tribus to-
tis uiribus hic equos dimitterent. Vna igitur cum per-
sis ipse immisit ac uicit. Nam maiorem in modũ Cyro
equestris curæ fuerat. E medis uero Artabates uicit: nã
equum ei dederat Cyrus. E syris uero omnibus Gada-
tas. At ex armenĳs Tigranes. Ex hyrcanĳs autem præ-
fecti filius: At ex sacis priuatus uir quidã equo suo ali
os reliquit equos. cũ esset prope dimidiũ curriculi. Hic
igitur dicitur Cyrus interrogasse adolescentem: si re-
gnum admitteret pro illo equo: illũque respondisse re
gnum equidem minime admitterẽ. Verum locare grati
am apud uirũ bonum admissurus essem. Ad quem in
quit Cyrus. Atqui ostendere tibi uolo hic etiam si clau
sis oculis iacias fore ut non aberres a uiro bono. Omni
no igitur inquit Saca sublata manu ostende mihi: ut ac
sublata gleba illum feriam. Ac Cyrus demonstrat ei:
ubi suorum amicorum erant plurimi. Hic uero clausis
oculis immisit glebam: & equo transcurrentem Phe-
raulan assequitur. Nam casu Pheraulas quiddam præ
cipiebat: quod Cyrus iusserat: qui percussus: ne conuer-
sus est quidem. Sed pergebat id acturus: cuius gratia
iussus fuerat. Saca uero respiciens interrogat: quẽ esset
assecutus. Non per Iouem inquit quemque es ex præsen-
tibus assecutus. Sed minime quidem inquit adolescens

ex absentibus quemq̃z. Ita mediusfidius inquit Cyrus. Tu quidem illum percussisti: qui equum celeriter inter currus immittit. Et quomodo inquit non conuertitur? Ad quẽ inquit Cyrus. Insanus quidẽ est ut uidet̃ quod audiens adolescens ibat: quinam esset cõsideraturus: inuenitq; Pheraulan: cuius barba & terra referta erat et sanguine: qui percusso ei fluebat ex nare. Sed ubi Pheraulã adisset: interrogauit si percussus esset cui ille respõdit: ut uides. Do igitur tibi hũc equũ. dixit adolescẽs At Pheraulas interrogauit: cuius rei gratia? Ex hinc Saca rem enarrabat: dixit ꝙ postremo & equidẽ puto non aberrasse a uiro bono. At quem respondit Pheraulas. At ditiori q̃z mihi si saperes eum dedisses. Nunc uero ego quoq; equum admittam. Oro autem deos qui fecerunt ut abs te percuterer mihi dent. ut faciant ne te pœniteat huiusmunerationis erga me. Atq; nunc tu inquit abequita in meum equũ ascendẽs rursus ad te ego ibo: ita quidem ij inuicem a se discesserunt. Ex caduseijs uero uicit Rhadines. Dimisit autem currus singillatim Cyrus: & qui uicissent: dedit omnibus tum boues: quo ubi sacrificassent: uescerentur: tum etiam pocula. Itaq; bouẽ accœpit ipse uictoriæ præmiũ Sed ex poculis partem suam Pheraulæ dedit: quoniã uisus esset eius immissionẽ e regia pulchre instruxisse. Itaq; ut tum Cyrus cõstituerat ita etiam hoc tempore perseuerat regis immissio: nisi quod hostiæ desunt: quãdo nõ sacrificet. Sed posteaq̃z hæc finem habuerunt in urbem redeũt: & distribuunt ij quidem quibus ædes datæ fuerãt: in ædibus. Quibus autem non datæ fuerant: in ordine distribuerunt. At Pheraulas inuitato Saca: a quo equum ac

ceperat: & munera ei dedit: & alia præbuit affatim. Cunq; cœnati essent: impletis poculis: quæ acceperat a Cyro: & propinauit: & ea largitus est Sacæ. Ac Saca uidēs multum quidem ac pulchrū stratum, multū etiā pulchrumq; apparatū: ac famulos itē multos: dic inqt mihi Pheraula: num etiam domi es ex diuitum ordine ad quem Pheraulas respondit quorum diuitum? Ex illorum sane sum ordine: qui sibi manibus uictum parāt. Nā me pater instituit puerorum disciplina cum ipse parte operaretur aleretq;. Sed ubi in adolescentiam excessi: cum me nequiret ociosum alere in agrum deduxit iussitq;: ut operam facerem. Hic igitur ego illum alui contra: donec uixit: ipse terram uertēs ac serens: et agellum sane admodū paruū: ne malu; quidem sed omniū iustissimū. Quodcunq; cœpisset semen pulchre iusteq; reddebat & ipsum & fructum haud sane multū: quandoq; tamen ob generositatem duplo q̄s plura reddidit quæ acceperat. Domi igitur ego uiuebam ita. Nunc uero hæc omnia quæ uides Cyrus mihi dedit. Et Saca inquit o beate quidem tu cum ob alia: tum propter hoc ipsum: quod ex paupere diues es factus. Multo eni te arbitror ob hanc etiam rem suauius ditari: quod cum pecuniarum fame tenereris, factus es diues. Ad quē Pheraulas respōdit. Nū enim ita Saca existimas me nūc eo uiuere iucundius: quo plura possideo? An ignoras me & comedere & bibere et dormire nullo modo mihi iucundius q̄s tūc cum eram pauper? Quod autē hæc sunt mihi permulta: tantum mihi est lucri. quod plura me oportet custodire plura alijs tribuere. Et quo plura curo: eo mihi plura esse negocia. Nunc enim famuli mul

ti cibum a me petunt:multi potum:multi c[illegible]ctus[illegible]:alij egent medicis. Venit etiam aliquis qui ferat pecudes a lupis absumptas:aut boues præcipuiũ passos:aut morbum pecora dicens inuasisse. Itaq; mihi uideor magis tristari:quod nunc plura possideã:q̃ antea quod pauca haberem. Verũ inquit Saca cum salua certo esse multa intueris:multo magis lætaris:q̃ ego. Ad quẽ respondit pheraulas. Nequaq̃ Saca ita iucundum est habere pecunias. ut molestum eas amittere. Noueris autẽ me uera dicere. Nemo enim diues cogitur uigilare propter uoluptatem. Sed neminẽ eorum uides:qui aliquid amiserint præ dolore posse dormire. Mediusfidius inquit Saca neq; illorũ quẽq̃:qui aliquid acceperint somno lẽtum uideas præ uoluptate. Vera inquit narras:si enĩ aliquid habere ita suaue esset ut accipere:diuites multo felicitate præstarent pauperibus:sed necesse est etiã Saca qui multa possidet eum facere multũ etiam sumptum: & erga deos & erga amicos & erga hospites: Qui igitur ualde pecunijs delectatur:certo scito hunc etiam ualde tristari si sumptũ faciat. Per Iouẽ inquit saca ego nõ sum ex horum numero. Sed hanc rem felicitati dãdam puto eum facere multũ sumptũ:qui multa possideat. Quid igitur per deos immortalis inquit Pheraulas:non ipse q̃ primũ fias admodũ felix:et me ipsum felicem facias? Accipe enim hæc omnia:ac possi de ijsq; utere pro uoluntate tua:neq; aliud nihil q̃ ut hospitem ale:et tenuius quoq; q̃ hospitem. Satis enim mihi futurum est:quodcũq; etiam ipse habeas:quod horum sim particeps:iocaris inquit saca & Pheraulas iureiurando affirmauit serio loqui se & alia quidẽ tibi

Saca imperabo:īquit a Cyro ut neq; eius fores te curare oportcat:neq; in expeditionē ire. Sed tu diuitijs abūdans domi mane. Ego hæc faciam & pro te et pro me ipso. Et si qd boni præterea accepero ob Cyri cultū aut etiam ab aliqua re militari:id ad te ferā:quo item pluribus domineris:solum me soluito ac cura. Nam si mihi ab his ocium:futurum puto:ut & mihi & Cyro magno usui sis. Quibus ita dictis hæc inuicem composuere:faciebàtq;. Et Saca quidem se ducebat felicem factū quod multis pecunijs dominaretur. Pheraulas item arbitrabatur se beatissimum esse quod tutorem esset habiturus:qui sibi ocium preberet ad agendū quodcunq; eē iucundū foret. Erat autem Pheraulas natura amicorū studiosius & colere nihil ei iucundū ita esse uidebatur neq; utile:ut homines Et enim arbitrabatur hoiem animalium omniū esse optimū et gratissimū:quod uideret & eos:qui ab aliquo laudarentur: contra etiam hosce alacriter laudare enitiq; ut contra rem gratam his facerent:qui sibi gratificarentur:& quos cognosceret beniuole habere:in illos nos cōtra esse beniuolos:& quos uideret amare eos:hos odio habere non posse parentesq; magis:q̄ oia alia animalia. Cōtra item uelle colere & uiuos & mortuos. Cognoscebat autem alias: quasq; animantis & magis ingratas esse minusq; beneficij memores:q̄ homies. Sic igitur & Pheraulas afficiebatur maxima uoluptate:quod sibi licitum foret:ut liberatus cura aliarū possessionū:apud alios amicos uersari posset. & Saca plurimū lætabatur:quod quia haberet multa:multisquoq; usurus esset. Amabat autem & Saca Pheraulā:quod semper afferret aliquid & sa

can Pherdulas:quod accipere uellet oīa:semperq̃; plu ra curās nihilo magis ei præberet occupationem. Et hi quidem ita degebant. At Cyrus cum sacrificasset uicto riæ præmia epulatus:uocauit ex amicis q̃ perspicue ui derentur ipsum uelle & amplificatū ire maxime: & honorare beniuolentissime. Inuitauit etiam una cū his Artabazum medū & Tygranen armenū & Hyrcanium prefectum & Gobryan. Gadatas uero sceptrife ris eius præerat. Et ubi ille parauisset: ibi omnē intus uictum constituit. Cunq; aliqui una cœnarēt: Gadatas ne sedebat quidem:sed curam habebat. Dum uero ipsi abessent:cœnabat ipse quoq; una cum Cyro:delectaba tur enim una cum eo esse. Pro his autem rebus multis magnisq; beneficiis honorabatur a Cyro; & propter Cyrum apud alios quoq; erat in honore. Sed ut uene runt inuitati ad cœnā:non temere & incōsulto singu los locabat ad mensam. Sed quē maxime honoraret:ad sinistram sedere iubebat manū:quod hæc insidiis ma gis subiecta sit q̃ dextera:secundum uero ad dextram Tertium rursus ad sinistram & quartum ad dextram Quod si plures essent eodēmodo: declarare enim quo pacto singulos honoraret hoc ei bonum esse uidebatur Quod ubi adhuc homies putant eum:qui melior sit ne q; proclamādū neq; præmia accœpturū liquido patet eos hic minime inuicē habere pertinaciter:sed ubi qui optimus sit longe præfertur:hic maxima cum alacrita te non obscure omnes certant. Atq; Cyrus ita declara bat eos:qui apud se erant optimi: continuo incipiens a consessu & assistentia:haud sane imortalem quem cō sessum iusserat:constituit:sed lege cauit:ut bonis ope

ribus ad honoratissimũ consessum ascenderetur. At si quis uoraciter immundeq; uesceretur: ut is secederet ad sedem minus honorificam. Qui autem excelleret in cõsessu. Cyrum pudebat: quod minus is uideretur bonis plurimis ab se affici. Atq; hæc quæ sub Cyro fuerũt: ita etiam hoc tempore sentimus permanere. Cum uero cœnaret: uisum est Gobryæ: quod singula permulta forẽt: minime esse mirandum apud uirum multis imperitantem. Sed quod Cyrus qui res adeo magnas gereret: si quid iucundum cœpisse uideretur nihil consumeret solus: sed id honoris haberet: ut qui aderant omnes rei sibi datæ participes faceret: hoc sane mirabatur. Persæpe quoq; cum uidebat Gobryas hæc absentibus quibusdã amicis mittere: quibus ipse delectaretur. Quare postea q̃ cœnauisset: & omĩa Cyrus: quæ permulta erant misisset a mẽsa: dixit Gobryas. At ego Cyre hac te re plurimũ cæteris præstare hominibus ducebam: quod esses rei militaris scientissimus. Nunc autem deos testor: certo mihi uideri te magis humanitate præstare q̃ re militari. Per Iouem inquit Cyrus multo profecto mihi iucundius est humanitatis opera demonstrare: quam rei militaris. Qui tandẽ inquit. Gobryas? Quoniã inquit demonstranda sunt & ea quæ homines malefaciunt: et ea quæ bene. Hinc igitur ubi modice bibissent: interrogauit hystaspas Cyrum: num inquiens Cyre succensurus mihi sis: si te interrogauero: quod audire ex te uolo Sed ita per deos inquit contra: tibi succenserem: si sentirem tacere te: quæ tibi interrogare uoluntas esset. Dic igitur inquit mihi. Num nullo unq̃ tempore: cum uocatus abs te sum: non ueni? Dii meliora inquit Cyrus

Honorabat et qui cultius manducabant.

Cyrus ...

Sed dum obedio: num ociose obedio? Ne hoc quidē. Si quid etiam iam mihi iussisti tu: non id egi: haud te inquit accuso. Quod autem agerem: unquā deprehendisti me non alacriter aut iucūde minus id a me agi? hoc omniū minime inquit Cyrus. Quare tamē inquit per deos imortalis Cyre Crisantā scripsisti: ut honoratiore in loco: q̄ ego poneretur? Dico sane quod in re est: inquit Cyrus. Omnino inquit hystaspas. Et tu rursus nō mihi succensebis: si uera audias? Quin uoluptate inq̄t afficiar: si didicero me non pati iniuriam. Chrysantas igitur inquit hic primū quidem nō expectabat uocari se: sed priusq̄ uocaretur: aderat rerum mearum gratia Deinde nō id solum quod iuberetur: sed etiam quod ipse cognosceret esse mihi facto melius hoc agebat. Cunq̄ aliquid dicendum esset ad socios: quæ dicere me puderet: cōsulebat mihi: & quæ sentiret me uelle a sociis cognosci: meq̄; animaduerteret pudere de meipso loqui hæc ipse dicens tanquā suam esse sentētiam ostendebat Itaq; his in rebus quid prohibet ipsum mihi esse meipso etiam meliorem? Ac sibi quidem semper ait presentia omnia satis esse. mihi uero perspicuū est eum usq̄ considerare: quid rursus utilitatis sit allaturus: multoq̄; magis exultat ac lætatur meis bonis q̄ ipse ego. Ad quæ ipsa respōdit hystaspas. Per iunonem cyre lætor hæc me percūctatum. Cur maxime inquit Cyrus? Quoniam ego etiam hoc enitar facere. Sed unū solum ignoro: quonam modo sim ostensurus gaudere me bonis tuis. Vtrum manuū concussione utendum est an ridendū an aliud faciundu;. Et Artabazus inquit saltandū est persice. Quibus in uerbis risus factus est. Procedente

autē simposio Cyrus Gobryan interrogauit. Dic mihi o Gobrya hoc ne tempore libentius prius putas horum alicui filiam tuam dare uxorem? An cū primū nobiscū congressus es? Num etiam ego inquit Gobryas uera loquor? Ita me hercule inqt Cyrus: ut pote quod nulli interrogationi mendacio opus est. Certo igitur inquit scito me nunc multo libentius putare an etiam habeas inquit Cyrus dicere q̄obrem? Habeo equidem. Dic igitur Quoniā tum equidē aspiciebam ipsos æquo animo tolerare labores ac pericula. Nunc uero eosdem uideo res secundas temperanter ferre. Videturq; mihi Cyre difficilius iuenire uirum: qui bona pulchre ferat: q̄ qui mala. Altera enim in contumeliam multos. Altera omnes in intemperantiā agunt. Et Cyrus īquit: audistine hystaspa uerbu; Gobryæ? Ita inquit me hercule. Quod si multa loquatur huiusmodi multo magis me capiet filiæ suæ procum: q̄ si multa mihi pocula ostēdet. Profecto inquit Gobryas multa mihi sunt litteris mandata huiusmodi: que tibi non inuidebo; si filiam meā ccepe ris uxorem: pocula uero quoniā mihi nō uideris admittere nescio an chrysantæ huic das: quoniā et ipse tuā sellam subripuit: Atqui inquit Cyrus o hystaspa & uos aliq̄ qui adestis: si mihi dixeritis: cum quis uestrum nubere temptauerit: cognoscetis qualis etiam ego adiutor uobis futurus sim. Ad quem Gobryas respondit. Sed si quis tradere uult filiam. cui dicere oportet? Mihi inqt Cyrus etiam hoc: hanc eni artem egregie calleo. Quam enim inquit Chrysantas? cognoscere scilicet quod matrimonij cuiq; conueniat. Et chrysantas respondit. Dic igitur per deos: quam mihi uxorem putas pulcherrime

De Vxore habenda

conuenire? Primum inquit Cyrus: paruam paruus enim es etiam ipse. Nam si magnam ducas uxorem: ubi quandoque uelis eam rectam osculari: prosilire te oportebit quemadmodum anserulos. Hoc inquit Chrysantas recte prouides. Etenim nullo modo prorsus ad saltum sum aptus. Deinde inquit Sima tibi uxor cõductura sit uehementer. Ad quid item hoc. quoniã inquit tu es aduco naso: ad simitatẽ uero nasi succuruitas: ut non te lateat: optime accommodatur. Dicis tu inquit ut cum bene cœnato quemadmodũ nũc mecũ qui cœnatus non sit: cõueniat? Ita mediussfidius inquit Cyrus. Nam plenorum uenter fit curuus: incœnatorum autem simus. Ad quem respondit Chrysantas: frigido autem regi possisne dicere per deos cuiusmodi uxor cõductura sit? Et hic quidem tum Cyrus uehementer risit: tum identidem alii. Quibus simul ridẽtibus inquit Hystaspas. Multo equidem maxime ob hãc rem tibi inuideo in iperio Ob quã inquit Cyrus? Quod potes etiam frigidus risum præbere. Et Cyrus inqt postea nolis emere plurimi: ut abs te hæc dicta essent: & ei nũciata: apud quam uis in precio haberi te esse urbanum. Et his cauillis ita utebant̃. Postea uero Tigrani extulit mundũ muliebrem: quem iussit: uxori ut daret: quoniam fortiter in re militari se gesserit cum uiro. Artabazo uero aureũ poculũ. Hyrcanio autem equũ, aliaque permulta ac pulchra largitus ẽ Tibi autem inquit o Gobrya uirum filiæ tuæ dabo. Ergo inquit Hystaspas me dabis: quo hystorias quoque accipiam. Num inquit Cyrus tibi substantia est digna rebus puellæ? Ita inquit per Iouem multo pluribus pecuniis. Et ubi est inquit Cyrus hæc tibi substantia? Hic re

ſpondit Hyſtaſpas:ubi etiam ipſe ſedes qui mihi ami-
cus es. Sufficit mihi inquit Gobryas. Et continuo dex-
tram cum extēdiſſet: da inquit Cyre. Admitto enim &
Cyrus Hyſtaſpæ dextra; capiēs dedit Gobryæ. Ille au
tem excepit. Exhinc multa atq; pulchra dōa dedit Hy
ſtaſpæ: quo ea puellæ mitteret. Chryſantan uero ad ſe
tractum oſculatus eſt. Atq; Artabazus inquit. Per deū
Cyre non ſimilis auri & mihi poculu; dediſti et Chri
ſante dono. Verum tibi etiam inquit dabo. Quæſiuit il
le quando? Ad trigeſimū inquit annū. Itaq; ſic te para
to ut expectaturū & nō ut moriturum. Et tum quidem
conuiuium hoc pacto deſijt. Ii uero cum ſurrexiſſent:
ſurrexit itez Cyrus & eos deduxit ad fores uſq;. Poſtri
die uero eius diei dimiſit ſocios quoſq; domū pro uolū
tate ſua: his exceptis: quicunq; habitare apud ſe uellēt.
Quibus & agrum dedit & ædis: quæ omnia hac etiā
tempeſtate poſteri eorum: qui remanſere poſſident. Hi
autem ſunt maiore ex parte medi & hyrcanij. Eos ue-
ro qui abirent cum plurimis muneribus donauiſſet: fe-
ciſſetq;: ne quid expoſtularent: & principes & milites
dimiſit. Exhinc diſtribuit inter milites ſuos: pecunias
quaſcunq; ex ſardibus cœperat. Atq; ijs qui denis mili-
bus preeſſent: eorumq; miniſtris electas pecunias dedit
pro dignitate cuiuſq;. Alias uero diſtribuit. Et pecunia
rum parte data præfecto cuiq; denorū milliū. his pmi-
ſit earum tributionem: queadmodū ipſe illis tribuerat
Dederunt autem alias pecunias ſinguli principes ſin-
gulos eos dijudicātes magiſtratus: qbus ipſi præeſſent
ultimas autem pecunias hi qui ſenis præerāt: pro iudi-
cio ſuo cuiq; priuato dedere pro dignitate Et ita omnes

iustam portionem accœperunt. Vbi uero pecunias accœpissent: quæ tum datæ sunt: quidam huiusmodi uerba de Cyro loquebatur. Certe multas ipse pecunias habet qui singillatim nobis tot dedit. Aliqui autem dicebant quas multas pecunias habet: ingeniũ Cyri non tale est: ut ditari omnino uelit: sed dando magis lætatur: q̃ possidendo: quæ uerba cum accœpisset: & eas de se opiniones collegit: & amicos & tẽpestiuos omnis atq; in hũc modum locutus est. Viri amici uidi equidem iã homies qui uideri uolũt plura possidere q̃ habeant: rati q̃ quidem liberaliores ita apparere. At hi uident̃ mihi secus trahi: q̃ uolunt. Nam cum is qui uidetur habere multas pecunias: minus pro dignitate substantiæ amicis prodest: auariciæ nomen subit mea quidem sententia. Sũt etiam: qui latere alios uolunt. quascunq; ipsi habeant. Improbi igitur etiam hi uidentur mihi esse in amicos. Nam quoniã quas ipsi pecunias habeãt. ignoratur: sæpe indigentes amici sodalibus minus nunciant; Sed decipiuntur. Simplicis autem apertissimiq; uiri mihi uidetur esse: qui manifestata substantia: ex hac exercetur circa equũ & bonũ. Ego igitur ostẽdere uobis uolo: quæ mihi sunt omnia: quæcunq; possunt uideri. Quæcunq; autẽ uideri nõ possunt ea enarrabo. Quæ locutus: alia quidem bona ostendebat: quæ multa pulchraq; possidebat. Quæ autem reposita erant. ut quæ uideri facile nõ posset: ea enarrabat. Postremo ita dixit: hæc o uiri amicissimi oĩa oportet uos arbitrari nõ magis mea esse: q̃ ẽt uestra. Ego eni hæc cõgero. neq; ut ipse ĩpediã: neq; ut ipse cõsumã nec ei possi; id facere: Sed quo habeã: q̃d sim ei daturus: q̃ e uobis pulchri aliq̃d fecerit et quo si

quis uestrũ existimauerit rei alicuius idigere: si ad me ue niat: accipiatq; quod ei sit opus. Et hæc sane dicta sunt ita. Sed ubi iam ei uisum ē res babylone pulchre habe re: ita ut etiam abire posset: parauit reditum in persas cumq; aliis præcepit. Vbi uero putauit satis ea habere: quibus ut egeret: futurũ arbitrabatur: sic tandem soluit Exponemus præterea hæc ut multus exercitus cũ esse pulchro ordine parabatur: ac rursus itineri accingebatur: atq; celeriter ponebatur: quo in loco oporteret. Vbicunq; enim castrametetur rex: ibi uniuersus regis exercitus sese cum tabernaculis locat & æstate & hyeme. Cyrus autem continuo hoc legitimũ fecit: ut tabernaculum poneretur ex orientis regione. Deinde cõstituit primũ quidẽ: quantũ abeẽ cum tabernaculis oporteret speculatores a regio tabernaculo. Dein dexterum locũ ostẽdit iis qui cybum facerent: sinistrum ante obsoniorũ artificibus. Equis quoq; dexterũ locũ: iumentis uero aliis sinistrum. Et reliqua constituta sunt ita ut quisq; sciret sedem suam & dimensione & loco. Cu; uero iter rursus est faciundum: cõponit quisq; ea uasa quibus ꝓ constitutione est utendum. Alii item ea ponunt in iumentis. Itaq; ueniunt simul omnes qui agunt impedimẽta ad agendũ constituta: simul etiam omnes reponũt: quisq; super sua iumenta. Sic igitur idem tempus satis est. ut & unũ tabernaculũ & omnia tollantur. Idem tidẽ sic habet etiam de apparatu: & de faciũdis necessariis omnibus tempestiue eodem modo singulis constitutũ ē quæ facere oporteat. Ob quã quidem rem idem tempus sufficiat & uni parti & omnibus ad faciundũ. Quẽadmodũ uero famuli qui erant ad res necessarias constitu

ti:locum habebant cõuenientẽ singuli. Ita etiam armigeri eius in expeditione & habebant locum armatura accõmodatũ: & sciebãt quis hic esset: & indubitato oẽs se locabant. Perpulchrum sane arbitrabatur Cyrus in ædibus quoq; esse aptæ locationis studium. Cum enim cuiq; re ulla est opus liquidũ est: quo sit iturus ad eam accipiendam. Multo præterea pulchrius existimauit si bene positæ essent tribus militares. Quo enim acutiora sunt tempora earum rerum quibus utendum est ad res bellicas: maiora etiã errata fiunt per eos: qui in his cunctantur. Ab illis uero: qui tempestiue adsunt: uidebat utilitates fieri plurimi æstimandas in rebus bellicis. Itaq; curã habebat huius ordinis maxime. Atq; ipse Cyrus primũ se in medio castrorũ collocabat: utpote qd hic locus munitissimus fore. Dein uiros maxime fidos (quemadmodũ semper cõsueuit) circũ se habebat. Hi uero cum circulariter starent: & equites habebat et curruum ductores. Etenim his putabat opus esse loco munitissimo: quoniã quibus cũ armis præliantur nihil horum paratum expeditumq; habentes castrametantur. Quin multo his tẽpore opus est ad se armandos: si utiliter sint educturi. In dextera autem ac sinistra & sui ipsius & equitum parte locus erat scutatis constitutus Sagittariorum item locus: & ante erat & post tum ipsum tum etiam equites. Milites uero grauis armature & qui magnas haberent cratis: circum eos omnis habebat ueluti murũ: quo si quid oporteret parari milites hi constantissime aggressi: præberent ijs ad armãdũ securitatem Accubabãt autem ei in ordine quẽadmodũ milites grauis armaturæ: quo etiã noctu siquid ei opus

esset: sicut & milites ipsi parati sunt ad feriandũ cominus inuadentẽ: ita & sagittarij & iaculatores si qui adorirentur: præsto iacula sagittasq; torquerẽ pro his militibus. Habebant prætere a signa omẽs principibus in tabernaculis. Sed ministri quẽadmodũ etiã in urbibus qui temperantis prudentesq; sunt: plurimorũ quoq; sciebant habitationes præsertim tempestiuorũ. Eodẽ quoq; modo Cyri ministri & sciebant in castris ducũ loca: & signa cognoscebant: quæ singulis essent. Qua si quo illorum Cyro opus esset: eum non querebant sed q̃ breuissima currebant ad singulos. Et quoniã nationes singulæ meræ essent: multo etiam magis erant manifestæ: & cum quis bene iussa seruaret: & si quis minus ageret: quod iussum esset, Igitur cum ita illi haberent: censebat Cyrus: si quis etiã inuaderet noctu aut die inuadentis hostes tanq̃ in isidias: in castra incidere Atq; disciplinæ militaris non hoc soluz esse ducebat: si quis extendere phalangas facile possit: aut restringere aut ex cornu in phalãga redigere: aut ex dextera uel sinistra: aut a tergo apparentibus hostibus recte explicare: sed etiam distrahere cum opus sit: ordinariũ præceptum existimabat: & quo pacto ponẽda esset quælibet pars: quo maxime esset utilis: & quomodo accelerandum: ubi assequi oporteat. hæc oĩa ac similia periti strenuiq; uiri esse arbitrabatur. Atq; hæc omnia æque curabat. Præterea in itineribus ad id: quod accideret: semper exercitu disposito pergebat. In castrametatione uero frequenter quẽadmodũ dictum est: exercitum locabat.

At ubi uenerunt in mediæ regionẽ: diuertit Cyrus ad cyaxarem: qui ubi se inuicem sunt complexi: Cyrus pri

mũ inquit Cyaxari ei & ædes babylone electas esse & principia quo haberet etiam: cum illuc iret. diuersoriũ tanq̃ in domũ. Dein quoq; alia ei dona dedit & plurima & pulcherrima. At Cyaxares his quidẽ acceptis ad eum filiã misit: que ferret & coronam auream: & armillas: & torquem: & stolam medicam: q̃ fieri potuit pulcherrimã. Et puella quidem Cyrum coronabat Cyaxares uero dixit: do etiam tibi Cyre hãc ipsam uxorem: quæ mea est filia. Tuus autem pater uxorẽ cœpit filiam patris mei: ex qua ipse natus es. Hæc autem est. quam tu sæpe: cum puer apud nos esses: cãtiunculis demulcebas. cumq; aliquis eam interrogaret: cui nuberet dicebat se Cyro nubere. Præterea do etiam ipsi dotem uniuersam mediam. Nec enim mas filius mihi legitimus est. Cyaxares ita est locutus: ad quem Cyrus respõdit. Verum Cyaxares & genus laudo: & puellam: & dona. Sed hæc tibi uolo consentire una cum patris mei matrisq; sententia. Quæ quidem Cyrus in hunc modũ locutus est. Sed puellæ tamẽ hæc omia dono dedi: quæ cũq; arbitrabatur Cyaxari quoq; grata fore. Et hæc cũ fecisset: proficiscebatur in persas. Sed ubi peruenit in persarum fines: relicto alio agmine: ipse una cum amicis ad urbem pergebat uictimas secum agens: quæ omnibus persis satis essent & ad sacrificandũ & ad epulandum. Agebat etiam dona: quæ decerent & patrem & matrem: & amicos alios: qualia item forent pro magistratuũ & seniorũ homotimorũq; dignitate. Dabat præterea persis omnibus dona & maribus et fœminis quæcunq; etiam hac tempestate dantur a rege quandocũq; in persas ierit. Ex hinc collegit cambyses persarũ

seniores atq; magistratus: qui rerum maximarū ius ha
bent. Inuitauit etiam Cyrum ac tali est usus oratione.
Viri persæ & tu Cyre fili ego utrisq; uobis: ut decet,
sum beniuolus. Nam uobis persæ rex sum. Tu autē Cy
re meus es filius. Itaq; meæ est iusticiæ: quæcūq; uide-
or mihi nosse utrisq; uobis conducere: hæc ut in mediū
referam. Superioribus enim temporibus uos Cyrū am
plificastis: quippe cui & exercitum dederitis: & exer-
citus principem cōstitueritis. Huius autem dux Cyrus
pro deorum benignitate inclytos uos o persæ inter om
nis homines reddidit: & in uniuersa asia honorificos.
Eorum uero: qui una cum ipso militiā obiere: uiros op-
timatis etiam locupletauit. Multitudini uero stipendi
um uictūq; parauit: constitutoq; persarū equitatu red-
didit persas agrorum item participes. Si quidem in po
sterum ita senseritis eritis inuicem uobis auctores mul
tarum bonarūq; rerum. Sin autem tu Cyre elatus secū
dis rebus præsentibus aggrediaris in persas quoq; pro
auiditate imperium gerere: quēadmodum in alios: aut
uos ciues huius potentiæ inuidia tēptabitis soluere hu
ius imperium debetis nō esse nescij uos inuicem uobis
fore impedimento: quo minus rerum plurimarū bono
perfruamini. Quæ quidē mala ne fiant: sed bona poti
us: mihi uidetur: ut per publicū sacrificium: perq; deo
rum attestationem in hæc pacta cōueniatis. Te quidem
o Cyre: si quis aut regionem persida bello appetierit:
aut persarum leges rescindere temptauerit: auxiliū pa
triæ laturū om̄ibus uiribus. Vos autem o persæ: si quis
aut imperio Cyrum priuare aggrediatur: aut si subdi
torum mancipiorū quisq; defecerit: futuros auxilio &

uobis ipsis: & Cyro ad quicquid hic præcipiat. Atq; do nec ego in uiuis sum: meum sit in persis imperiū. Sed ubi ipse idē obiero: regnū scilicet erit Cyri: si uixerit: cū q; hic ī ipsas uenerit si religiose uobiscū se gesserit: ut hic sacra pro uobis faciat: quæ nūc ipse sacrifico. S; ubi hic naturæ cōcesserit: recte uobis cōsultū erit mea sētētia si ex genere q̄ uobis futurus optimus uideatur. hic legitima dijs immortalibus persoluat. Quæ cābyses cū dixisset: probata sunt & Cyro & magistratibus persarum Atq; hæc ut tum pepigerunt atq; deos attestati sunt: ita etiam hac tempestate facere inuicē & persæ & rex perseuerant. His autē gestis abijt Cyrus: qui ubi uenit in medos ex patris matrisq; sententia uxorem capit Cyaxaris filiam: quæ fertur hoc etiam tempore fuisse pulcherrima. Et si historici quidam tradunt Cyrū matris sororem duxisse uxorem. Sed ea etiam anus fuisset omnino. Continuo autem ubi cœpit uxorem eam secum habēs soluit ex media: qui ubi fuisset babylone uisum est ei satrapas iam esse mittendos in gentis subiugatas At q; eos quidē qui in arcibus præsidijs præerāt: atq; millenarios quos prefecerat custodiæ regionis: noluit aliū parere q̄ sibi: hæc prospiciebat quoniā cogitaret ut si quis satraparū præ diuitijs atq; hominū multitudine contumelia se esset affecturus temptaturusq; minus parere cōtinuo. in regione haberet qui aduersarētur. Hæc igitur uolens agere: decreuit cōuocare primū tempestiuos: eisq; prædicere: ut scirent euntes: quæ [illegible]nt facturi Existimabat enim ita facile eos esse laturos. Vbi autem aliquis esset constitutus princeps talia q; accœperit: putabat Cyrus hæc illos laturos moleste: quippe qui arbis

traretur hæc facta esse propter ipsorũ in fidelitatẽ. Sic igitur uocatis illis in contionẽ huiusmodi uerba locutus ẽ. Viri amici sunt uobis in urbibus subiugatis præsidia præsidiorũq; præfecti: quos tum reliquimus Et his ego abiens iussi ut aliam ad rem nullam essent curiosi ꝙ ad seruãdas urbis: hos igitur a magistratu nolo amouere: quoniã bene imperata seruauere. sed alij satrapæ uidentur mihi mittendi: qui imperant habitãtibus: qui ꝗ accepto tributo: & præsidiarijs militibus dent stipẽdium: & aliud quodcunq; opus est soluãt. Videtur etiam mihi e uobis hic agentibus: ꝗbuscunq; negocia præbeo cum ullos mitto acturos aliquid in has gentes & agros tribuendos illic esse & ædis quo & tributũ huc ad uos dent: & cum illuc eant: in propria habeãt diuersorium. Hæc locutus est deditq; amicorũ multis in omnibus subiugatis urbibus & ædis & subditos: & nũc etiam sunt illorũ posteris qui hæc tum accepérũt agri permanentes alij in alio solo. Ipsi autem habitãt apud regem. Oportet autem inquit ut satrapas euntis in has regiones talis ipsi consideremus: qui meminerint huc etiam mittere: quicquid aut pulchri aut boni in quolibet solo fit: quo nos quoq; qui hic sumus participes simus bonorum omniũ quæ ubiq; sunt. Et enim si quid alicubi graue fiat: nobis erit ulciscendum. Hæc locutus Cyrus tum quidem dicẽdi finem fecit. Dein uero quos ex amicis cognouit cupidos eũdi in dicta loca electis ex his qui aptissimi esse uidebãtur: eos misit satrapas. In Arabiam quidem Megabyzum: in cappadociã Artabatam: in Phrygiam magnã Artacaman. In lydiam uero & ioniã Chrysantam: in Cariam cadusium ut cares

Satrapas in sibi subiectas prouincias misit Cy.

etiam petierunt. in Phrygiam uero quæ adiacet hellesponto & æolidi: Pharnuchū. ciliciæ autem cypri et paphlagonū non misit persas satrapas: quoniā ultro uisi sunt una secum bellum gessisse aduersus babylona. Atq; tributa quidem ut hi quoq; deferrent: ordinauit. Vt autem tum Cyrus constituit. Sic item hoc tempore & sunt regis artium custodiæ: & millenarij: qui custodibus præsunt: a rege constituti sunt descriptiq; apud regem. Iussit præterea satrapis omnibus quos mittebat: ut pro uiribus ea omnia imitarentur: quæ ipsu; facere uiderent. Et primū quidem: ut equites constituerent aurigasq; ex his persis & socijs: qui una secuti sunt: et quicunq; agrum principiaq; cœpissent hos cogerēt: ut ad fores irent temperantiæq; studerent: & sese utendū satrapæ præberent si quare opus esset: atq; ut filios: qui nascerentur: instituerent ire ad fores: quēadmodū apud ipsum. Insuper ut satrapes educeret ad uenationē eos: qui sunt ad fores: et ut satrapes ipse: & qui una cum eo sunt: res bellicas exercerent. Quicunq; autem dixit: mihi reddiderit pro ratione potētiæ plurimos currus plurimosq; & optimos equites hunc ego ut bonum sociū bonumq; cōcustudem imperij & persarū et mei honoribus prosequar. Ad hæc præferantur apud uos quoq; quemadmodū apud me uiri optimates cæteris in cōcessu. Et mensa etiam sit: sicuti mea: quæ alat primū famulos: dein satis sit ornata ad impartiundū etiam amicis: & ut eum: qui pulchri aliquid fecerit: quotidie rursus munere. Insuper hortos comparate: atq; nutrite feras: & neq; ip si unq̄ sine labore cibum apponite: neq; equis sine exercitatione pabulum inijciet: haud eni pos

ſim ipſe:qui unus ſum:humana uirtute bona oim̄ ueſtrum ſeruare ſemper. Sed oportet me: qui bonus ſim. auxilio eſſe uobis una cū his bonis:quæ a me ſunt. Idētidem quoq; uos qui ipſi boni ſitis:cum his bonis: quæ uobiſcum ſunt mihi eſſe ſocios. Vellē præterea:uos hoc etiam animo uobiſcū uolutaretis me nihil horū ad quæ nunc uos hortor:ſeruis imperare:ſed quæ uobis faciūda dico:hæc:item ipſe omnia enitor agere. Et quemadmodum ego uobis iubeo ut me imitemini:ſic item uos: qui a uobis magiſtratus habent: ut uos imitentur: eos docetote. Atq; hæc ut tum Cyrus conſtituit: etiam hoc tempore eodemmodo omnes quæ ſub rege ſunt cuſtodiæ ſimiliter aſſeruantur. Omēs autē principū ianuæ idemtidē celebrantur ædeſq; om̄s & magnæ & paruæ ſimili ratione habitantur. Atq; omnibus uiri optimates præferuntur in conſeſſu præſertim:omniaq; itinera eodēmodo conſtituta ſunt & omibus ſummatim comprehundūtur multæ actiones:cum pauci ſint præfecti. Hæc locutus Cyrus ut ſingulis eſſent agenda:datiſq; cuiq; uiribus:eos emiſit. Pronunciauitq; omnibus ut ſe pararent:utpote quod in proximū annū in expeditionē eundum foret: faciunduſq; cenſus & uirorū & armorū & equorū & curruū. Cōſiderauimus hoc præterea:quod Cyro auctore ut aiunt:hac quoq; tempeſtate perdurat. Soluit enim uir annuatim ſemꝑ exercitū ſecum habēs:quo ſicui ſatraparū auxilio opus ſit:auxilium ei afferat. Sin aliquis contumelia utatur: ut eum ad ſuauitatē redigat. Quod ſi quis negat aut ſolutionem tributorū:aut inhabitantiū cuſtodiam:aut ut ager colatur:aut aliud quicq; eorum quæ ſint conſtituta re

liquerit ut hæc omia disponat:modereturq̃. Sin id mi
nus queat:regi ut nunciet. Quod rex audiens cõsultat
de eo qui inordinate quid egerit: & qui sæpe dicũtur
regis filius descẽdere:regis frater:regis oculus:& quã
doq̃ minime apparent:hi sunt regij quæsitores. Amo
uetur enim eorum quisq; rex iusserit. Insuper didici
mus aliud Cyrum excogitasse ad imperij magnitudi
nem:ex quo celeriter sentiebat: quomodo ea haberent:
quæ permultũ etiam distarent. Cum enim cõsiderasset
quantum itineris equus faceret die equitans quantum
sat esset:fecit equorũ stabula tantundem distãtia:in qui
bus equos constituit:& qui equorum diligentiã habe
rent:uirũq; quolibet in loco ordinauit: qui aptus esset
ad accipiendas litteras:quæ ferebantur:easq; tradẽdas
quiq̃ reciperet equos defatigatos atq̃ homines:recen
tisq; alios mitteret. Interdũ etiam ferunt ne noctes quis
dem sufficere huic itineri. Sed diurno nũcio nocturnũ
succedere. Quibus rebus ita gestis aiũt quidam hoc iti
neris uelocius perfici:q̃ gruũ uolatũ. Quod si hoc mẽ
tiuntur:illud certe manifestum est hanc pedestrẽ pro
fectionẽ uelocissimã esse humanorũ pedestrium itine
rum. Et quodq; bonum ubi sit q̃celerrime intellectũ
q̃celerrime etiam curari. Sed ubi annus præterijt:coe
git Cyrus exercitum suũ ad babylona:cui fuisse fertur
equites ad cẽtum uigintimillia:currus falcatos ad duo
millia:pedites uero ad quingẽta uigiti millia. Vbi ue
ro hec parasset Cyrus:mouit hunc exercitum: quo fer
tur subiugasse gentes eas omnis: quæ ab incunte syria
habitant usq; ad mare rubrum. Postea uero expeditio
facta dicitur in ægyptum:subiugasseq; ægiptum. Ex

Cy. instituit ubique mutandi tum equos tum homines & cito ferendas litteras.

hinc imperium terminauit Cyro ad orientem rubrum mare: ad septemtriones pontus euxinus: ad occidentē: cyprus & ægyptus: ad meridiem æthyopia. Horū autem mutæ aliæ propter calorem: aliæ propter frigus: aliæ propter aquam: aliæ uero propter ariditatem sūt cultu difficiles. At Cyrus in harum medio uitam agēs tempore hyemali degebat babylone septē mēses: hæc enim regio clemens est. Per ueris autem tempus: tres menses degebat susis: in æstatis autem uehemētia menses duos agebat Echatanis. Sic autem Cyrus dum faceret: ferunt eum & calores et frigora degere semper solitum in uerno tempore. Et usq; adeo homines erant in eum affecti: ut omnis gens deterius habere uideretur: nisi ad cyrum misisset: quod pulchrū eis in regione uel oriretur: uel nutriretur: uel arte excogitaretur. Omnis etiam urbs idētidem: omnisq; uir priuatus fieri sane diues uidebatur: si quid Cyro largiretur. Etenī Cyrus a singulis ea accipiens: quibus dantes abundabant: ea retribuebat: quorum eos esse inopes sentiret. Verum cum ita æuum processisset Cyrus iam admodum senex uenit in persas anno septimo sui imperii: cuius pater materq; iamdiu ut par erat diem obierant. Atq; Cyrus sacrificauit uictimas legitimas duxitq; chorum persis more patrio: & omnibus tribuit dona: ut consueuerat. Cūq; dormiret in regia: uisus est ei aduenisse melior quidā: q̄ natura humana eiq; dixisse: para te o cyre: iam enim abis ad deos. Quod somnium intutus excitatus est: propeq; intelligere est uisus uitæ exitū adesse. Itaq; hostiis cōtinuo captis eas sacrificabat et Ioui patrio & soli & aliis diis in cacuminibus: ut persæ sa

Cy. senectus

Cyri visio

crificant ita ords. Iupiter patrie. ac sol dijq; omnes hæc accipite & ultima sacrificia multarum: pulchrarūq; rerum gestarum & gratiarū dona: quod significastis mihi & in sacris & in signis celestibus et in augurijs & in rumoribus: & que agenda erant: & que nō agēda. Multa autem uobis gratia: quod & ipse noram diligentiam uestram: & nunq; in rebus secundis super hominem sum elatus. Peto autem a uobis: ut detis etiam nunc filijs quidem meis: & uxori: & amicis: & patriæ fœlicitatem. Mihi autem quale dedistis æuum: tale detis etiam vitæ exitum. Que Cyrus cum fecisset: domūq; reuertisset: uisus est suauiter quiescere: cubuitq; Sed ubi hora iam erat: eum adeuntes qui cōstituti fuerant: iubebant: ut lauaretur: ad quos respondit libenter se quiescere. Rursus hi constituti: cum tempus esset: cœnam apposuerunt. At Cyrus animo cibum quidem nō appetebat: sed uisus est sitire: bibitq;: & suauiter quidem. Sed ut postridie eius diei ac die item tertio: hæc item ei accidissent: filios uocauit: ij enim secuti eū fuerant: & erāt in persis. Vocauit præterea amicos magistratusq; persarum: quibus omnibus presentibus loqui cœpit in hunc modum. Filij mei charissimi: et uos amici omnes: qui hic adestis: uite finem adesse iam mihi ex multis equidem rebus perspicue cognosco. Vos autem decet: cum obiero: omnia & dicere & facere perinde atq; fœlicitatem adeptus sim. Ego enim & cum puer essem: quæ in pueritia honosta existimantur: eorum mihi uideor fructum consecutus: & ubi excessi in ephebos adolescentiæ honestate: & perfectus uir factus: quæ in uiris honesta sunt: his sum perfructus. Et cum una cum

Cyri oratio ad filios et amicos ante ipsius mortē habita

ætate procederem: mihi auctas cognoscere uisus sum ui res meas. Itaq; senectutem meam nunq̃ sensi esse mea factam iuuenta imbecilliorem. Neq; aliquid aut cupisse aut aggressum me noui quod minus mihi contigerit undiq; amicos meos per me factos esse fœlices. Hostes uero a me actos in seruitutem atq; meam patriam: quæ antea in asia nullum habebat imperium: nunc præ cæteris relinquo honoratã. Quecunq; adeptus sum: eorũ nihil noui minus mihi seruari. Et superius quidẽ tempus ita gessi: ut optaui. Cum metus autem me comitaretur: nequid in futurum uel uiderem: uel audirem: uel paterer molestum: is me non sinebat prorsus esse magno elatoq; animo: neq; lætari absolute. Nunc uero si moriar relinquo uos filij uiuos: quos dij immortales dederunt mihi. Relinquo etiam patriam & amicos fœliciter agentis. Quare qui ego minus iure memoriam beatitudinis in omnem ætatem consequar? Est autem a me declarãdum: cui regnum sim relicturus: ne id si ambiguum sit: negocia uobis præbeat. Equidem uos o filij ambos æque amo. Verum & consilio prouidere: & ducem relinquere tempus uidetur esse hoc ei imperio: qui & prior est natus: & rerum plurium consentanee peritus. Institutus autem est etiam ita ipse & a mea et uestra patria senioribus non solum fratribus: uerum etiam ciuibus & in cedendo: & sedendo: & dicẽdo cede re. Atq; uos ego filij ita initio institui: ut & seniores honoraretis: et honoraremini a iunioribus. Quare ita admittite: quæ a me dicuntur ut & uetera & usitata & legitima. At tu quidẽ o Cambyses regnũ habe & dijs dantibus & meipso: quantũ in me est. Tibi uero o

Cyri moriturus uerba.

Testamentũ

Tandoq; dares Satrapæ esse do & medorum & armēto rum:& tertium cadusiorum. Hæc uero dans tibi:existi mo:imperiū quidem maius atq; regni nomen seniori fi lio reliquisse. At felicitatem tibi cum minore molestia. Qua enim humana lætitia cariturus sis:haud equidē uideo. Quin oīa tibi sunt affutura:quæ uidentur affice re homines uoluptate. Sed cupere res factu difficilioris ac multū esse sollicitū neq; posse quietem habere:qui sti muletur emulatione rerum a me gestarum & insidias tendere obijciq; insidijs:hæc necessario magis illū: qui regem gerit:q̄ te consequantur:quæ quidem ipsa ut perspicue nosti multas ei:qui lætari uelit:præbent occu pationes. Quare quod etiam te cambyses minime latet: non est aureum hoc sceptrum quod regnum seruet sed amici multi sceptrum sunt regibus uerissimū maxime q; securum. Verum ne putes homines nasci natura fi dos:omnibus enim ijdem fidi apparerent:quemadmo dum etiam alia quæ natura gignuntur omnibus appa rēt eadē. Sed fidos oportet sibi unusquisq; faciat. Quo rum comparatio nullo modo fit ui:sed beneficentia po tius. Itaq; si alios quosdam temptabis regni concusto des efficere:nusq̄ aliunde prius incipe: q̄ ab eo qui ex eodem loco natus est. Quare et homines ciues alieniges nis præferendi sunt. Et qui una sunt alti:ijs qui contu bernales non sunt. Qui autē ex eodē sæmine sunt orti: et alti ab eadem matre: & in ijsdem mœnibus adoles uerunt:& ab ijsdem sunt dilecti parentibus:& eādem matrē eūdēq; patrē appellant:quomodo hi minus sunt omnibus propinquitate præferēdi? Nolite igitur quæ dij immortales bona admonent ad familiaritatem fra

tribus:inania unq̃ facere:sed ad hæc continuo paratē alia amicitiæ opera:& ita semper insuperabilis uobis inuicem futura est charitas. Qui fratri prouidet: seipsum curat. Cui. n. alij:qui frater est magnus adeo bonū sit:ut fratri? Quis alius honorabit uirum:qui magnis sit uiribus ita:ut frater? Quenā timebit quisq̃ iniuria afficere:si frater sit magnus:ut fratrem? Nemo igitur te celerius huic audiat:neq̃ alacrius adsit. Nemini enī magis propria sunt huius neq̃ bona neq̃ mala: q̃ tibi Cogita hæc præterea cui gratificeris:unde maiora consequi speres:q̃ huic? Cui etiam si auxilium feras;ualētiorem socium belli recipias? Quem præterea turpius ē non amare q̃ fratrem? Quem oīm pulchrius est anteponere:q̃ fratrem? Solus quidem o cambyses frater est qui si prioris habet partes apud fratrē neq̃ inuidia uenit: ab alijs. Quin per deos patrios filij mihi carissimi honorate uos inuicē:si quid etiam tunc mihi gratū facere cura est uobis. Non eñ sane hoc uidemini nosse dilucide. Me nihil amplius esse:cum ab humana uita decessero. Nam ne nunc quidem animū meū uidebatis:uerum; ex his quæ ageret:eum esse cernebatis. Animi uero eorum qui iniuria passi sunt:nōdū didicistis:quos metus sceleratis parricidis iniiciunt:quas ultricis afflictiones in nefarios immittūt. Vita autem functis putetis ne honores fuisse adhuc duraturos: si eorum animi nullius rei ius haberent? Nullo modo ego filij ne hoc quidem mihi unq̃ persuasi; ut animus uiuat:donec fuerit in corpore mortali. Cum uero ab hoc solutus fuerit moriatur? Video enim eum corpora mortalia:quantum temporis in his sit:uiua præstare. Neq̃ sane animus mea

filios ... Cy. ad ... opem.

Anima immortalem asseuerat.

Hæc oīa Ciceroin de Senectute, sed longe melius ut ...

sententia stupidus est atq; insipiēs: cum separetur a stupido insipientiq; corpore. Sed cum mens mera ac pura ab eo discreta fuerit: tum etiā consentaneū est ipsa; maxime & uigere et sapere. Cum uero homo dissoluitur minime est obscurum abire singula ad cognatam speciem ac suā. animo tamen excepto qui solus neq; dum adest: neq; dum abest: uidetur. Cogitate praeterea nihil esse morti somno similius. At hominis animus tum scilicet maxime diuinus pspicitur: & tum futurorum aliquid prospicit. In somno enim ut uidetur: maxime liber redditur. Quare si haec ita habent: ut ipse mihi persuadeo: & animus relinquit corpus: uos o fili uerentes animum meum: facite quae uos rogo. Quod si ita non habent sed manens animus in corpore una cum corpore interit: deos saltem qui semper sunt. & omnia uident & omnia possunt: quiq; hūc rerum omnium: ordinem continent certum: & immortalem & sine errore: quiq; prae pulchritudine atq; magnitudine enarrari non potest: hosce uos metuentes nihil usq; impiū. nihil nefarium neq; feceritis neq; consultaueritis. Et post deos quidem hominū etiam genus omne quod semper propagatur uobis uerendum est. Non enim uos dīj in tenebris operiunt: sed opera uestra necesse est semper in propatulo uiuere apud omnes: quae si pura et sine iniuria appareant: reddent uos inter omnis homines potentissimos. Quod si quid iniusti inter uos inuicem cogitabitis fidei dignitatem apud omnis homines amittetis. Nemo enim amplius credere uobis possit: ne si uos admodum eam praestare uelitis: intutus ille quidem cū a uobis iniuria affici: qui necessitudine sit cōiunctissimus.

Si igitur ego uos satis doceo: quales inuicem esse debe atis bene est. Si id minus: saltem ab illis discite: qui ante nos fuerunt. haec enim optima est doctrina. Multi. n. perseuerarũt in amicicia: parẽtes quidem cum filijs & fratres cũ fratribus. Et horum iam aliqui contraria inuicem gesserunt. Quibus igitur alterutris quae gessere conduxisset senseritis: haec si eligatis: recte consultetis. Et de his quidẽ iam satis fortasse. Meum uero corpus: o mihi carissimi filij cum moriar: neq; in auro condite neq; in argento: neq; in alia re prorsus ulla. Sed illud terrae redditae q̃primũ. Quid. n. hac re beatius q̃ terrae misceri: quae pulchra oĩa: bõa oĩa & gignit & nutrit Ego uero & alias me humanũ praestiti: & nunc iucũde mihi uideor eius rei particeps fieri: quae benefica est in homines. Enimuero iam inquit animus mihi uidetur deficere. Vnde ut uidetur: incipit omni ex parte me relinquere, Quare si quis uestrum aut dextrã meam tangere aut oculum meum: dum adhuc uiuo: intueri uelit: me adeat propius. Verum ubi ego oculos clausero: peto a uobis filij: nemo amplius corpus meũ intueatur. neq; uos etiam ipsi. Atq; persas quidem omnis ac socios inuitate ad monumentũ meum: qui una mecum laetentur quod iam securo in loco futurus sum: utpote qui nihil amplius mali patiar: neq; si cũ dijs fuero: neq; si nihil amplius sim futurus. Quicunq; autẽ uenerint hos his beneficijs affectos: quaecũq; existimatis in homine esse felici dimittite Et hoc ad postremũ de me memineritis si in amicos benefici fueritis: poteritis etiã plectere inimicos. Ac ualete filij carissimi: matriq; haec nũciate uerbis meis. Et qui hic adestis: & qui abestis amici ualete

omnes. Hæc locutus cum dedisset omnibus dextrā: oculos clausit: & ita diem obijt. Quod pulcherrimū q̄dē ac maximū regnorū oīm Asyę Cyri fuerit regnū: ipsū; de se testimoniū prebet. Terminos. n. habuit ad oriētem mare rubrū: ad septētriones pontū euxinū: ad occidēte; cyprum & ægyptū: ad meridiē æthiopiā. Id autē imperium cum tanta esset magnitudine: una Cyri sententiā gubernabatur: qui etiā ipse subditos suos æque ac filios & honorabat & colebat: & Cyrum subditi perinde quasi patrē uenerabant. Vbi Cyrus excessit e uiuis: continuo ipsi filij inter se dissedere: cōtinuoq; urbes ac gentes defecere. Sicq; in deterius omnia uersa sunt. Quod autē uera a me narrant: incipiā a rebus diuinis: hæc docere. Noui. n. & regem prius & qui sub rege essent etiā his qui ultima scelera perpetrassent: siue iusiurandum iurati essent: inuiolatum præstare: siue dextras, dedissent: constantissime obseruare solitos. Quod si minus tales fuissent: & huiusmodi de se opinionem nō præbuissent ne unus quidem credidisset eis: quemadmodū nūc nemo amplius credit: posteaq̄; cognita est eorum impietas. Sic utinā neq; tunc illi credidissent: qui duces una cum Cyro ascenderūt. At hoc tempore: qui priori de ijs opinioni adhibita fide: ubi credidissent sese. ad regem acti: obtruncati sunt. Multi etiam eorum barbarorum: qui una militarūt: alij alijs decepti suasionibus periere Multi prætere etiam ijs in rebus nunc sunt deteriores Antea enī si quis aut periculum subijsset pro rege: aut urbem gentēue in seruitutem egisset: aut aliud quicq̄; pulchri boniue ei peregisset: hi erant: qui in honore habebantur. At nunc etiam siquis quemadmodum Leo-

mithres uxorem ac liberos amicorumq; filios obsides apud ægyptum liquisset: isq; maximū iusiurādum iuratus foret: essetq; id transgressus: quo uideretur aliqd emolumenti fecisse regi: hi sunt: qui maximos honores præmiȳ loco habent. Hec igitur uidentes Asiatici omnes ad impietatem & iniusticiā uersi sunt. Quales enī fuerint præfecti: tales etiam. qui sub ipsis sunt: frequentius fiunt. Ob eamq; rem maiore utuntur licentia nūc q̄ antea: præsertim circa pecunias: ut sunt iniustiores. Non enim eos solum qui magnis se delictis fecerūt obnoxios: sed iam hos item: qui nihil fecerunt iniuste: cōpræhensos cogunt nullo iure pecunias soluere. Quo fit ut nihilo illi minus: qui uidentur esse ditissimi: q̄ qui multa per iniustitiam deliquerunt: in metu sint: adeo ut neq; in manus ȳ ire uelint potētiorūq;: neq; audeat conuenire cū exercitu regio. Igitur quicūq; bellū cum his gerat: omnibus licet in regione ipsorū sine pugna uenari: utrūq; uelint ꝓpter illorū tum impietatē erga deos: tum iniusticiam erga hoies. Mētes igitur eorū: ita sunt oino nūc deteriores q̄ antiq̄tus. Quod aūt ne corpora quidē exercent: ut antea cōsuerūt: nūc itē hoc exponā. Lex erat apud eos neq; spuere: neq; mucū facere. Est autē manifestū hæc eos lege sanxisse: non quia parcerent corporis humori: sed quoniā uellent per labores ac sudorem reddere corpora solidiora. Hoc uero tempore non spuere quidē neq; emungi adhuc perdurat. Sed labori nusquā studetur. At qui antea erat persis legitimū comedere semel: quo toto die uterentur & circa res gerendas: & circa labores. Hac uero tempestate semel cibum capere adhuc permanet: sed uesci incipiētes quē

admodum qui summo mane prādent:ad illorum usq; tempus comedentes potantesq; degunt:qui extremo ue speri cubant. Erat autē his legitimū:ne urcei importarētur in symposia:quippe qui putabāt:si minus nimis potarent:minus corporibus ac mentibus prosternerentur. Hac uero tempestate q urcei non importentur adhuc permanet. Tantum autē bibunt:ut pro importādis urceis ipsi exportentur:quoniam nequeant amplius erecti egredi. Atqui ille quoq; mos patrius ijs erat:ut dū iter facerent:neq; comederent:neq; biberent:neq; horū gratia quicq; rerum necessariarum facerent:quod pateret. Nunc autē ab ijs abstinere adhuc perdurat. Sed itinera faciunt adeo breuia:ut minime sit mirandū:quod a rebus necessarijs abstineant. Atqui ad uenationē quoq; totiens antea exibāt:ut pro exercitatione uenatores satis essent & ipsis & equis. Sed ubi Artaxerxes rex: et q ei erant familiares:redditi sunt uino inferiores:nō amplius eodem modo neq; ipsi egrediebantur:neq; alios ducebant ad uenationes. Quin potius si qui laboris studiosi atq; industrij una cum suis equitibus simul uenarentur. liquido ijs inuidebant:& ut seipsis meliores oderant. Prætereà puerorum institutio ad uenandū adhuc perdurat. Sed disciplina & meditatio equitādi extincta est:quoniā eo non eunt:ubi antecellere uideātur. Et quoniā pueri cum illic antea lites audirent:pro iure iudicari:uidebātur discere iusticiam. Et hoc omnino cōuersum est:quoniam certo uident eos uictores:utri plus dederint. Sed eorum uim:quæ e terra oriuntur: pueri antea discebant quo utilibus uterentur:& a perniciosis abstinerent. Nunc uero uidētur hæc discere:quo ma

la ꝙ plurima perpetrent. Nusꝙ igitur plures: ꝙ illic: neq; moriuntur: neq; corrumpuntur ex uenenis: Quin etiam: multo nunc delicatiores sunt: ꝙ Cyri tēporibus. Tum enim adhuc disciplina persica: & continentia utebantur: medorum uero stola atq; lauticia. Sed hoc tempore persicam constātiam æquo animo uident extingui at medorum molliciē diligenter seruant. Declarare autem uolo eorū quoq; delicias. Illis enim primum cubilia non modo satis est substernere molliter: uerū etiam lectorum pedes in tapetibus locant: ne pauimentū renitatur. Sed ut tapetes cedant. Insuper quæ ludo iaciebātur ad mensam: et quæcunq; reperta sunt antea: eorum nihil ablatum est. Sed & noua semper excogitātur: et obsonia idētidem: & enim utrarūq; harum rerum noui artifices comparantur. Insuper hyeme non solū his satis est caput et corpus atq; pedes tegere sed extremis manibus chirothecas crassas habent & grandioris anulos. Ac æstate quidem non his satis sunt neq; arborum neq; saxorum umbræ: sed in his umbras alias homines molientes eis astant. Vtq; pocula ꝙ plurima habeant. Hac re gloriātur: quæ si iniuste comparata sint: id nulli sibi dedecori ducunt. In illis enim & iniustitia lucri ꝙ turpitudo longe ē aucta. Atq; antea patrius eis mos erat: ne uiderentur tum proficisci pedites alius cuiusquā rei gratia: ꝙ ut equites optimi fierent. Nunc autē plura in equi, strata habent: ꝙ in cubilibus. Non enim ita equitandi curam habent: ut molliter sedendi. Quæ uero ad bellum pertinent: quo pacto in his non sunt cōuenienter omnino deteriores: ꝙ antea quibus superiore tempore patrium existebat tum eos qui terrram cole

Luxus Persarum post Cyri tempora.

chirothecas

rent:ab hac ipsa equitatores reddi qui etiam in expeditione ibãt:tũ præsidiarios si militãdũ esset:pro regione stipendiarios esse. Nunc uero qui ostiarij sunt:& ciborum obsoniorumq; artifices:& pincernæ & balneatores:& qui ad mensam apponunt:& qui e mensa tollunt:& qui dormitum agunt:& qui a somno excitãt & ornatores:qui & coloribus eos liniunt.infricantq;: aliaq; decenter aptant:hosce omnis qui potestatem habent:equites faciunt:que sibi stipendiũ ferant. Multitudo igitur ex his quoq; apparet:& nulla eorũ ad bellum utilitas:hoc etiam res declarant ipse:nam per eorum regiones hostes facilius uersantur q̃ amici. Cyrus enim cum iactũ ferentariorũ amouisset:thoracibus autem & eos & equos armasset:& pilum unum cuiq; dedisset in manũ:cõminus pugnã faciebat. Sed hoc tẽpore neq; iactu utuntur amplius:neq; congrediẽtes cõminus preliantur. Atq; pedites habẽt quidem ipsi crates & mucrones:& securis:quẽadmodũ Cyri temporibus pugnaturi. Sed cõminus congredi neq; hi uolunt: nec itẽ falcatis curribus ad id utũtur amplius:ad quod eos Cyrus est fabricatus. Cyrus enim cum aurigas amplificasset honoribus:bonosq; reddidisset:habebat qui in arma impetum facerent. Persæ autem huius temporis cum ne norint quidem eos:qui sunt in curribus censent similis esse qui exercitatione carent eos fore qui exercitati sunt. Et hi quidem adoriũtur. Sed prius q̃ fuerint inter hostes:alij e curribus ultro excidũt:alij exiliunt. Quo fit:ut iugales aurigis carentes pluribus sæpe malis amicos q̃ hostes afficiant. Quoniam ni mirũ ipsi quoq; cognoscunt:qualia sibi proposita sunt belli

premiã remittũtur:nemoq; amplius sinẽ grecis ad bellum constituitur:neq; cum inuicem belligerãt:neq; cũ græci agunt contra eos exercitum. Sed etiam aduersus hosce didicere cũ grecis bellũ gerere. Et ego q̃dẽ arbitror quæ pollicitus sum. ea mihi aliquãdo absoluta esse Existimo enim persas atq; persarũ socios & magis impios esse aduersus deos & magis nefarios in necessariis & iniustioris erga alios & ignauioris ad bellũ hoc tempore:q̃ꝫ antea fuerit demonstratum. Quod si quis secus atq; ego sentiat:si eorum is opera consideret:ea inueniet:testimonio suo uerba mea confirmare.

Illustrissimo Principi ac Domino. D. Ioanni Vuocestre comiti uicorniensi.
Omnibonus Leonicenus. Salu. pluri. dicit.

Nuper legebã Princeps Illustris Xenophõtis de uenatione libellũ:in quo magnus ille tum Rhetor tũ philosophus probare cõtendit uenãdi studiũ plus ad uirtutem habere momenti q̃ꝫ cuiuis credibile uideatur:quã ad rẽ multis rationibus utitur:sed illa nimirum potis-

ſima:quod apud Chirenem huius inſtituti magiſtrum hero es ferme omnes·quũ alias artes ingenijs maioribus dignas:tum uero præ cæteris uenationem meditati:facile omnibus quos ætas illa melior tulit:non laude ſolum ſed admiratione etiã præſtiterunt:quum fortiſſimi idẽ fuerint:ac religioſiſſimi uiri.Id ex eo cognoſci põt:quod ſibi patriæq; ſuæ præſidio et ornamẽto fuerunt:quod dijs cariſſimi omnes deorum etiam honores plerĩq; meruerũt.Itaq; magna me libelli cupido cœpit latinæ linguæ tradendi.Hæc enim eludant cæteri licet quæ de talibus uiris memoriæ produntur:& ea dicant fabulis ſimiliora eſſe q̃ ueris.Ego cũ te uitæq; inſtitutionem conſidero dubitare non poſſum id optima ratione factum:ut hanc uenãdi meditationem quæ te in primis delectat:magni uiri nihil ab honeſtioribus ſtudijs alienam eſſe putauerint.Nihil enim tibi deeſt ad laudis & glorie cumulum:quem non ut cæteros uirtutibus præditos uidemus ſingulis fere ſingulos:fide Fabricium:pietate Regulũ:continentia Catonem:iuſtitia Camillũ.magnificẽtia Lucanum:humanitate Marcellum:ſed omnibus pariter bonis ornatum uidemus:quæ uel hominibus natura tribuere poteſt uel induſtria cõparare.Quo circa libellum hunc latinum facere:tuoq; ipſum nomini princeps illuſtris deuouere ꝯconſtitui. Opus(ut arbitror)aggreſſus nec tibi iniucundum.Cuius enim rei exercitatione lætaris eiuſdem profecto lectione gaudebis:nec cæteris inutile.Nam quæ Xenophon docet:tu cum ea facias:hinc auctoritate ducti:iuuenes hinc exemplo:hũc demq; uerum laborem uanis uoluptatibus ante ponere incipient. Vale

XENOHPONTIS DE VENATIONE LIBELLVS A CLARISSIMO VIRO OMNI BONO LEONICENO IN LAtI NVM TRA DVCTVS

ENATIO ET CANES DEORUM inuentio fuit Appollinis atq; Dianæ. Hac uero propter iusticiam donarunt ornaruntq; Chironem: quo ille accœpto dono lætus utebat̃. Hinc & uenationis & bonarū aliusmodi artiū discipuli fuere Cephalus Aesculapius. Milanion Nestor Theseus Hyppolytus Palamedes Vlysses Menesteus Diomedes Castor Pollux Machaon Podalirius Anthilochus Eneas Achilles: qui per id tempus dijs cari fuere. Nemo autē miretur quod pleriq; eorū: tametsi dijs placerent: tamen mortui sunt: hoc enim naturæ est: sed laudes ipsorum ætate magnæ fuerūt: omnibus enim Chironis uita suffecit. Iupiter enim Chironq; fratres ex eodē patre: s; ille Rhea hic nayade nympha matre: itaq; natus est ante illos: mortuus uero postq; erudijt Achillem. sed canum uenationisq; & aliarum artiū studio quum multum uirtute prestarent: admirabiles fuerunt. Et Cephalus quidem a dea raptus est. Aesculapius maiora consequutus ut mortuos suscitaret: ægrotos sanaret: quapropter deus quum sit: perpetuam gloriam obtinet. Milanion tantum studio laboris excelluit: ut ex

riualibus suis qui ad maxima connubia digniores erãt Atalantæ nuptias solus consecutus fuerit: quarum spe ctatissimos æatis illius uiros æmulos habuit. Nestoris uirtus græcorum aures ita occupauit: ut nõ apud ignaros loquar. Amphiaraus quum aduersus thebas militasset: plurimam laudem adeptus deorum honores immortalis obtinuit. Peleus effecit ut sibi thetim dij desposare cuparent: & nuptias apud Chironem celebrarent. Thelamon tantus euasit: ut ex urbe maxima sibi quam uolebat Alcathoi filiam peribæam uxorẽ duxerit. Et quum græcorũ princeps capta Troia Iouis Hercules militaria dona tribueret: hesionem ipsi habendã tradiderit. Meleager quos honores cœpit planum est: patris autem qui oblitus est. In senectute deam infortunium habuit. Thescus græciæ totius hostes solus perdidit: auctaq; patria nunc etiam admirãdus perhibetur. Hippolytus Dianæ carus: modestia et pietate inter beatos habitus oppetijt. Palamedes dum uixit omnes ætatis suæ uiros plurimum sapientia prestitit. Post iniustam uero mortem uindicatus a dijs quantũ alius nemo Occisus est autem non unde arbitrantur nõnulli; neq; enĩ fuisset hic prope optimus ille bono similis: sed improbi facinus perpetrarunt. Menesteus præ industria uenandi tantum laborãdo preualuit: ut huic bellicis rebus græcorum primi cedere fateantur: excepto Nestore: qui nec ipse quidem superior: sed par esse censetur Vlysses et Diomedes per singula clari: ad summã causa fuerunt ut Troia caperetur. Castor et Pollus his quæ a Chirone didicerant tantũ in græcia claruerunt ut propter eorum opinionem immortales fuerint. Ma

chaon & Podalirius his itidem omnibus eruditi: & arte & oratione & bello prestantes euasere. Antilochus pro patre moriens: tantum glorie cõsequutus est: ut apud græcos solus predicetur patris amator. Eneas dijs penatibus seruatis: seruato & ipse patre gloriam pietatis emeruit. huic & hostes uni ex omnibus quos ad Troiam ceperant ius belli abstinuere. Achilles in hac disciplina educatus: documenta de se a deo pulchra & magna dedit: ut de illo nec dicẽdo quisq̃ nec audiendo satietur. hĳ tales Chironis diligentia fuerunt: quam nunc etiam & boni admirantur: & mali detractant. Itaq; in græcia si cui uel Ciuitati uel Regi calamitates uenere: liberatores ipsi fuerũt. Si uero uniuersæ græciæ cum barbaris certamen uel bellum fuit per eos græci uictoriam obtinuerũt. Eo factum est ut græciam ipsi inuictam reddiderint. Quo circa iuuenes admoneo: ut uenationis disciplinam q̃ aliam minime cõtemnãt: hinc & enim bello strenui cæterisq; rebus euadunt: ut bene & dicere & facere cogantur.

De persona uenatoris.

C Vm igitur e pueris excesserint: primũ uenandi studium obire oportet. Deinde aliarum artium (si quis uisus fuerit habere facultatem) quæ quidem alĳs idonea est ut inde non parum iuuantur: alĳs uero secus: ac propterea omnem diligentiam adhibebit: ut nihil quantum in se erit ommittat At uero quot quibusq; rebus instructus: ad hoc se conferre debeat expediam: & res ipsas & rerum cuiusq; scientiam: ut quum eas perceperit opus aggrediatur: nec

ſit qui hæc contemnēda putet. Nam ſine his agi nihil poſſet. Oportet rei uenatoriæ ſtudioſum lingua grecū eſſe: ætate annorum circiter uiginti: ſtatura ſane agilē & ualidum animo uero patientem: ut laboris uictor re ipſa lætetur. Sagenæ uero tenuiſſimo lino phaſiano uel carthaginenſi necnō caſſes & retia & ſagenæ quidem filis nouem magnitudo quinq; ſpithamarum: laquei ulnis undecim: plagas uero ſubijciant enodes: ut labi facile poſſint. Caſſes uero filis duodecim. magnitudo uallos capiat binos ternos quaternos quinos: Retia uero denos uigenos trigenos: nam ſi maiora fuerint fient intractabilia: utraq; uero ſint macularum triginta. Laqueorum ſpatium ſit ſagenis æquale. In faſtigio caſſes trochiſeos habeant retia anulos: plagas autem a ſpirulis: & ſagenarum quidem haſtilia longa ſint denas ulnas & eo breuiores, Et ex his alia in decliuibus locis inæqualia æqualiter ſurgant: alia in planis. æqualia ea uero ſuprenū circūflexibilia ſint ipſaq; leuia: caſſium uero his tantum. Retium quinos ſpithamas pedes modice biſulcata nec profunde inciſa: ualida omia ut nihil a lōgitudine craſſitudo diſſentiat numero haſtilium ad retia maiore uti minoreue licet: ſed ſtatuendo pauciora laborioſius teaduntur: plura ocioſius: ubicunq; uero ſagena & retia fuerint utrobiq; ſit copula canum: turma ſint & falces ut ſaltus (ſicubi oportet) cæſa ſilua claudatur.

De uario genere Canum.

Am uero Canū duo ſunt genera: hæ caſtoriæ ſunt illæ uero uulpinæ. Et caſtoriæ quidem cognomen habēt quod eas caſtor re ipſa delectatus præcipue obſeruauit. Vulpinæ quod ex canibus natæ ſint & uulpibus: quarum natura ſpatio temporis cōfuſa eſt: & hæ plures deterioreſq; ſunt ut: puſillæ & gryppæ: ut hilares ac murinis oculis deformes ſtrigoſæ infirmæ tenues proceræ inhabiles puſillanimes non ſagaces mollipedes: Puſillæ igitur ſæpe interuenandū propter breuitatem operam perdunt. Gryppæ ſine roſtro ſunt: & propterea leporem tenere non poſſunt. Hilares ac murinis oculis hebetiori ſunt acie. Deformes uero ſunt ipſo uiſu turpes. Strigoſæ a ſaltu non facile abſiſtunt ſed laboris impatientes ſunt. Infirmæ ac tenues & proceræ. Itemq; inhabiles uagis oculis grauiter incedunt. Puſillanimes opera deſtruunt: & ſe ſubumbras a ſole recipiunt ac recubant: quæ uero ſagaces non ſunt egre raroq; ſentiunt leporem. Mollipedes nec ſi magnanimæ fuerint: labores pati poſſunt: ſed præ pedum dolore deficiunt. Horum autem ipſorum canum diuerſæ ſunt etiam indagines. hæ namq; ubi ueſtigia deprehenderint: nihil ſignificantes ambulant: ut cognoſcere non poſſis an inueſtigent: illæ auribus tantummodo micant. Cauda immotæ mãent: aliæ auribus immotis ſummum caudæ uibrant: nonnullæ demittunt aures: & cōtracta fronte per ueſtigium continentes prementeſq; caudam diſcurrunt. Multæ nihil horum faciunt: ſed in

sanientes obambulant & uestigia circũ latrantes qun; in ea inciderint temere signa pretereunt. Sunt quæ ambagibus multis ac erroribus utentes quum de proximo uestigia concipiant leporem derelinquunt: & quotiens uestigia incurrunt: coniecturam faciunt. Sed ubi leporem uident trepidant: nec inuadunt priusq̃ illum moueri conspexerint: quæ uero indagando & transcurrendo aliorum canum inuenta preoccupant hæ iugiter intentæ sibi ipsæ non credunt & audaces sunt: quæ peritas laboris consocias progredi non sinunt: sed perturbãtes impediunt. Aliæ falsa amplectuntur: & quicquid nactæ fuerint plaudentes procedunt suæ sibi fraudis consciæ: quædam hoc idem faciunt insciæ. Sũt & ignauæ quæ nusq̃ a tramite declinant uestigia recta ignorantes. Atquecunq; canes uestigia si cubilium fuerint ignorant si pedum celeriter discurrunt non sunt illæ quidem ingenuæ: sed pars ab initio uehementes præ langore deinde molestiam afferunt: pars non subeunt & continuo declinant: quædam in uias stulte incidunt: & utplurimum contumaces aberrant: multa ferarum odio pleræq; hominum desiderio agitatione ommissa recurrunt: nonnullæ a uestigijs clangentes fallere tentant pro ueris falsa simulantes. Sunt quæ hoc non faciunt sed intercurrunt: & sicunde clangorem audierint ad hunc relicto opere feruntur: hæ namq; transcurrunt incertum. Quamobrem illæ quod ualde suspicantur: aliæ quod opinantur: quædam quod simulant: sed inuidia laborant. Nonnullæ quum semper una temere ferantur per uestigium se interosculantur. His igitur uitijs quorum plurima naturaliter habent: quædã etia;

quod inscite ducentur inutiles euadũt: & hæ quod cã nes studiosos etiam uenationis deterrere possunt. Quales autem eiusdem generis esse oporteat & formas & alia eiusmodi dicã. Primum igitur magnas esse oportet: leuia deinde capita symas articulosas sub fronte uenosas: elatos oculos nigros, prefulgidos magnas frontes ac latas. Caua discrimina: breues aures ac tenues: posteriora gracilia. Ceruices longas molles ac teretes: pectora lata & ab humeris non macilenta: humerorũ interualla parum distantia. Anteriora crura breuia recta teretia solida articulos rectos: latera non ualde caua sed coeuntia obliquum spinam carnosam magnitudine mediocrem. Ilia nec mollia ualde nec dura: inter magna & parua. Clũes obesas posterius carnosas superius uero aptas: interius cõtractas. Inferiora uentris cũ ipso uẽtre inania. Caudas longas rectas acutas fœmina nõ duras: suras lõgas teretes bene crassas: Posteriora crura prioribus multo longiora: sed tñ idonea: pedes rotundos. Et canes si eiusmodi fuerint fortes erũt specie agiles: habiles celeres alacres rostroque ualide.

De uestigatione.

Ed ita uestigẽt ut tramitibus celeriter excedant: capita terræ admouentes: ad uestigia subrideant; auresque demittãt faciles oculos per singula uoluant: & caudis blandientes multis in latera orbibus per uestigia simul omnes progrediantur. Sed ubi ad leporem ipsum aderint: tum uero uenatori planum faciant tendendo celerius: significando uehementius

animo: capite: oculis: gestu corporis acie tã reflexa tãq; directa in leporis cubilia diuerso impetu in rectum in aduersum in obliquum: & uere iam arrigendo animũ ac gestiendo quod iuxta leporem sunt. Intensius uero p̃mant nec remittant ingenti clamore atq; latratu cum lepore qualibet euadentes: sed uelociter alacriterq; transmittant sine modo transcurrentes: nec iniuria clangentes: nec uero ad uenatorem ommissis uestigiis redeant. Tales forma talesq; labore magnanimæ sunt & duripedes & sagaces & nitidæ: magnanime erunt: si saltus estu incumbente non deserunt. Sagaces si leporem nudis in locis aridis apricis austro imminente presentiunt. Duripedes si non e uestigio dum montes superãt pedibus fatiscunt. Nitidæ si tenui ac denso molliq; pilo uestiuntur. At colore canes esse oportet: nec penitus fuluo nec nigro neq; candido: neq; tum generosus hic fuerit sed Ignobilis atq; ferinus. Canes igitur uillos si fuluæ & nigræ fuerint Candidos si candidæ fuluos habeant circum ora florentes. In summo autem fœmine rectos ac densos. In spina item extremaq; cauda: sed in suprema mediocres. Et satius fuerit per iuga sepæ p̃ rura minus agitare canes. Nam iuga uestigari possunt & expedite transcurri: rura neutrum possunt impedita trasmitibus. Est autem utile etiam si non inueniatur lepus; agitare per aspera canes. nam duripedes fiunt & corpora in his locis exercẽtes meliores euadunt. Agitentur autem æstate usq; ad meridiem. hieme per solidum diem. Autumno ultra meridiem. Vere circa uesperam. hæc enim oportuna sunt tempora. At qui leporis uestigia multum hieme procedunt quia longæ sunt

noctes: parum autem æstate: quia econtrario sunt breues: Nec uero subolent hieme: quum primum calorem sua ui cõtrahens geluq; claudẽs in se contineat. & quũ hoc fuerit torpescentes naribus canes sentire non possunt: priusq̃ sol diesue procedens omnia resoluat. Tũc & canes odorant: & ipsa dum percurruntur uestigia redolent. Ea uero delet & ros multus superincumbens Imbres etiam qui per anni tempora gignuntur odorẽ ab humo rapiẽtes olfatum donec exsiccetur difficilem reddunt. Sed australis tempestas deterior est. Nam humectans diffundit. Septemtrionalis uero si serena fuerit contrahit & saluat. At uero pluuiæ & rores inundant. Luna etiam halitum extenuat præcipue quũ plenilunium fuerit: & uestigia tunc quidem incertissima sunt. Nam exultantes ad lunam lepores inter se colludunt: & ea longe dissipantes dirimũt: sed perturbatissima fiunt quum ea uulpes antea pertransierint. Ver propter anni temper. ẽ ualde clara prebet uestigia q̃q̃ terrea sicubi floret canibus nocet: dum in unum spirantes confundit odores: sed exilia æstate sunt ambigua. Nam terra feruens abolet quicquid halitus habens. Est enim tenuis; & canes tunc minus odorant: quia resoluta sunt corpora. Verum autumno pura subuestigia: quæcunq; enim terra producit: & domestica iam reposita sunt: & agrestia situ labefacta ut fructuũ odores non superent quibus occupent̃ & hieme & æstate & autumno recta sunt ut plurimum uestigia: uere autem confusa. Nam fera hæc sociabilis est: cum alias semper tum hoc tempore: ut propterea simul errantes hoc necessario faciant. Subolent autem uestigia cubilium diu

tius q̃ pedũ:illa enim occupat lepus:hæc celeriter obambulat. Itaq; illis refercitur humus. His uero imbuitur. Siluosa autem loca redolent magisq̃ unda. Si quidem modo percurrens lepus:modo procumbens multa cõtingit. procumbit autem ad ea quæ terra gignit: uel ipsius superficies habet sub oĩbus super ipsis in ipsis propius longius:nunc diu nunc parum nunc mediocriter & in mari nonnunq̃ ad id quod potest exiliens in aqua etiam si quod extans innatũuc fuerit. Itaq; q procumbere amat cubile ut plurimum facit: si frigus fuerit in apricis:si æstus in umbrosis:si uer & autumnus in clemencioribus locis: At uero qui currere solent non ita. Nam trepidi canibus facti sunt;procumbit autem fœmine sub ilibus posito:cruribus anterioribus ut plurimum iunctis atq; porrectis. Mento prioribus pedibus subnixo:auribus super utroq; humero demissis posthic molliora supertegit. Habet autem nullos impenetrabiles. sunt enim densi & molles & palpebris quidem clausis uigilat:apricis dormit & immotis:oculos etiã tenet immotos. Sannã dormiens frequenter mouet:uigilans uero minus. Cum terra pullulat rura magis q̃ iuga tenet:ubiq; subsistit:ubi inuestigatus:preterque si noctu exterritus fuerit. Id ubi acciderit subtrepidat. Adeo autem fœcũdus est:ut modo pepererit iam parturiat:nunc pregnans sit: & catuli magis subolent q̃ adulti:quorum membra cum adhuc mollia sint per terram uniuersa trahuntur. Tenellos igitur studiosi uenatores dimittunt gratificãtes deæ:qui uero iam iuuenes sunt primo cursu uelocissime feruntur. Deinceps non ita:agiles enim sunt sed imbecilles. Venator leporis ue

ftigia capta ex agris fufperne fubducendo canes:fed q
culta non adeunt prata faltus ffuenta lapidofa filuofa
q; petũt:& cum mouetur lepus clamorem minime tol
lat:ut pauidæ canes ueftigia male fignificent:fed ubi
iam inuenti agitantur nunc flumina tranant:nunc ui
am flectunt:modo cauernas fubeũt ac penetrant :neq;
tum canes folũ mittũt:uerum & aquilas. Ab his enim
cum dent ea fuperant & in aperta loca rapiuntur do-
nec iuuenes fuerint. nam maiores in curfu mulierũ au-
ferantur. Igitur uelociffimi funt montani. Campeftres
minus. Tardiffimi paluftres:fed qui loca omnia perer
rant in curfu molefti funt:& enim fciunt compendio
fa uiarum & currunt per aduerfa uel plana maxime:
per diuerfa uarie:per decliuia minime. At inter agitã
dum perfpicui funt per fubactam humũ præcipue nõ
nulli:quibus ineft rubor per arundines etiam quia ex
aduerfo refulgent perfpicui funt quoq; in tramitibus
& uiis fi planæ fuerint:fulgor enim qui i ipfis eft re
percutit oculos. Incerti uero funt fi ad faxa:ad montes
ad rupes ad opaca feceſſerint ꝓpter coloris fimilitudi
nem. Quod fi canes præfenferint:fiftunt pedem:& re
fidentes feipfos erigunt:& canum ficubi prope eft cla
morem ftrepitũq; captant:& unde audierint auertun-
tur. Eft etiam cum nihil audierint fed audiffe opinan-
tes uel fibi perfuadentes huc illuc trepidãtes ueftigiis
infilientes in ueftigia fecedunt & longiffime currũt:
qui nudis ex locis excutiuntur quia in aperto funt. Bre
uiffime uero qui ex opacis nam tenebræ impediũt :fed
eorum duo funt genera:pars magni fubnigri multum
in fronte nitefcunt. Alii minores flaui parum cãdori-

oſtendunt. Caudam gerunt illi uariã hĩ terſam. Ocu-
lis uero ſunt: hĩ ſublucidis: illi ſubglaucis. Circa ſum-
mam autem illi ualde uigeſcunt: hĩ perexiguum: ſed
ex his minores incolunt plerumq; inſulas deſertas uel
celebres: & in his turba maior q̃ in continente uerſa-
tur: quod ibi ut plurimum nec uulpes ſunt quorum im-
petu ipſi cum catulis occiduntur: nec aquilæ quæ mon-
tes magnos ſæpius q̃ paruos frequentant: nam parui
plærũq; in inſulis ſunt. Venatores etiam raro deſertas
inſulas adeunt: in his quæ habitãtur pauci ſunt: nec hĩ
ferarum ſtudioſi: in ſacras autem nec tranſire canibus
quidem licet. Neceſſe eſt igitur innumeros eſſe: quando
nec eos uenantur qui iam ſunt: nec eos qui deinceps na-
ſcuntur. Acie uero ſunt multis de cauſis minime acuta.
Oculos enim habent exporrectos: palpebras autẽ præ-
ciſas: & quæ pupillis munimenta non præbeant. Qua-
propter hebes uiſus eſt atq; diffuſus: ad hæc ſomno eti-
am multum deditur animal: quæ res nihil ad uidẽdũ
prodeſt: & uelocitas ad obtundendã aciem plurimum
confert: quolibet enim oculos celerius intendit q̃ quid
ſibi prouiderit: & cum his canum quoq; terrores pro-
uidentiam auferunt: cum inſtantes proſequuntur: quo
fit ut irruens ad multa improuidus in ſagenas etiam
precipitet: q̃ ſi rectũ fugeret raro hoc pateretur, Nũc
uero quia locos complectitur & amat ubi natus et enu-
tritus eſt capitur: nec de directo ſæpe a canibus uinci-
tur celeritate: ſed plæriq; omnes præter corporis natu-
ram ſorte quadam capiũtur: nihil enim quo proportio-
ne conueniat ab huius compoſitione diſſentit, Si quidẽ
corpus eius conſiſtit ex his: caput agile habet breue ro-

966

tundum nõ rigidum·lõgitudinem idoneam: scapulas rectas desuper non aptas, Crura in ipsis gracilia solidas: pectus nõ angustum: latera tenuia habilia spinam teretem: aluum carnosam, Ilia tenera caua laterum idonea clunes ebesas undiq; plenas Congruo desuper interstitio, Fœmia lõga densa: musculos exterius intẽsos: interius nõ tuberosos ĩternodia fœmĩa longa neruosa: pedes anteriores flexiles ãgustos rectos posteriores rigidos latos: nullius utroq; nõ cõtẽptores asperitatis, Posteriora crura prioribus multũ lõgiora parũq; pcurua uillos breues & exiles. Non potest igitur q̃d ex his cõpositum est non ualidum esse mobile plusq̃ agile: agilem autem esse res illa indicat quod ociose deambulando lasciuit: gradientem: nec uidit quisq̃ nec uidebit q̃ posterioribus pedibus priores transit exterius quem in modum etiam currit. Nam quod ad colorem attinet in promptu est, caudam habent ad currendam incõmodã: neq; enim propter breuitatem idonea est quæ corpus regat: sed: hoc utraq; facit aure: & cum in eo est ut capiatur a canibus alteram uidelicet aurem deducit ac traducit obliquam illorsum nitens ubicunq; laborat, Iccirco in hanc circũagitur ocius in angusto ualde relinquens id quod insequitur, Adeo autem graciosum est animal ut nemo sit qui si eum uideat du; uestigatur: dum inuenitur: dum currit: dum capitur: quicquid amarit non obliuiscatur, At inter uenandum uenator fructibus abstineat: riuos & fluenta prætereat: hæc enim tangere turpe est & indecorum: quin etiam si feræ in ea præcipitent: id qui uiderint ne legis preuaricatores sint uniuersam uenationem soluere oportet,

De ornamentis Canum,

Am uero Canum ornatus sunt Collaria lori fasciæ, Collaria quidē mollia sunt & lata ne colla canū exurcerent: lori manibus ansas habeāt: præterea nihil enim neq; bene seruant canes si collaria ex ipsis contexta fuerint: fasciæ loros habeant latiores ne canum latera terant: claudatæ sint etiā ut ab angustijs defendant, Ipsas uero canes uenatum te ducere non conuenit nec si obiectu; cibum neglligentius admiserint (Id eni eas nō bene ualere significāt) nec si uentus ingens flaueritnam uestigia rapit nec canes odorare nec sagenas retiaue stare permittit, Quod si horum neutrum impediat: triduum educito nec uulpes agitare assuescant. canes, Id enim non mediocre uitium: & cū oportet nunq̄ presto adsunt: sed indiuersos saltus educito: ut & canes uenandi: & ipse regionis peritus euadas, Exeūdum est autem diluculo ne uestigatione priueris: sicut tradiusculi dupliciter dannū faciunt: ut neq; canes leporem inueniant neq; ipsi fructum capiāt: neq; enim manet natura uestigij: quæ singulis horis euanescit, Stolam custos retium tenuem indutus uenatū exeat: retibus diuortia claudat fragosa de cliuia caua obscura flumios riuulos aquasq; perennes: hæc illis præcipua sunt refugia: nam omnia dicere infinitum esset diuerticula biuia lata uel āgusta: id orto iam sole faciat nō in diluculo: ne si prope indaginē statuenda sint retia strepitum simul audiens lepus refugiat: q̄ si procul statuuntur nihil magnopere prohibet in aurora sciurum statuere ubi nihil obstiterit: hastilia

figito ſupina ut cum adducuntur contendi poſſint, In
ſummo laqueos æquales ſubijcito: pariterq; fulcito atto
lens in medio reticulum: ſed a plaga oblōgum lapidē
magnumq; ſuſpēdito: ne rete cum leporem tenuerit re
cellere poſſit. Iuga lōga ordine cingito ne forte lepus
trāſiliat: ſed inter ueſtigandū ne intermittito. Eſt enim
uenatoris ſed gnaui quālibet uno momento: feram ca-
pere: retia in arduis tendat: caſſes in uijs obijciat opor
tunis procul a tramitibus: plagas ad humum religans
faſtigia contrahens: intra ſardonios haſtilia figens: fu-
niculos in ſummo tenſiles ſuperponat ductiles coherce
at: o[illegible]nſq; cautius obſeruet. Quod ſi limes decliuus
fuerit: ſagena tollatur. Leporem uero dum agitatur ul
tro ad retia cum clamore premat. Cum in rete incide-
rit: Canum iram non pulſando ſed leniendo refrenet:
& uenatori clamando ſignificet aut captum eſſe: aut
hac uel illac tranſcurriſſe: aut non uidere uel nō uidiſ
ſe. Venator autem cum neglecta tenuiq; ueſte & cal-
ceo uenatum exeat manu baculum geſtans: retiū uero
cuſtos ſequatur: ſed cum ſilētio ſaltum adeat: ne lepus
ſi forte propius fuerit audita uoce promoueatur. Caſ-
ſes & retia ut dictum eſt expediat religatis ad ſiluam
canibus: uno quoq; ſeorſum ut facile ſolui poſſint: poſt
hæc autē cuſtos retia ſeruet: ipſe uero ſumptis canibus
ad ſaltus īdaginem ſubeat: & implorato Apolline &
uenatrice Diana: ut uenationis participes faciat: unam
ex canibus ſoluat quæ ueſtigandi peritiſſima ſit: ſi fri-
gus fuerit oriente ſole ſi calor ante diem. Alijs autem
anni temporibus inter auroram & ſolis ortū. Aſt ubi
ueſtigium ex his quæ anteceſſerunt rectum deprehen-

derit soluat & alteram. Et dum uestigium transigitur haud multũ moratus singulatim dimittat & alias. & ipse pedetentim sequatur unãquamq; nominatim appellans nec id nimium: ne ante tempus irritentur: hae uero prae gaudio & ardore procedũt: uestigia ut sunt duplicia triplicia euoluẽtes hac illac progrediũtur uarie in orbem in rectum in curruum per densa per rara per nota per ignota seipsas transmutunt: luminibusq; corruscant. Vbi uero ad leporem accesserint: uenatori significabunt. Nam toto cum caudis corpore micant hostiliter insultant: Certatim praetereunt: studio se cõcurrunt: repente consistunt: diuulse rursus inuadun. Postremo ad leporis cubile peruenient: & in ipsum incurrent: Ille subito exortus canũ in se latratum & clamorem fugiendo cõuertet. ipsi uero agitantes clament io canes io segnis: clare autem o canes. Et uenator cum canibus currat manuum tegmina rotans & in leporem baculum intendens: nec obuius [illegible]cat: periculosum est ei ille uero se ab oculis proripiens refugit. Et loca unde exitus fuerat ut plurimũ obãbulat. sed uulgo. Clamẽt ipsi puer ha puer illi puer: iã puer ia; hic uero significet. Captus sit nec ne. Et si primo cursu captus fuerit reuocatis canibus alium quaerat: sin autem q̃ celerrime potest cum canibus currat nec desistat: sed assiduo trãsmittat: & si rursus agitantes occurrerint clamet: euge euge o canes instate canes. ꝙ si longius processerint: ut eas pariter currens subsequi non possit: quin etiam ab ipso cursu decrrauerit ut eas propius nec usq̃; tendentes neq; clamantes neq; a uestigiis redeũtes uidere possit: intercurrendum cuicũq; appropinquauerit cum cla

more interroget; uidistin hoc canes. ubi iam audierit: tum uero si in uestigio fuerint: præsidens hortetur omnes modo has modo illas nomine compellet: donũ uocis quã poterit multipliciter uarians acutum grauẽ paruum magnum & præter alias hortationes si cursus in mẽte fuerit sic etiam hortetur: belle canes belle o canes. Sin autem ad ipsa non fuerint uestigia sed excesserit: tunc eas in hunc modum reuocet: non retro non retro heus canes sed postq̃ uestigijs astiterint circũ agat eas orbes multos crebrosq; faciens. Et ubicunq; incertum ipsis uestigium fuerit signũ statuat limitem sibi et ab hoc eas hortando blandiendo cohercea donec uestigiũ manifeste cognouerint. Illæ uero simul ac certa erũt uestigia irruendo lasciuiendo capita conferendo suspicã do significando fines sibi notos statuendo cito trãscurrunt: sed dum illæ ita per uestigium crebro dissiliunt: uenator se reprimens cum canibus minime currat: ne studio certandi uestigia prætereãt. At cum iuxta leporem fuerint: idq; uenatori plane significauerint: obseruet ne metu canum promoueatur. Ille uero dum caudã crispant. dum in se recidunt: dum insultant & clangẽtes insurgũt: dum prosiliunt: dum uenatorem spectãt: & hæc iam uera esse demonstrant leporẽ ultro excitabunt. & latrantes inuadent: sed siue in retia præcipitet siue exterius siue interius preteread ad unũquodq; horum custos retium proclamet: & si captus fuerit: alium inquirat. sin autem hisdem ut ante hortationibus transcurrat. Sed cum iam serum diei fuerit canibus prope modum currendo defatigatis. Tunc leporem uenator fessum exquirat: nihil relinquens eorum quæ

terra gignit:uel ipsius superficies habet:sed crebro eadem relegat ne preteritus fallat:procumbit enim in augusto:nec resurgit præ labore & metu. Superinducat & canes hortando blandiendo si quæ est humana multum:si audax parum: si mediocris mediocriter: donec ipsum uel e uestigio occiderit. uel in retia propulerit. Post hæc autem sagenis retibusq; sublatis: canes auertat:& e saltu digrediatur. Et si meridies æstiuus fuerit resideat ne canes in itinere pedibus urantur.

De procreandis canibus.

IPsas uero hyeme submittat labore solutas:ut uere generosam prolem procreare sufficiant. Nam hoc anni tempus alendis canibus maxime cõuenit. sunt autem dies quatuordecim in quibus hæc necessitas tenet. Mittat autem ad strenuos canes quo tempore cessant ut celerius cõcipiant. nec uero cum uentrem gestant. In saltus iugiter sed cum intermissione ducant:fœtæ sunt sexaginta dies. Catulos cũ nati fuerit sub genitrice reliquat:nec alienæ cani subijciat. ministeria scilicet aliena nihil ad alẽdum prosunt. matrũ lac & alitus bonus est & fomẽta iucunda sunt. Cum iam errant catuli lac ad annum usq; prebeat:& ea quibus omnem ætatem uicturi sunt præterea nihil: graues enim replexiones canũ crura preuertunt:morbos corporibus ingenerant:interiora improba reddunt. atq; breuia ipsis nomina imponat:ut uocari facile possint.

De nominibus canum.

S Vnt autem eiusmodi Psyche Thymus porpax styrax æchinæ lonche lochos phrura philax taxis xiphon phonax phlegon arce cheuchon hyleus medas porthon sperchon lorge bremon thybris thallō rhome antheus getheus: actis : aron leusoñ augo polysibia stichon spude bryas hebasterros crauge cænon thyrbas sthenon æther noes gnomon stibon horme. Iam uero canes agat in saltus fœminas mensium octo mares decē:nec ad cubilia uestigia soluat: sed submissas longis retinens loris uestigantes subsequatur: & eas per uestigia currere sinat:sed cum inuentus fuerit lepus:si pulchra indole ad cursum alacres fuerint: non cōtinuo dimittat:sed ubi præcurrendo lepus e conspectu abierit:tū canes emittat : nam si cominus specie pulchras : & ad cursum magnanimas soluerit nondū firmatis corporibus nitentes rumpuntur. Hoc igitur uenatori obseruādum est:quod si forma fuerint ad currendum segniores:nihil eas emitti prohibet. Neq3 enī illud patiētur cum ab initio non sine spe sint capiendi sed ad pedum uestigia transcurrere sinat: quoad ea inuenerint:leporem captum ipsis lacerādum tradat. Cū iam ad retia subsistere noluerint:sed Palantes duersæ fuerit:recolligat eas donec leporem procursantes inuenire consueuerint:ne si hoc agmine semper inquirant interosculari deniq3 discant:quæ pessima cōsuetudo ē: sed cibaria illis obijciat ad retia dum iuuenes sunt. Tūc enim suscipiunt ut si propter imperitiam in saltu deerrauerint:ad locum redeuntes saluantur. Nam cibaria

tunc respuent. Cum iam ferã hostiliter oderint & hãc
magis appetẽt q̃ illa: multis uero de causis necessaria
canibus exhibenda sunt. Nam cum inopiam patiuntur
auctorem eius non agnoscunt: at cum auide accipiunt
exhibitorem diligunt. Vestigẽt autem leporem. Cum
nix ita ceciderit ut terram operiat: nam hyems absq; ni
ue uestigabilis non est. At cũ ningit si boreas spirarit
uestigia diu manifesta eminẽt: neq; enim cito liquun-
tur. sin & nothus flauerit: & sol superfulxerit breui
apparent: nam statim dilabuntur. sed neq; cum nix iu
giter cadit: uestigia enim obducit: neq; cum uẽtus acri
ter incumbit: niuem enim conuoluens incerta facit: ad
huiusmodi uenationem cum canibus exeundum est: si
quidem nix canum nares adurit: & pedes: leporis odo
rem gelu nimio tollit: sed sumptis retibus cum alio ue-
niens ab agris ad montes euadat: & cum uestigia de-
prehenderit: per ea incedat: sed si uaria fuerit ex eisdẽ
eodem rediens factis orbibus exeat: his unde exierit si-
milia requirens: multum enim lepus oberrat incertus
ubi procumbat & simul incessu perplexo fallere didi
cit: quia semper talibus uestigijs agitatur: ubi uero ue-
stigium apparuerit procedat ultro: adhærebit autem
loco uel umbroso uel abrupto. quid idem uenti niuem
transmittunt: quo fit ut opportuna cubilibus loca mul
ta pretermittat: & eiusmodi quærat. Huc igitur cũ ue-
stigia duxerint nõ accedat propius ne promoueatur le
pus: sed corona circundet. Nam ibi esse speratur. argu
mento erit si nusq̃ inde uestigia deduxerint: sed cũ ibi
esse certum fuerit: illum relinquat: manebit em̃ & ali-
um quærat antequã uestigia deleantur ratione tempo-

ris habens ut si etiam alios inuenerit reliquum diei ad circũueniendum sufficiat: quid ubi acciderit: retia unicuiq; eorum circuntendant: non aliter q̃ cum hiems sine niue fuerit: uel locum ubicũq; astiterit complectat: sed si elapsus fuerit e retibus per uestigia sequatur ille ad alia eiusmodi loca puẽiet: nisi i si ipsa niue oppressus fuerit. Obseruans igitur ubicũq; fuerit: circũuenire debet quid si non expectet cursu insistere: nam & sine retibus capietur quia profunda niue laxatur: & in extremis pedibus ubi uillosus est moles niuis haud modica succrescit.

De uenatione inulorum & ceruorum.

n Am aduersus inulos & ceruos canes indicas esse oportet: sunt autem ualidæ magnæ ueloces: nec pusillanimes: & cum tales sint: ad laborẽ sufficiunt Tenellos igitur inulos uerno tempore uenetur. Tunc enim nascuntur: sed primũ lucos ingressus contempletur in quibus ceruæ plurimum conuersantur: & ad locum in quo fuerint: uenator cũ canibus & iaculis ante lucem ueniens canes e silua procul religet: ne si ceruam uiderint: latratus emittant: ipse uero de specula prospiciet: & ceruas simul cum luce inulos ad locum ducere uidebit: in quo suum quæq; fœtura ẽ: sed cum recubuerint: & lac præbuerint intentæ ne ab ullo uideantur: suum quæq; in opposita statione seruabit: hæc ubi uiderit canes soluat. Ipse uero sumptis iaculis ad primum inulum procedat locorum memor ubi iacentem uidit: ne quo errore decipiatur. Nam quominus alia longe q̃ minus esse uidetur: sed cum eum uide

rit:accedat propius:ille immotus manebit ueluti terræ affixus:& se opprimi sinet ualde rugiens nisi cu; fuerit imbre perfusus.Tunc enim haud quaq manebit: si quidem humor in ipso rigebit frigore:quod tum fugere cogit.Capietur autem a canibus cu; labore insequẽtibus.captũ custodi retium tradat:rugiet ille:cerua partim uidẽs ptim:ptim audiẽs tenẽtẽ inuadet:ut ipsum eripiat Tũ uero canes hortet̃:& iaculis utatur:hũc ubi obtinuerit ad alios tẽdat:in quos simili uenatione utetur. & iuniores quidem inuli hoc modo capientur. At uero iam iam grandiusculi difficilius:na; cũ matribus aliisq; Ceruis pascuntur:quibus in mediis cum agitatur fugiunt sæpe inter primos:raro inter postremos: & pro illis pugnantes ceruæ canes proterunt.Itaq non facile capi possunt:nisi quis perturbatas dissipet:ut ex ipsis quispiam unus destituatur:quod ubi coactæ fuerint primo cursu Canes superantur:sed quia trepidum illũ facit absentia Ceruarum & inulorum id ætatis celeritas nulli procedit:secũdo tertioue cursu statim capietur Corpora enim illorum cum adhuc tenera sint: labori superesse non possunt.

De Tendiculis.

Vin etiam Tendiculæ Ceruis ponuntur:in mõtibus circa prata secus fluẽta prope saltus in biuiis in agris quoscumq; adierint.Tẽdiculas autẽ oportet fruticeas plicari deliberatas ne putrescant & spiras habere anullares:& in sertos plicationi ferreos alternis ligneosq; clauos:sed robustiores ferreos:ut si lignei cesserint hii pedẽ premant.Laqueũ

uero funiculi superponēdum spirae: funiculūq; ipsum ex sparto plicatū esse: hoc enim inuiolabile est: laqueus ipse funiculiq; ualidi sint: lignum: quod pendet quernum sit uel illigneum longitudine trium spithamarū crassitudine unius ulnae cum cortice. Tēdiculas uero ponat aperta scrobe quinq; pedum in orbem desuper spiris tēdicularum aequalem: ita ut inferiori angustiae respondeat. similiter funiculo & ligno scrobem aperiat quanta utriq; conueniat: haec ubi fecerit summam tendiculae scrobem substernat. laqueum uero funiculi spirae circūponat: & cum ipsam & lignum in suo utrūq; loco posuerit: uirgulas enodes superponat non prominentes: & eas minutis folijs sternat: quae tunc anni tempus habebit: postea uero prima in superficie; terra inūciatur & scrobibus defossa & super eam solida terra procul inde sumpta ut ceruae q̃ maxime occultus sit locus: quod supererit terrae asportetur longe a Tendicula quia si recenter motae Cerua id quod subito facit odorē senserit auertetur. Venator cum canibus montana in aurora potissimum quāq; & in reliquo diei cāpestres diluculo obseruet: nam in montibus non noctu solū capiuntur: sed interdiu propter solitudinem. In agris autem nocte tantum: nam in die homines metuūt: sed ubi Tendiculam resupinatā inuenerit solutis Canibus trāscurrat ligni sulcum: quocūq; ferat obseruans. Erit enī per multum spacū nō incertus: quippe motis lapidibus & in agris limes ductus manifestus erit: quod si aspe riora superet raptus de ligno cortex rupibus haerebit: & ideo transcursus faciliores erunt. sed si pede uinctus fuerit anteriore cito capietur. Nam lignum inter currē

171

dum corpus totum & ora flagellat: sed si posteriore, lignum quod trahitur uniuersum corpus impediet: plerumq; etiam in bicornes ramos tractum incidit: & nisi funiculũ abruperit; illic deprehẽdit: sed si mas fuerit siue ita captus siue labore uictus nõ est eo minus adeundũ: nam cornibus ferit & pedibus: eminus igitur iaculis utendum. Capiunt uero ẽt sine tendiculis cũ agitantur æstate. Nam ualde fatiscunt ut stantes iaculis cõfodiantur: in mare ẽt si obstiterit & undas se trepide cõiiciunt nonnunq; deficiente spiritu labuntur.

De Apris.

A T in apros canes comparet idicas cretenses locrenses lacænas: sagenas iacula uenabula tẽdiculas. Primum igitur canes hoc ex genere eẽ oportet minime uulgares ut paratæ sint cũ fera pugnare. Sagenas autem eodem lino quo retia filis quinq; & quadraginta & cordibus tribus: & unaquæq; cordula filis quindecim a fastigio macularum decẽ lõgitudo: laqueorum autem altitudo cubitalis: plagæ dimidio crassiores: sagenis: in fastigiis annulos habeant laqueis suppositos: extrema earum per annulos exeãt sufficient uero quindecim: iacula uaria sint: quæ lanceas habeãt satis amplas & leuigatas: hastiliaq; ualida. At uenabula primum lanceas habeant longitudine ulnarum quinq;: in medio fistulæ dentalia solida fabricata & hastilia cornea crassitudine hastæ. Tẽdicula uero qualis ceruorum: sed uenatiõis comites ad sint: fera enim a multis etiam uix capi potest quomodo autẽ singulis quibuscũq; uti conueniat ostendam.

De Venatione Aprorum.

P Rimum igitur cum ad locũ uenerint ubi eum esse conijciunt: Canum gregẽ subducere oportet: & soluta una ex la cenis reprimens alias cum Cane circũ eat: cum uestigia deprahenderit inda gando sequatur deinceps quo tenor duxerit: & aprum multa uenatoribus indicabunt: in mollibus locis uesti gia: in siluosis ramorum fragmenta: ubi arbores fue rint dentium uulnera. Canis uero ut plurimũ ad siluo sa indagando perueniret quod in his locis fera plærũ q; recumbit: nam hieme calidiora sunt: æstate recentio ra. Cum ad cubile peruenerit latrat: ille autem surgere non solet. Sumat igitur canem et ipsam cum alijs omni no procul a cubili religet et sagenas ad diuortia tendat laqueos inijciens ad siluæ truncos bicipites. Ipsius au tem sagenæ longo producto sinu tibicines intrinsecus faciat subiectis utrinq; ramis et in sinum per laqueos splendor lucis prorsus insistat. Et currenti pars interi or per quam lucidissima sit: plagam ab arbore ualidã religet: non a stipite. stipites enim nudis in locis inue niuntur: utrinq; uero arborum ramis claudat ea etiam que facile adiri non possunt: ut in retia cursum nusquã declinans intendat. Cum retia tetenderit: ad canes rede ant: omnesq; soluant: & iaculis uenabulisq; sumptis procedant. Sed canes aliquis hortetur qui peritissimus sit: reliqui deinceps sequantur magnis interuallis alius ab alio distantes: ut peritos feræ discursus late satis pa teat. Nam si excedens in consertos inciderit periculum est ut saucientur: & in quemcunq; irruerit in hunc irã

excitet. Sed canes cum iam cubili propius fuerint: impetum faciunt: ille perturbatus exurgit: & quæcunque enixa fronte inuaserit: ea retrudit. Irruet autem cursu. Alioquin necesse est transcurrere. Et si præceps fuerit locus in quo eum sagenæ detinēt: statim exurget si planus ab initio stabit ibidem inhærens. Incumbent tum uero canes. Ipsos autem uenatores oportet intentos in eum tela coniicere: & circumuenientes a tergo lapides mittere: donec illatus plagam retis intenderit. Tum eorū qui adsunt peritissimus uenabulo progressus a frōte percutiat. Quod si petitus ictusque telis plagam intendere noluerit: sed inuadentem conuersus occursando institerit. hoc ubi contingerit necesse est sumpto uenabulo accedere: & manibus in eum procumbere leua anteriore dextra posteriore: nam telum sinistra dirigit dextera urget: pedes autem manus sequātur: leuus leuã: dexter dexteram: & accedens uenabulum obiiciat latera leua prætergrediendo non multo plusquã leuorsum regrediendo: tum fere frontē inspiciat: capitis illius motū obseruans: & uenabulum porrigat prouidus ne capite rotato de manibus excutiat. Is enim impetus fit qui excutere possit: hoc si cui contigerit pronus in ora cadat oportet: & uirgulta humiliora compræhendat. Nam si hoc modo iuhærens procubuerit: fera præ incuruitate dentium corpus adipisci non potest: quod si steterit sauciari necesse est. Itaque illud attollere tentat: quod si nequiuerit obambulans poterit. Huius autē rei liberatio una tantum superest: cum in hac angustia depræhensus fuerit. Tum ex comitibus aliquis cum uenabulo accedens: illum irritet deserturo similis. Deserere autem

Qua arte uenabulo feriri debeat aper.

nusq̃ oportet ne iacentē opprimet:hoc ille ubi animad uerterit ommisso eo quem premebat contra irritantem præ ira & furore conuertitur. Hic autem celeriter exi liat memor cum uenabulo exurgendum esse. nam nisi uincenti salus honesta non est:& rursus inuadat sicut antea:ferrumq; inter scapulas dirigat qua parte iugu lum est & obnixus acriter inhæreat. Ille furens prouo lat & nisi lanceæ dētalia prohiberet per hastile se trus dens ad eum ueniret qui uenabulum tenet. adeo autem magna uis eius est:ut ipsi etiā ea insint quæ nemo pu taret. quippe eius recenter occisi dentes adeo feruent: ut crines si quis admouerit exurant. Nā uiuentis si quā do irritantur ignoscunt:quod nisi ita esset summos ca num uillos cum corpus ab ictu declinant non incende rent:& mas quidem tanto maioriq; etiam labore capi tur. At fœminam si ea inciderit in cursu petat obseruās ne retrusus cadat:quod si contigerit proteratur necesse est ac mordeatur. non est igitur sponte cadēdum:sed si quis hoc peruenerit inuitus:ei non aliter surgendū est: quā qui sub masculo ceciderit. Exurgēs autem uenabu lo percutiat oportet quo ad eam occiderit. Sed capiūtur hoc etiam modo retia illis in transitu saltuum ponūtur ad nemora ad ualles ad cliuos. Insultus uero fiunt in agros in paludes in aquas qui iussus est retia cum ue nabulo seruat:alij canes agunt optima quæq; locorum scrutantes:& cum primum inuentus fuerit agitatur. sed si i casses præcipitat retium custos accedat sumpto uenabulo:& utatur queadmodum diximus:si non præ cipitant currēdum est. Capitur etiam dum medio æstu premitur canibus. Nā licet uiribus præstet præ nimio

De ornamentis Canum,

I Am uero Canum ornatus sunt Colslaria lori fasciæ, Collaria quidē mollia sunt & lata ne colla canū exurcerent: lori manibus ansas habeāt: prætere a nihil enim neq; bene seruant canes si collaria ex ipsis contexta fuerint: fasciæ loros habeant latiores ne canum latera terant: clauatæ sint etiā ut ab angustiis defendant, Ipsas uero canes uenatum te ducere non conuenit nec si obiectu; cibum negligentius admiserint (Id eni eas nō bene ualere significāt) nec si uentus ingens flauerit nam uestigia rapit nec canes odorare nec sagenas retiaue stare permittit, Quod si horum neutrum impediat: triduum educito nec uulpes agitare assuescant. canes, Id enim non mediocre uitium: & cū oportet nunq̄ presto adsunt: sed indiuersos saltus educito: ut & canes uenandi: & ipse regionis peritus euadas, Exeūdum est autem diluculo ne uestigatione priueris: sicut tardiusculi dupliciter dānnū faciunt: ut neq; canes leporem inueniant neq; ipsi fructum capiāt: neq; enim manet natura uestigij: quæ singulis horis euanescit, Stolam custos retium tenuem indutus uenatū exeat: retibus diuortia claudat fragosa decliuia caua obscura fluuios riuulos aquasq; perennes: hæc illis præcipua sunt refugia: nam omnia dicere infinitum esset diuerticula biuia lata uel āgusta: id orto iam sole faciat nō in diliculo: ne si prope indaginē statuenda sint retia strepitum simul audiens lepus refugiat: q; si procul statuuntur nihil magnopere prohibet in aurora sciurum statuere ubi nihil obstiterit: hastilia

figito supina ut cum adducuntur contendi possint, In summo laqueos æquales subiicito: pariterq; fulcito attolens in medio reticulum: sed a plaga oblõgum lapidẽ magnumq; suspẽdito: ne rete cum leporem tenuerit recellere possit. Iuga lõga ordine cingito ne forte lepus trãsiliat: sed inter uestigandũ ne intermittito. Est enim uenatoris sed gnaui quãlibet uno momento: feram capere: retia in arduis tendat: casses in uiis obiiciat opportunus procul a tramitibus: plagas ad humum religans fastigia contrahens: intra sardonios hastilia figens: funiculo in summo tensiles superponat ductiles coherceat: o... nsq; cautius obseruet. Quod si limes decliuus fuerit: sagena tollatur. Leporem uero dum agitatur ultro ad retia cum clamore premat. Cum in rete inciderit: Canum iram non pulsando sed leniendo refrenet: & uenatori clamando significet aut captum esse: aut hac uel illac transcurrisse: aut non uidere uel nõ uidisse. Venator autem cum neglecta tenuiq; ueste & calceo uenatum exeat manu baculum gestans: retiũ uero custos sequatur: sed cum silẽtio saltum adeat: ne lepus si forte propius fuerit audita uoce promoueatur. Casses & retia ut dictum est expediat religatis ad siluam canibus: uno quoq; seorsum ut facile solui possint: post hæc autẽ custos retia seruet: ipse uero sumptis canibus ad saltus idaginem subeat: & implorato Apolline & uenatrice Diana: ut uenationis participes faciat: unam ex canibus soluat quæ uestigandi peritissima sit: si frigus fuerit oriente sole si calor ante diem. Aliis autem anni temporibus inter auroram & solis ortũ. Ast ubi uestigium ex his quæ antecesserunt rectum deprehen

derit soluat & alteram. Et dum uestigium transigitur haud multũ moratus singulatim dimittat & alias. & ipse pedetentim sequatur unãquamq; nominatim appellans nec id nimium: ne ante tempus irritentur: hæ uero præ gaudio & ardore procedũt: uestigia ut sunt duplicia triplicia euoluẽtes hac illac progrediũtur uarie in orbem in rectum in currum per densa per rara per nota per ignota seipsas transmutunt: luminibusq; corruscant. Vbi uero ad leporem accesserint: uenatori significabunt. Nam toto cum caudis corpore micant hostiliter insultant: Certatim prætereunt: studio se ocur runt: repente consistunt: diuulse rursus inuadunt. postremo ad leporis cubile peruenient: & in ipsum inuerent: Ille subito exortus canũ in se latratum & clamorem fugiendo cõuertet. ipsi uero agitantes clament io canes io segnis: clare autem o canes. Et uenator cum canibus currat manuum tegmina rotans & in leporem baculum intendens: nec obuius fiat: periculosum est ei ille uero se ab oculis proripiens refugit. Et loca unde exitus fuerat ut plurimũ obãbulat. sed uulgo. Clamẽt ipsi puer ha puer illi puer: iã puer ia; hic uero significet. Captus sit nec ne. Et si primo cursu captus fuerit reuocatis canibus alium quærat: sin autem q̃ celerrime potest cum canibus currat nec desistat: sed assiduo trãsmittat: & si rursus agitantes occurrerint clamet: euge euge o canes instate canes. q̃ si longius processerint: ut eas pariter currens subsequi non possit: quin etiam ab ipso cursu decrrauerit ut eas propius nec usq̃ tendentes neq; clamantes neq; a uestigijs redeũtes uidere possit: intercurrendum cuicũq; appropinquauerit cum cla

more interroget; uidistin hoc canes. ubi iam audierit: tum uero si in uestigio fuerint: praesidens hortetur omnes modo has modo illas nomine compellet: sonũ uocis quã poterit multipliciter uariãs acutum grauẽ paruum magnum & praeter alias hortationes si cursus in mẽte fuerit sic etiam hortetur: belle canes belle o canes. Sin autem ad ipsa non fuerint uestigia sed excesserit: tunc eas in hunc modum reuocet: non retro non retro heus canes sed postq̃ uestigijs astiterint circũ agat eas orbes multos crebrosq́ faciens. Et ubicunq; incertum ipsis uestigium fuerit signũ statuat limitem sibi et ab hoc eas hortando blandiendo coherceat donec uestigiũ manifeste cognouerint. Illae uero simul ac certa erũt uestigia irruendo lasciuiendo capita conferendo suspicãdo significando fines sibi notos statuendo cito trãscurrunt: sed dum illae ita per uestigium crebro dissiliunt: uenator se reprimens cum canibus minime currat: ne studio certandi uestigia praetereãt. At cum iuxta leporem fuerint: idq́ uenatori plane significauerint: obseruet ne metu canum promoueatur. Ille uero dum caudã crispant. dum in se recidunt: dum insultant & clangẽtes insurgũt: dum prosiliunt: dum uenatorem spectãt: & haec iam uera esse demonstrant leporẽ ultro excitabunt. & latrantes inuadent: sed siue in retia praecipitet siue exterius siue interius pretereat ad unũquodq́ horum custos retium proclamet: & si captus fuerit: alium inquirat. sin autem hisdem ut ante hortationibus transcurrat. Sed cum iam serum diei fuerit canibus prope modum currendo defatigatis. Tunc leporem uenator fessum exquirat: nihil relinquens eorum quae

terra gignit:uel ipsius superficies habet:sed crebro eadem relegat ne preteritus fallat:procumbit enim in augusto:nec resurgit præ labore & metu. Superinducat & canes hortando blandiendo si qua est humana multum:si audax parum: si mediocris mediocriter: donec ipsum uel e uestigio occiderit. uel in retia propulerit. Post hæc autem sagenis retibusq; sublatis: canes auertat:& e saltu digrediatur. Et si meridies æstiuus fuerit resideat ne canes in itinere pedibus urantur.

De procreandis canibus.

Ipsas uero hyeme submittat labore solutas:ut uere generosam prolem procreare sufficiant. Nam hoc anni tempus alendis canibus maxime cõuenit. sunt autem dies quatuordecim in quibus hæc necessitas tenet. Mittat autem ad strenuos canes quo tempore cessant ut celerius cõcipiant. nec uero cum uentrem gestant. In saltus iugiter sed cum intermissione ducant:fœtæ sunt sexaginta dies. Catulos cũ nati fuerit sub genitrice reliquat:nec alienæ cani subijciat. ministeria scilicet aliena nihil ad alẽdum prosunt matrũ lac & alitus bonus est & fomẽta iucunda sunt. Cum iam errant catuli lac ad annum usq; prebeat:& ea quibus omnem ætatem uicturi sunt præterea nihil: graues enim replexiones canũ crura preuertunt:morbos corporibus ingenerant:interiora improba reddunt atq; breuia ipsis nomina imponat:ut uocari facile possint.

De nominibus canum.

SVnt autem eiusmodi Psyche Thymus porpax styrax æchinæ lonche lochos phrura philax taxis xiphon phonax phlegon arce cheuchon hyleus medas porthon sperchon lorge bremon thybris thallō rhome antheus getheus: actis: aron leuson augo poly sibia stichon spude bryas hebasterros craugé cænon thyrbas sthenon æther noes gnomon stibon horme. Iam uero canes agat in saltus fœminas mensium octo mares decē: nec ad cubilia uestigia soluat: sed submissas longis retinens loris uestigantes subsequatur: & eas per uestigia currere sinat: sed cum inuentus fuerit lepus: si pulchra indole ad cursum alacres fuerint: non cōtinuo dimittat: sed ubi præcurrendo lepus e conspectu abierit: tū canes emittat: nam si cominus speciepulchras: & ad cursum magnanimas soluerit nondū firmatis corporibus nitentes rumpuntur. Hoc igitur uenatori obseruādum est: quod si forma fuerint ad currendum segniores: nihil eas emitti prohibet. Neq; enī illud patiētur cum ab initio non sine spe sint capiendi sed ad pedum uestigia transcurrere sinat: quoad ea inuenerint: leporem captum ipsis lacerādum tradat. Cū iam ad retia subsistere noluerint: sed Palantes duersæ fuerit: recolligat eas donec leporem procursantes inuenire consueuerint: ne si hoc agmine semper inquirant interosculari deniq; discant: quæ pessima cōsuetudo ē: sed cibaria illis obijciat ad retia dum iuuenes sunt. Tūc enim suscipiunt ut si propter imperitiam in saltu deerrauerint: ad locum redeuntes saluantur. Nam cibaria

tunc respuent. Cum iam ferā hostiliter oderint & hāc magis appetēt q̄ illa: multis uero de causis necessaria canibus exhibenda sunt. Nam cum inopiam patiuntur auctorem eius non agnoscunt: at cum auide accipiunt exhibitorem diligunt. Vestigēt autem leporem. Cum nix ita ceciderit ut terram operiat: nam hyems absq; niue uestigabilis non est. At cū ningit si boreas spirarit uestigia diu manifesta eminēt: neq; enim cito liquuntur. sin & nothus flauerit: & sol superfulxerit breui apparent: nam statim dilabuntur. sed neq; cum nix iugiter cadit: uestigia enim obducit: neq; cum uētus acriter incumbit: niuem enim conuoluens incerta facit: ad huiusmodi uenationem cum canibus exeundum est: si quidem nix canum nares adurit: & pedes: leporis odorem gelu nimio tollit: sed sumptis retibus cum alio ueniens ab agris ad montes euadat: & cum uestigia deprehenderit: per ea incedat: sed si uaria fuerit ex eisdē eodem rediens factis orbibus exeat: his unde exierit similia requirens: multum enim lepus oberrat incertus ubi procumbat & simul incessu perplexo fallere didicit: quia semper talibus uestigiis agitatur: ubi uero uestigium apparuerit procedat ultro: adhærebit autem loco uel umbroso uel abrupto. quid idem uenti niuem transmittunt: quo fit ut opportuna cubilibus loca multa pretermittat: & eiusmodi quærat. Huc igitur cū uestigia duxerint nō accedat propius ne promoueatur lepus: sed corona circundet. Nam ibi esse speratur. argumento erit si nusq̄ inde uestigia deduxerint: sed cū ibi esse certum fuerit: illum relinquat: manebit enim & alium quærat antequā uestigia deleantur ratione tempo

ris habens ut si etiam alios inuenerit reliquum diei ad circũueniendum sufficiat: quid ubi acciderit: retia uniuicuiq; eorum circuntendant: non aliter q̃ cum hiems sine niue fuerit: uel locum ubicũq; astiterit complectat: sed si elapsus fuerit e retibus per uestigia sequatur ille ad alia eiusmodi loca puẽiet: nisi i si ipsa niue oppressus fuerit. Obseruans igitur ubicũq; fuerit: circũuenire debet quid si non expectet cursu insistere: nam & sine retibus capietur quia profunda niue laxatur: & in extremis pedibus ubi uillosus est moles niuis haud modica succrescit.

De uenatione inulorum & ceruorum.

n Am aduersus inulos & ceruos canes indicas esse oportet: sunt autem ualidæ magnæ ueloces: nec pusillanimes: & cum tales sint: ad laborẽ sufficiunt Tenellos igitur inulos uerno tempore ũenetur. Tunc enim nascuntur: sed primũ lucos ingressus contempletur in quibus ceruæ plurimum conuersantur: & ad locum in quo fuerint: uenator cũ canibus & iaculis ante lucem ueniens canes e silua procul religet: ne si ceruam uiderint: latratus emittant: ipse uero de specula prospiciet: & ceruas simul cum luce inulos ad locum ducere uidebit: in quo suum quæq; fœtura ẽ: sed cum recubuerint: & lac præbuerint intentæ ne ab ullo uideantur: suum quæq; in opposita statione seruabit: hæc ubi uiderit canes soluat. Ipse uero sumptis iaculis ad primum inulum procedat locorum memor ubi iacentem uidit: ne quo errore decipiatur. Nam quominus alia longe q̃ minus esse uidetur: sed cum eum uide

rit:accedat propius:ille immotus manebit ueluti terræ affixus:& se opprimi sinet ualde rugiens nisi cu; fuerit imbre perfusus. Tunc enim haud quaq; manebit: si quidem humor in ipso rigebit frigore:quod tum fugere cogit. Capietur autem a canibus cu; labore insequētibus. captū custodi retium tradat:rugiet ille:cerua partim uidēs ptim:~~ptim~~ audiēs tenētē īuadet:ut ipsum eripiat Tū uero canes hortet̄:& iaculis utatur:hūc ubi obtinuerit ad alios tēdat:in quos simili uenatione utetur. & iuniores quidem inuli hoc modo capientur. At uero iam iam grandiusculi difficilius:na; cū matribus aliisq; Ceruis pascuntur:quibus in mediis cum agitatur fugiunt sæpe inter primos:raro inter postremos: & pro illis pugnantes ceruæ canes proterunt. Itaq; non facile capi possunt:nisi quis perturbatas dissipet:ut ex ipsis quispiam unus destituatur:quod ubi coactæ fuerint primo cursu Canes superantur:sed quia trepidum illū facit absentia Ceruarum & inulorum id ætatis celeritas nulli procedit:secūdo tertioue cursu statim capietur Corpora enim illorum cum adhuc tenera sint: labori superesse non possunt.

Cerua inuadit ... ut ei capiui ... carulū eripiat.

De Tendiculis.

q Vin etiam Tendiculæ Ceruis ponuntur:in mōtibus circa prata secus fluēta prope saltus in biuiis in agris quoscumq; adierint. Tēdiculas autē oportet fruticeas plicari deliberatas ne putrescant & spiras habere anullares:& in sertos plicationi ferreos alternis ligneosq; clauos:sed robustiores ferreos:ut si lignei cesserint hii pedē premant. Laqueū

uero funiculi superponẽdum spiræ:funiculũq; ipsum ex sparto plicatũ esse:hoc enim inuiolabile est:laqueus ipse funiculiq; ualidi sint:lignum:quod pendet quernum sit uel illigneum longitudine trium spithamarũ crassitudine unius ulnæ cum cortice. Tẽdiculas uero ponat aperta scrobe quinq; pedum in orbem desuper spiris tẽdicularum æqualem:ita ut inferiori angustiæ respondeat. similiter funiculo & ligno scrobem aperiat quanta utriq; conueniat:hæc ubi fecerit summam tendiculæ scrobem substernat. laqueum uero funiculi spiræ circũponat:& cum ipsam & lignum in suo utrũq; loco posuerit:uirgulas enodes superponat non prominentes:& eas minutis folijs sternat:quæ tunc anni tempus habebit:postea uero prima in superficie; terra inijciatur & scrobibus defossa & super eam solida terra procul inde sumpta ut ceruæ q̃ maxime occultus sit locus:quod supererit terræ asportetur longe a Tendicula quia si recenter motæ Cerua id quod subito facit odorẽ senserit auertetur. Venator cum canibus montana in aurora potissimum quãq; & in reliquo diei cãpestres diluculo obseruet:nam in montibus non noctu solũ capiuntur:sed interdiu propter solitudinem. In agris autem nocte tantum:nam in die homines metuũt:sed ubi Tendiculam resupinatã inuenerit solutis Canibus trãscurrat ligni sulcum:quocũq; ferat obseruans. Erit enĩ per multum spacĩ nõ incertus:quippe motis lapidibus & in agris limes ductus manifestus erit:quod si aspe riora superet raptus de ligno cortex rupibus hærebit: & ideo transcursus faciliores erunt. sed si pede uinctus fuerit anteriore cito capietur. Nam lignum inter currẽ

dum corpus totum & ora flagellat: sed si posteriore li gnum quod trahitur uniuersum corpus impediet: ple rumq; etiam in bicornes ramos tractum incidit: & ni si funiculũ abruperit; illic deprehẽdit: sed si mas fue rit siue ita captus siue labore uictus nõ est eo minus ad eundũ: nam cornibus ferit & pedibus: eminus igitur iaculis utendum. Capiunt uero ẽt sine tendiculis cũ agi tantur æstate. Nam ualde fatiscunt ut stantes iaculis cõ fodiantur: in mare ẽt si obstiterit & undas se trepide cõ ĳciunt nonnunq; deficiente spiritu labuntur.

De Apris.

A T in apros canes comparet ĩdicas cre tenses locrenses lacænas: sagenas iacu la uenabula tẽdiculas. Primum igitur canes hoc ex genere eẽ oportet mini me uulgares ut paratæ sint cũ fera pu gnare. Sagenas autem eodem lino quo retia filis quin q; & quadraginta & cordibus tribus: & unaquæq; cordula filis quindecim a fastigio macularum decẽ lõ gitudo: laqueorum autem altitudo cubitalis: plagæ di midio crassiores: sagenis: in fastigĳs annulos habeant laqueis suppositos: extrema earum per annulos exeãt sufficient uero quindecim: iacula uaria sint: quæ lance as habeãt satis amplas & leuigatas: hastiliaq; ualida. At uenabula primum lanceas habeant longitudine ul narum quinq;: in medio fistulæ dentalia solida fabri cata & hastilia cornea crassitudine hastæ. Tẽdicula ue ro qualis ceruorum: sed uenatiõis comites ad sint: fera enim a multis etiam uix capi potest quomodo autẽ sin gulis quibuscũq; uti conueniat ostendam.

De Venatione Aprorum.

PRimum igitur cum ad locu; uenerint ubi eum esse coniiciunt: Canum gregẽ subducere oportet: & soluta una ex la cænis reprimens alias cum Cane circũ eat: cum uestigia depræhenderit indagando sequatur deinceps quo tenor duxerit: & aprum multa uenatoribus indicabunt: in mollibus locis uestigia: in siluosis ramorum fragmenta: ubi arbores fuerint dentium uulnera. Canis uero utplurimũ ad siluosa indagando perueniret quod in his locis fera plærũq; recumbit: nam hieme calidiora sunt: æstate recentiora. Cum ad cubile peruenerit latrat: ille autem surgere non solet. Sumat igitur canem et ipsam cum aliis omni no procul a cubili religet et sagenas ad diuortia tendat laqueos iniiciens ad siluæ truncos bicipites. Ipsius autem sagenæ longo producto sinu tibicines intrinsecus faciat subiectis utrinq; ramis et in sinum per laqueos splendor lucis prorsus insistat. Et currenti pars interior per quam lucidissima sit: plagam ab arbore ualidã religet: non a stipite. stipites enim nudis in locis inueniuntur: utrinq; uero arborum ramis claudat ea etiam que facile adiri non possunt: ut in retia cursum nusquã declinans intendat. Cum retia tetenderit: ad canes redeant: omnesq; soluant: & iaculis uenabulisq; sumptis procedant. Sed canes aliquis hortetur qui peritissimus sit: reliqui deinceps sequantur magnis interuallis alius ab alio distantes: ut peritos feræ discursus late satis pateat. Nam si excedens in consertos inciderit periculum est ut sauciẽtur: & in quemcunq; irruerit in hunc irã

excitet. Sed canes cum iam cubili propius fuerint: impetum faciunt: ille perturbatus exurgit: & quæcunque enixa fronte inuaserit: ea retrudit. Irruet autem cursu. Alioquin necesse est transcurrere. Et si præceps fuerit locus in quo eum sagenæ detinēt: statim exurget si planus ab initio stabit ibidem inhærens. Incumbent tum uero canes. Ipsos autem uenatores oportet intentos in eum tela coniicere: & circumuenientes a tergo lapides mittere: donec illatus plagam retis intenderit. Tum eorū qui adsunt peritissimus uenabulo progressus a frōte percutiat. Quod si petitus ictusque telis plagam intendere noluerit: sed inuadentem conuersus occursando institerit. hoc ubi contingerit necesse est sumpto uenabulo accedere: & manibus in eum procumbere leua anteriore dextra posteriore: nam telum sinistra dirigit dextera urget: pedes autem manus sequātur: leuus leuam: dexter dexteram: & accedens uenabulum obiiciat latera leua prætergrediendo non multo plusquam leuorsum regrediendo: tum fere frontē inspiciat: capitis illius motū obseruans: & uenabulum porrigat prouidus ne capite rotato de manibus excutiat. Is enim impetus fit qui excutere possit: hoc si cui contigerit pronus in ora cadat oportet: & uirgulta humiliora compræhendat. Nam si hoc modo inhærens procubuerit: fera præ incuruitate dentium corpus adipisci non potest: quod si steterit sauciari necesse est. Itaque illud attollere tentat: quod si nequiuerit obambulans poterit. Huius autē rei liberatio una tantum superest: cum in hac angustia depræhensus fuerit. Tum ex comitibus aliquis cum uenabulo accedens: illum irritet deserturo similis. Deserere autem

Qua arte uenabulo feriatur aper.

nusq̃ oportet ne iacentē opprimet: hoc ille ubi animaduerterit ommisso eo quem premebat contra irritantem præ ira & furore conuertitur. Hic autem celeriter exiliat memor cum uenabulo exurgendum esse. nam nisi uincenti salus honesta non est: & rursus inuadat sicut antea: ferrumq̃ inter scapulas dirigat qua parte iugulum est & obnixus acriter inhæreat. Ille furens prouolat & nisi lanceæ dētalia prohiberet per hastile se trudens ad eum ueniret qui uenabulum tenet. adeo autem magna uis eius est: ut ipsi etiā ea insint quæ nemo putaret. quippe eius recenter occisi dentes adeo feruent: ut crines si quis admouerit exurant. Nā uiuentis si quādo irritantur ignoscunt: quod nisi ita esset summos canum uillos cum corpus ab ictu declinant non incenderent: & mas quidem tanto maioriq̃ etiam labore capitur. At fœminam si ea inciderit in cursu petat obseruās ne retrusus cadat: quod si contigerit proteratur necesse est ac mordeatur. non est igitur sponte cadēdum: sed si quis hoc peruenerit inuitus: ei non aliter surgendū est: quā qui sub masculo ceciderit. Exurgēs autem uenabulo percutiat oportet quo ad eam occiderit. Sed capiūtur hoc etiam modo retia illis in transitu saltuum ponūtur ad nemora ad ualles ad cliuos. Insultus uero fiunt in agros in paludes in aquas qui iussus est retia cum uenabulo seruat: aliĳ canes agunt optima quæq̃ locorum scrutantes: & cum primum inuentus fuerit agitatur. sed si i casses præcipitat retium custos accedat sumpto uenabulo: & utatur queādmodum diximus: si non præcipitant currēdum est. Capitur etiam dum medio æstu premitur canibus. Nā licet uiribus præstet præ nimio

tamen anhelitu fatiscit:pereunt autem multæ in eius modi uenatione canes: quinetiam uenatores ipsi periclitantur:sed ubi cursu fatigatum uenabulo petere coguntur:siue in aqua siue in rupis secessu fuerit siue ex opaco exire uoluerit:nam nec rete illum:nec aliud quicquã prohibet cominus cum appropinquante congredi Veruntamen cum ita se continuerit adeundum est:ut magnitudo animi cuius gratia hanc laboris uoluptatẽ delegerunt. Vtendum est uenabulo & insultibus corporis:ut dictum est. Nam si quando etiam capi contigerit:ponuntur uero ipsis tendiculæ in eisdem loc is sicut & ceruis. Obseruationes eædem sunt & cursus & aditus & usus uenabuli. Catulos uero earum capi uix cõtingit:neq; enim ab ea discedunt quatenus adulti fuerint:& cum eos canes inuenerint uel aliquid ipsi præsenserint statim se abdunt in siluas & sequuntur ipsæ ubicũq; fuerint quo tempore seuiores sunt:& pro illis acrius q̃ pro seipsis pugnant.

De uenatione Leonum Pardorũ Lincũ Pantherarum & Vrsorum.

VLeones Pardi Lynces Pãtheres ursi:& aliæ quæcũq; eiusmodi feræ ĩ locis externis capiuntur circa pãgeũ montem & cittum supra macedoniã aliæ ĩ Olympo Mysio et Pido:aliæ in Nysa supra Syriam:& ad alios montes quotquot idonei sunt generis huius animalia nutrire. Capiũtur uero partim in mõtibus aconitico ueneno propter asperitatem regionis:hoc autem tea re miscentes qua quæq; delectatur fera. Venatores illis obijciunt secu saquas:et

si quid aliud adire consueuerint partim etiam quæ no ctu in plana descendũt equis & armis introclusæ:nec sine uenatorum discrimine capiuntur. Sunt quibus & foueas latas in orbem ducunt in medio relinquẽtes pro fundã terræ colũnam. Cui capram sub noctis tẽpus re ligatam superponunt:& foueam ramis circũsæpiunt: ne uideri possit nullo aditu relicto. Illa audita per no ctem uoce sæpe obambulant:& ubi transitum non in uenerint transiliunt & capiuntur.

Hortatio ad uenationẽ cũ insectatione sosphistarũ.

H Actenus de his quæ in uenatione ge runtur:cuius studio dediti magnam ex eo utilitatem capiẽt. Nam corpori bus bonam ualitudinem comparant: hinc uident audiuntq; magis: senes scunt minus:hæc ad bellum præcipue instituit. Primo quidem si uias iniquas sub armis ambulant minus las santur. Nam labores sustinent:quibus feras capere cõ sueuerũt. Deinde poterunt humi iacentes quiescere: ad imperatoris edictum præsto esse. In adeundis hostibus inuadere simul & imperata facere:cum feras ipsi hoc modo uenentur:nec uero in frõte locati deserunt acies: quia paratissimi sunt. At in hostiũ fuga ubiq; illos pro pter locorum peritiã recte actuto persequuntur. Quod si exercitus suus infeliciter pugnauerit:In siluosis ab ruptis iniquisq; aliis locis:seipsos cum cæteris nõ tur piter saluare poterunt:nam consuetudo uenandi non nihil eos peritiores reddit:& hĳ plerunq; magna cõ militonum turba fugiente uictores hostes propter loco rum difficultatem errantes suo ipsi robore & audacia

repugnando terga dare coegerunt, Nam fortuna fere corporis & animi fortitudinem comitatur: quod cũ maiores nostri cognoscerẽt: hinc rem aduersus hostes bene geri studium hoc iuuenum instituerunt. Nam cum ab initio frugum penuria laborarẽt: uenatores tamen nõ prohibere sanxerunt: quia uidelicet nil eorum uenãtur quae de terra gignuntur. Quinetiam intra multa eos studia non pernoctare ne huius artis periti homies sua ipsos uenatione priuarent: uidebant enim hanc unã eorum uoluptatem iunioribus bona multa cõparare. Cũ modestos eos faciat & iustos ꝙ procul a dolo erudiantur: & res bellicas per hanc sibi succedere intelligebãt quae si quid aliud honestum exercere uelint nihil impediat sicut paruae aliae uoluptates quae discendae nõ sunt Hinc igitur boni milites: boni imperatores euadũt: nã illorum ex animis corporibus labor turpitudinem & contumeliam expellit. Contra uero cupiditatem uirtutis ingenerat: hi optimi sunt: quippe qui nec patriae iniuriam inferri: nec regionem suam male pati sinerent. Dicunt uero nonnulli uenationibus delectari non oportere: ne rem familiarem negligant nescientes quid de repu. & amicis bene merentur: eos omnes rei familiaris diligentiores esse. Quod si studiosi uenationis ita se cõparant ut patriae utilissimi sint: hi certe nec priuata neglexerint: nam sua cuiusq; una cum repub. seruantur & pereunt. Itaq; priuatas res suas & aliorum pariter tales uiri conseruãt: sed eorum multi qui haec sine ratione dicunt prae inuidia deligunt suo ipsorum uitio perire magis ꝙ̃ aliorum uirtute saluari. Nam uoluptates multae sunt & prauae: quibus uicti peiora dicere uel

facere compelluntur. Deinde ex inanibus dictis odia sibi comparant: ex improbis facinoribus morbos damna mortes nec sibi solum sed liberis quoque & amicis. qui sine sensu malorum suorum uoluptates prius etiam quam cæteri sentiunt: quibus hominibus ad salutem reipub. quis uteretur. Verum eiusmodi mala nemo non abhorret. His delectatus quæ nos admonemus. Honesta enim educatio docet uti legibus: dicere de rebus iustis & audire: quo fit ut qui nunquam ad aliquod negocium niti & institui recusat: & sibiipsis doctrinam laboriosaque studia uendicent: suæ uero reipu. salutis: qui uero non in labore doceri: sed in uoluptatibus importunis degere uolunt: hi natura pessimi: qui nec legibus nec recte dictis obediunt. Nam quia labore nesciunt qualem uirum bonum esse oporteat non inueniunt. Itaque nec religiosi esse possunt nec sapientes: & quia indoctis utuntur doctis plurimum conuiciantur: per hoc igitur nihil bene cedit: per meliores commoda omnia hominibus paratur. Meliores autem sunt qui laborem amplectuntur: quod ita esse magno probatur exemplo: nam ueteres quorum memoriam feci ab ineunte ætate uenationes apud Chyronem meditati: multa & honesta didicerunt: ex quibus magna illis uirtus accessit: quæ ipsos nunc etiam admirandos facit: hanc quidem omnes plane amant: sed quia per laborem quæritur multi eam deserunt: nam adipiscendi ratio dubia: in adipiscendo labores manifesti sunt quod si uirtus quasi corpus perspici posset homines ea minus fortasse negligerent: quia sicut a se illam ita se ab illa uideri intelligerent. Quilibet enim quum ab amato uidetur seipso melior existit: nam neque turpia nec

indecora dicit aut facit ne ab illo uideatur:nunc uero probra multa & flagitia palam admittunt:quod se a uirtute uideri non putant:cum etiam eam ipsi minime perspiciant. Illa uero ubiq; adest :nam immortalis est: & ut quisq; erga se fuerit:honore bonos ignominia malos afficit:quod si ab ea se conspici nossent:labores atq; doctrinam quibus uix illa percipitur adirent:ut ipsam acquirerent. Miror autem nonnullos qui sophistæ uocantur quod se iuuenes ad uirtutem prouehere dicant: quos ab ea prorsus auertunt. Nam hominem nusquam uidimus quem hii sophistæ bonum fecerint:cũ nec litteras quidem tradãt:ex quibus bonos euadere oportet: sed ab his multa & inanibus rebus cõscripta sunt :ubi nõ uirtus inest sed uoluptates iunioribus inutiles : qn etiam discendi cupidos in his frustra uersari faciũt,& a rebus aliis utilibus prohibent:atq; ea docent quæ parum honesta sunt. Vitia igitur eorũ maiora magis uitupero:scripta uero:q uerba illis exquisita sunt :recte sententiæ quibus iuniores ad uirtutem instituerentur nullatenus. Equidem uulgaris homo sum:scio tamen primum esse ab ipsa natura id quod bonum est perdiscere:proximum ab his potius qui uere boni scientiam tenent q̃ ab aliis qui fallendi artem possidẽt. Itaq; uerbis forsitam insulse loquor:nam hoc non quæro:sed recta exquiro dicere præcepta:quibus ad uirtutem libere educati iuuenes utuntur:neq; enim uerba sed sentẽtiæ si honestæ fuerint doctos faciunt. Vituperãt autem & alii multi sophistas istos non philosophos qui prudentes sunt uerbis sed re minime. Nec me latet criminatores quãprimum quod bene et ordine scriptum sit:nõ re

ac scriptum est. Id enim ipsis facile erit: sed tamen ita scriptum est ut honestum sit: nec sophisticos sed bonos sapientes faciat: nec enim hæc uideri malo quam esse utilia & nunquã repræhendi possint. Sophistæ uero ad fallandum dicunt & scribunt ut lucrum faciãt & nihil cuiquã prosint; nam ex his nec fuit nec est sapiẽs ullus: sed habet quisq; satis ut sophista uocetur: quod apud sanos dedecus est. Moneo igitur sophistarũ professiones uitandas esse: philosophorum uero præcepta non aspernanda. Nam sophistæ aucupantur eos qui diuites sunt & iuuenes: philosophi omnibus communes sunt & amici: fortunas hominum nec obseruant nec cõtemnunt: nec uero probaueris qui lucbrum temere sequuntur publicum atq; priuatũ: cum tibi apud animũ proposueris bonos & meliora sentire & laboribus dedi: malos & uoluptatibus affici & deteriora consulere: nam priuatas res & publicas usurpant. Quod ad communem salutẽ attinet uulgo inutiliores & ad bellũ segnes ignauiq; sunt: quia labore; tollerare nõ possunt. At uenatores corpora & bona sua ciuibus bene comparata in medium exponunt: & hij quidem feras inuadunt: illi amicos. Inuadendis autem sophistæ amicis uenatores feris: illi dedecus hi laudem apud omnes comparãt: nam si eas debellarint: animalia noxia subigunt. Sin autem laudantur tum primum quia ciuitatis cuiuslibet inimicos adoriuntur. Deinde quod nec hominis damno nec lucri cupiditate grassantur. Postremo ex ipso conatu ad multa meliores & sapientiores euadunt. id quãobrem docebimu. Nam uenationes nisi labore multo & cura & sollicitudine præstarent ue

natores haud quaq; obtinerent: quippe quorum aduersarij pro uita desertant: & in sua ipsorum sede magni roboris sunt. Itaq; uenator incassum laboraret nisi feras industria uæhementiore ac prudentia multa superaret. Illi ergo cum in urbe ditescere uelint: meditantur uincere amicos: uenatores autem communes inimicos & contra alios hostes: meditatio ipsa meliores hos facit illos multo deteriores: & sua utrisq; uenatio: his cum modestia illis cum turpi audacia constat. Flagitiũ & quæstum hij contemnere possunt: illi non possunt: uocem hij gratam emittunt illi turpem. Quod ad rem diuinã attinet nihil illos ab impietate deterret. At hij religiosissimi sũt. Fama ei ãtiquitus tenet hoc ope deos ẽt lætari faciendo letari spectãdo. Quo fit ut iuuenes horum memores quæ ego admoneo si ea faciũt dei cultores sint & pij. Cum hæc alijs spectari arbitrẽtur boni in parentes in patriam in amicos in ciues omnes nec uiri solum studiosi uenationis probi fuere: uerum etiam fœmine: quibus hæc Deus tradidit: ut Diana Atalãta Procris: & si qua alia fuit.

FINIS

Ad Sapientissimum & Sanctum Virum & Clementissimum Patrem. D. Nicolaum. S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem: Francisci Philelfi præfatio in Xenophonis Librū de Republica Lacedæmoniorū.

Aethero dilecte Ioui: cunctisq; Lycurge
Cælicolis: qui nostra uenis ad pinguia templa.
Ambibo quem potius te nunc hominemue deumue.
Vaticiner: diuum potius te spero Lycurge.

His pythiam uersibus Lycurgum allocutā tradit Herodotus amplissime pater historiæ: quum is Appollinis templum tum primum ingrederetur: quod uerūne fuerit: nescius ipse sum. Illud certe nō latet me plerumq; solitos mortales Immortalis dei consilium futuris de rebus adire: ut qd de Lycurgo lacedæmonio tūc dictum putaretur: de Bononiensi futuro altero intelligi iure queat. Quid te auertis hæc audiēs pater modestissime? An pluris dicendum sit quod Spartam Lycurgus ille quæ nullis antea legibus tenerentur: legibus belli paciſq; instituerit: quam acerrimum ac prepotētē Bononiæ populum tuis & admonitionibus & cōsilio & grauitate ab intestinis seditionibus incēdijs tumultibus cædibus sæpissime reuocatum repressum moderatum. An pluris fuerit apud Cretenses tranquille uiuere: quo Lacedæmonij iureiurādo quoquo modo astricti latas leges perpetuo tuerentur: quam ualidissimas Italiæ uires potentissimaq; imperia: quæ mutuis iam uulneribus confici uidebantur: tua non sapientia integritateq; & sanctimonia solum: sed summis laboribus sum

misq; icõmodis ad cõcordiã pacẽ quietẽq; uertisse. Ita q; robustissimorũ maximorũq; populorũ nõ modo nomine isto tuo Nicolae uir sanctissime quam & re ipsa uictoria in xp̃i toga assecutũ non te iure optimo Lycurgum idest diuinum hominẽ existimabimus dicemus celebrabimus? profecto mea sententia uaticinata est pythia: uel in ea potius deus ipse hominibus futurũ praedixit: bonum Lycurgum inquiens Nicolaum sentiens. Non eñ humana sunt opera ista tua: at diuina magis ex deoq; manantia. Sed de te alias: nunc ad Lycurgũ illum reuertamur. Per magnũ illius hominis atq; illustre apud ueteres nomen fuit. Omnes eum non ut mortalẽ: sꝫ ut numẽ aliqd uenerati sũt, Perpulcrũ ẽ mediusfidius uitã honestã uiuere: sꝫ lõge et pulchrius & diuinius posse alios suae uirtutis sueq; praestãtiae q; simillimos reddere. Id praeter absolutissima sapiẽtia uirum praestare posse crediderĩ neminẽ. hmõi uero fuisses Lycurgũ legimus: q nõ modo sese ad ꝓbitatẽ ad decus ad gloriã cõpararit: quinetiã omnẽ curã studiũ industriam accõmodauerit: ut tales redderet Ciues suos qualẽ ꝑ id tẽporis totus prope terrarũ orbis eũ esse opinabatur. Ergo in legibus ferẽdis Ciuitatem cõdidit: rempu. statuit. Imperiũ illud stabiliuit quod & barbari formidarent: & oĩs graecia uereretur. Hasce autẽ leges socraticus Xenophõ: & eleganter ut solet & perdocte apud graecos scripserat: nos ut potuimus ad latinos traduximus: tuoq; nomini eo dedicauimus: ut & quãtũ Christi instituta gentiliũ praestẽt legibus facile cognoscas: & quantũ Lycurgo ipse antecedas: caeteri intelligant.

Vale.

COGITANTI MIHI aliquando spartam: quæ oīum una urbium infrequens esset: hominibus & uiribus in græcia & nomine claruisse. Mirādum ꝑfecto uisum est quo nāq; id pacto fieri potuerit. Sed cū spartiatarum studia didicissem mirari iā destiti. Equidem Lycurgum qui leges his tulerat: quibus obtemperantes rem fauste feliciterq; gessere: hunc me hercule & admiror: & ad summum usq; sapientissimum duco. Ille namq; haud quamquam reliquas ciuitates imitatus: quin potius harum plurimis contraria sentiens: patriam ut cæteris felicitate præstaret effecit. Liberorū enim procreatione: ut ab initio rem aggrediar: aliq̃ quidem eas quæ ad sobolem procreandam idoneæ et bene institutæ puellæ uideantur: tum cibo q̃ tenuissimo: tū obsonio quo ad fieri potest q̃ minimo nutriunt. Vini autem aut omnino expertes aut eo aquatissimo uti uolūt. Quemadmodum igitur ex artificibus multi Vno in loco quieti sedent: sic & uirgines reliqui græci per quietem lanificio insistere dignum putant. Ex his uero ita educatis quid sperandū est magni aliquid nosci posse. At Lycurgus uestes ab ancillis præberi: satis putauit esse sed liberis quidem mulieribus cum procreationem liberorum magnum quiddam esse censuisset. Primum nihilominus fœminam q̃ marem exerceri corpore instituit. Deinde cursus & t[illegible]um ueluti uiris: ita & fœminis certamina inuicem posuit. Existimabat enim & acribus illis robustisq; uiris natos etiam robustioris ge

gni. Cum uero mulier ad uirum uenerit intuens ille alios primo tempore immoderatius uxoribus commisceri sensit: & huiusce rei contraria. Sanxit namq; & ingredientem ad uxorem uirum & exeuntē ne ab alijs uideretur pudore affici. sic autem coeuntes necesse est tum suauius sese auidiusq; appetere: tum ualentiores etiam eos esse si in aduersam ualitudinem inciderint: ita magis q̄ si ad sacietatem usq; inuicem sint. Statuit præterea q̄ nemo pro uoluntate uxorem duceret: non nisi cum in adultam ætatem peruentum iam esset nuptias fieri. Id enim plurimum ipsi fœcunditati ac robustitati cōducturum arbitratus est. Atq; si quidem cōtigerit ut senex aliquis iuniorem uxorem habeat uidēs Lycurgus huius ætatis homines maxime asseruare uxores. Item & huius rei contrarium constituit. Sanxit. n. ut cuius uiri corpore animoq; senior ipse magis delectaretur: eo adducto prolem ipse susciperet. at si quis uxorem rursus nolit: ingenuæ autem prolis desiderio tangatur: in hanc quoq; rem legem tulit: si quam is fœcundam generosamq; prospexerit persuaso eius uiro ex ea suscipere natos queat: & huiusmodi multa Lycurgi legibus sunt cōcessa. Enimuero & uxores binas domos inhabitare uoluit: & uiri ipsi fratres ex se natis pueris acquirere: qui generis quidem uiriūq; participes æque sunt: substantiæ uero nequaq̄ sunt. De procreandis igitur filijs ille non alijs contraria sentiens si quidē magnitudine & robore præstantes uiros spartæ reddiderit quiuis secum animo uolutato. Ego uero postq̄ de ortu ipso disserui uolo & ipsam spartiatarum reliquorūq; græcorum disciplinam utrinq; exponere. Alij quidē

De puerorum disciplina

græci & hij præsertim qui pulcherrime filios institue re cupiunt: quãprimum pueri quæ dicuntur intelligũt Continue seruos his pædagogos præficiunt: continuo item illos ad magistros mittũt. Litteras scilicet & musicam & quæ ad palestram attinent præcepturos. puerorum præterea pedes calciamentis demolliunt corpora uero uestium uarietate insigniunt: cibi modum uentris plenitudine metiuntur Lycurgus autem pro seruis pædagogis: quos priuatim pueris quisq; præficit uirum præesse & illis uoluit: e quibus maximi magistratus constant: qui quoniam pueros moderetur pædonomus appellatur: huic uero potestatem dedit ut & pueros cõgregaret: & quem uersute aut nequiter quicq; patrare obseruasset: acerrime cederet. Dedit etiam sibi ex puberum numero qui flagra ferrent ut uerberibus cũ opus foret pueros afficerẽt: quo factum est ut & multa pueri uerecundia tenerentur & iussis facile parerent: pro calciamentis autem pedum nuditatem instituit. Censebat enim huiusmodi exercitatiõe longe facilius & acliuum ascendere posse & tutius decliuũ descendere: & exilire & resilire: & celerius discalciatu; currere si pedes exercuerit quã calciatum. Pro uestiũ uero uarietate instituit: uno amictu quotanniis assuefieri ratus & aduersus frigora et aduersus calores melius hoc utiq; pacto muniri, Cibi autem tantum masculo habendum cẽsuit: ut & nũquã crapula grauaretur: & indigentiam fere expertus sciret. putãs eos qui sic eruditi essent ut magis profecto si opus esset uel absq; cibo labores perpeti & ab ipso si admonerentur plus temporis abstinere posse: & minus præterea obsonij egere: & facilius

omnem escam admittere. quinetiã ad salubrius degen-
dum & ad status proceritatem magis id alimenti con-
ducere arbitratus est: quod gracilia corpora q̃ quod la
ta cibo efficeret. Verum ne rursus fame admodum pre
merentur noluit illos quibus indigebant ea ociosos ca-
pere: sed furari quædã sinebat quibus fames leuaretur.
atq; ut ne non habens quidem quod daret permisit his
alimentum sua sibi industria molirentur. Latere id pu
to neminem: patet autem eũ qui surrepturus quippiam
sit oportere & noctu uigilare: & interdiu fraudem ac
insidias tendere: exploratoresq; parare: si cõsequi quod
cupit uelit. Itaq; perspicuum est. Cum qui pueros cali-
diores circa res ad uictum necessarias magisq̃ bellico-
sos facere uelit: sic omnibus instituere consuesse. At di-
xerit quispiam; quid igitur? si quidẽ furari bonum exi
stimabat: multis eum uerberibus qui in furto depræhẽ
deretur plectendum uoluit? quoniam ut mihi uidetur
& in aliis quæcunq; homines edocent: puniunt non ri
te ministrantem: proinde & illi cruciant depræhensos
perinde atq; inepte furantes. perpulchrũ præterea sta
tuens ex arduo & difficili loco castos q̃ plurimos rape
re. Hos ab aliis cedi iussit: ille quidem hoc significãs so
lere eum qui paucũ tempus doluisset: diu ubi sibi pro-
spere successerit gaudere. Manifestatur etiam hac in re
mollem & tardum ubi maturato sit opus minime iu-
uari: ac plurimas turbas capere. Quod si pædonomus
habeat ne quando pueri sine magistro sint fecit ut is q
semper adesset: ex ciuibus ius haberet: q quicquid factu
optimum uideretur pueris imperaret: ac si quod delin
querent plecteret: quod quidem faciens illud etiam est

assecutus:ut & maiore pueri uerecundia tenerētur. Nihil enim neq; pueri neq; uiri ita ut suos magistros uereri solent:ut autem & si quando neminem uirum ad rē contingeret:aliquis ipsis pueris praeesse statuit:qui in singulis aliis grauissimis etiam is maribus imperaret quare nunq̄ illic pueri sine magistro sunt. Sed iam mihi de puerorum amoribus dicendū est:nam hoc & ad disciplinam pertinet:Alii quidē graeci uel sicuti Boetii uir atq; puer commixti coeunt:uel sicuti eliēses gratiarum interuētu formae specie utuntur. Alii uero sunt qui uel cum pueris colloqui amatores prohibent. Lycurgus autem ab his omnibus dissentiens:si quidem aliqs admiratus ipse ut decet pueri animū enitatur irreprehensibilem amicum reddere:& una esse permisit: & honestissimam hanc disciplinā duxit quod si quis pueri corpus appetere uideretur:id turpissimum decernēs statuit apud Lacedaemonios nihilo utiq; minus amatores:a puerorum congressu abstinere:q̄ uel parentes a filiis uel a fratribus fratres ueneris in rebus abstinēt quae quidem ne a quibusdam credi haud miror. In multi eñi urbibus leges minime aduersant libidinibus erga pueros. De disciplina igitur pueritiae tum laconica tū aliorum graecorum diximus:ex utra uero ipsarum & obedientiores & uerecundiores & magis demq; quibus in rebus opus sit continentes uiri perficiuntur. Poterit quisq; secum ipse considerare sed postq̄ e ludo pueritiae ad pubertatem excesserint continuo: alii quidē tum a pedagogis tū a doctoribus cessant:ipsisq; nemo praeficitur:sed liberi mittuntur. Lycurgus uero & ab his plurimum dissensit:quippe qui quoniā didicisset ado

lescentibus maximam animorum elationem ingenitã procacemq; contumeliam. Et uæhementissimas uolup tatum cupiditates adesse: tunc plurimis eos laboribus subdidit: utq; semper occupati essent molitus est: qui quum etiam addidisset si quis hæc fugeret: ei nihil rerum honestarum assequi licere: effecit quo non solum publice constituti: sed etiam necessarij singulos curarẽt ne metu uacantes reprobi prorsus in ciuitate fierent. Ad hæc uolens quasi naturalem his pudorem uæhementer conciliare imperauit ut in uijs manus intra pallium haberent silentioq; incederent: ac nusquã circunspicerent sed humi defixos oculos tenerent. Hic certe patet masculinum sexum & circa pudicitiam acriorem eẽ natura muliebri. Itaq; illorum uocem minus q̃ si lapidei essent audieris. Oculos uero minus q̃ si essent ænei conuerteris: maiore autem eos pudore affici quam ipsas in thalamis uirgines existimaris ac posteaquam in conuiuium uenerint: satis profecto sit si uel ad interrogata respondeant. & circa horum rursus instituta hãc curam adhibuit. Enimuero de puberibus quãmaxima; diligentiam habendam uoluit: hosce namq; arbitrabatur si quales deceret fierent boni plurimum reipu. allaturos. Videns igitur quibuscunq; maxime contentionis studium innatum esset: horũ & choros summo studio audiri; & gymnica certamina maxima frequentia celebrari: ratus est siquidem adolescentes ad uirtutis certamen accendere hoc pacto: & hosce ad probitatis plurimum peruenire posse. quo igitur pacto hos rursus ad id inflammarit ostendam. Eligunt ipsorum Ephori ex florentioribus uiros tres. qui hippagritæ ab equitatu

Ephori magi stratus erat lacedæmoni.

ρ hippagritæ

cōgregando appellantur. horum quilibet uiros Cēt deligit declarans cuius gratia alios in honore praef. alios reprobat: qui ergo dehonestati sunt certamen ineunt: & aduersus eos a quibus missi non fuerint: et aduersus illos quos sibi in electione perlatos uident. seq; inuicem obseruant: si quid preter honesti existimationem admiserint. quare piissima haec fit & reipu. perutilis contentio: ubi ostenditur & quae sine bono uiro faciunda: & separatim utrinq; diligentiam omnem studiumq; accommodāt: ut quā optimi semper sint: atq; si quid oporteat singulatim reipu. pro uirili parte opitulabantur. coguntur etiam bonae ualitudini consulere: nam ubicunq; conueniant ambitionis gratia cōtendunt pugnis luctanturq; quos quidem ita pugnantes quisquis ius habens interfuerit dirimit: q si quis illi minus pareat: eum paedonomus ad ephoros agit. hii uero acerrime illos puniunt quippe qui uelint cōstituere: ne unq̄ quis ira usq; adeo superetur: quominus legibus obtemperet. Cum puberē uero aetatem superarint: & maximi iam ex his magistratus constent alii quidem greci nulla roboris adhibita diligentia: militiae tamen minus illis imponunt. Lycurgus autem legem tulit: qua huius aetatis homines uenatione uti: nisi q publicū officium impedierit pulcherrimum esse dixit: quo & hi nihilominus possent quā ipsi adolescentes militiae labores tollerare. Que igitur cuiq; aetati seruanda studia Lycurgus sāxerit: fere diximus. Cuiusmodi uero uictū omnibus cōstituerit: in praesentia dicere aggrediar. Cū Lycurgus spartiatas domi ueluti & reliquos graecos conuiuātes accoepisset ac per id animaduertisset pluri

s ex his in nequitiā labi. Contubernia in publicum ixit: existimans illos minime hoc pacto transgredi imperata posse: ac cibum statuit: ut neq; his nimis: neq; parum foret: permulta quoq; ab ociosis & absurda patrari solent: ac locupletes interdum ociosi similitudinē reddunt. proinde neq; uacua cibis mensa unq̃ fit quo ad discubuerint neq; item sumptuosa: atqui remouens a potu non necessarias potiones quæ & corpora et mētes lædunt: permisit: quando quisq; sitiret biberet arbitratus sic & saluberrimum & iucundissimum potum esse. Emuero ita conuenietibus quō qs uel edacitate uel ebri[illegible]ate aut sese aut rem domesticam corruperit: nēpe alijs in urbibus. ut plurimum equales inuicem uersantur perinde & pudore q̃ minime detinētur. At Lycurgus apud spartiatas iuuenili ætate seniorū disciplinā peritiamq; admiscuit. Et enim patrium est in conuiuijs dici quodcūq; honeste in urbe quis fecerit: quāobrē nulla illic contumelia: nullum uinositatis conuitium nulla turpis actio: nullum deniq; turpe uerbum interuenit. Atqui ex publica epulatione id quoq; perficitur boni: nam & deambulare coguntur cum domum abeūt: & ne uino debilitentur diligenter curare: ut pote quos non latet nō ubi cenarint manēdum fore: & nocte nō secus ac die uti oportere: neq; enim sub lumine cum q̃ adhuc intra præsidium sit proficisci licet. Cum autem animaduertisset Lycurgus ut a cibis hū qui sese laboribus dedūt: & colore insignes & ue geti robustiq; sunt Ocio uero soluti tumentes inbecilliq; redduntur: neq; rem hanc neglexit: Sed cogitans cum ipse quicq̃ mente machinatus: abūde corpori satisfacit, instituit qui na

tu maximus esset:is quolibet semper in gymnasio cura ret:ne cibis immodicis manus darent:atq; mihi quidē neq; in hoc uidetur errasse.Itaq; haud facile quis ine niat neq; bona ualitudine neq; corporis uiribus q̄ spar tiatis antecellāt:æque etenim & cruribus & manibus ceruiceq; exercētur. Secus autem & in hisce Lycurgus sanxit q̄ ciuitates plurimæ consuescent.In aliis namq; urbibus homines suorum quisq; & filiorum & ser uorū atq; pecuniarū domini sunt.At Lycurgus cum ef ficere uoluisset ut Ciues inuicem nihil officientes mu tuo bono aliquo fruerentur statuit pueris quenq; suis alienisq; iusta imperare.Cum uero quis uideas hos eē patres puerorum quibus ipse imperet cogitur ita impe rare quemadmodū uelit & illos suis.quod si quis ali quando puer cæsus ab alio patri deferat turpissimum factu dicitur:nisi et ipsius filium aliis uerberibus affe cerit.adeo se inuicem credunt nihil turpe pueris impe rare,Idem statuit et circa seruos tum proprios tum alie nos si quid his uti opus fuerit:obseruandum statuit de uenationis canes communes iunxit.Itaq; indigētes ad uenationem uocant:q̄ si quis ipse minus uacat libenter canes emittit:& equis eodem utuntur modo.Nam in ualidus,uehiculi ue indigens aut aliquo propere pro fecturus sicubi equum uideat:eum capiens usuq; pul chre restituit.Præterea & illud quod minime apud ali os solitum sit:usitatum fecit:quocūq; enim loco a uena tione retardati egeant rebus ad uictum necessariis .si minus his instructi sint sanxit ut hic & hi q̄ cœnarint quæ parata sunt relinquerent.indigentes uero paratas res resignarent:& quotquot indigerent acceptis rur

ſum obſignata dimitterent. Sic igitur illis inuicem cõ-municantibus ipſi etiam pauperes participes ſunt quae cumq; pro loco inueniuntur: quandocũq; alicuius indi guerint. Item & haec legitima Lycurgus ſparte diſcre pare a reliquis graecis uoluit. In aliis enim urbibus om nes rei pecuniariae pro uiribus intendunt. Nam alius agriculturae: alius nauigatiõi: alius mercaturae ſtudet. alii uero ab opificiis nutriuntur. Lycurgus autẽ apud Spartiatas liberos ſcilicet homines uetuit quicq̃ attin-gere: quod circa rem pecuniariam uerſaretur. Quaecũq; autem libertatem ciuitatibus afferunt haec ſola inſtitu-it ipſorum ſtudia ducenda. Etenim quid illi diuitiis in dulgendum eſt ubi pariter ad res neceſſarias ferũtur. Idẽtidem etiam ex hac uictus inſtitutione fecit: ne uo-luptatis gratia pecunias deſiderarẽt: quin etiam ne ue ſtium quidem gratia quaeſtui incumbendum eſt. Non enim ueſtis ſumptu ac magnificẽtia ſed bona corporis habitudine exornantur: neq; eo pecuniae congregande ſunt: quo ſumptus in contubernia praeberi queat. pro-pterea ꝙ illuſtrius iudicauit corporis laboribus q̃ ipis ſumptibus homines familiaribus hominibus prodeſſe quippe qui demonſtraret aliud animi: aliud uero diui tiarum opus eſſe. Veruntamen per iniuriam locupleta ri in talibus etiam prohibuit. Enimuero primum huiuſ modi nummũ conſtituit: qui decẽ minarum ſolum ubi in domum peruenerit nunq̃ neq; heros neq; ſeruos la teat. Nam & loco magno & curru ad agendum opus ſit nempe & aurum & argentum diligenter inquiri-tur: quod ſicubi appareat poſſeſſor mulctatur. quid er go pecuniis comparandis eo loci quis ſtudeat ubi illas

rum comparatio plus ægritudinis: q̃ usus uoluptatis præstat: sed enim maiorem in modũ apud Spartiatas tum magistratibus tum legibus cunctos obedire omẽs scimus. Ego quidem neq; attentasse Lycurgum bonũ hunc reipu. statum: priusquã eos qui optimates in urbe essent, inter sese conciliasset. hæc autem ea assequor cõiectura: q̃ in aliis urbibus potentiores neq; uolũt uideri quidem magistratus ipsos pertimescere: quin illiberale id esse ducunt. principes uero & parẽt spartæ maxime in magistratibus & humiles esse. Currẽdoq; potiusquã incedendo cum uocẽtur obedire gloriosum censent: hii quidem facile futurum existimantes ut & alii sequantur: si quidem ipsi uæhementer obtemperando principes fuerint: quod certe & factum est. Consentaneum uero est hos etiam ipsos ephororũ potestatem constituisse: quoniam intelligerent obedire maximum esse bonum tum in repu. tũ etiam & militiæ & domi: q̃ enim maiores uiros magistratos haberet: eo magis arbitratus est ciues ad obediẽdum perterrendos. itaq; ephori quæcũq; uelint mulctare queũt: possunt exẽplo trãsigere: possunt in magistratu cõstitutos intra tempus & abrogare: & in carcerem coniicere ac de uita certamen constituere. Tanta uero habẽtes potestatem haud quaq̃ aliarum ciuitatum exemplo sinunt delectos ad magistratum semper utcũq; uoluerint animum dominari: quin potius queadmodum tyranni & qui gymnicis certaminibus præsunt quem senserint præter leges aliquid perpetrantem per quam propere puniũt. Sed cum & alia permulta sint pulchra Lycurgi inuenta quibus ciues legibus obtemperent: tũ & hoc in primis pul

cherrimum esse puto:quod non ante multitudine leges edidit:q̄ cum principibus delphos petens deum rogasset:an esset futurū conducibilius & melius spartæ:ubi legibus quas ipse tulerit obediret:qui cū oraculum suscepisset:id prorsus melius fore:tunc edebat non modo iniquum uerum & impium statuēs si quis legibus pythio roboratis oraculo minus paruisset. Dignū est præterea & hac in re. Lycurgum admiremur:qui apud Lacedæmonios id effecerit:ut honestam morte; turpi uitæ anteponerent. Et enim si quis secum ipse consuleret:inueniat horum lōge peritiores ex his qui ex hac luce migrare metu elegerunt. Et profecto si uerum dicendum sit:consentaneum est uirtute in longiorem ætatem quā uitio perueniri. Ea namq; & facilior est & iucundior et expeditior et fortior. patet aūt gloriā maxie seq uirtutem ipsam. & enim omēs quodāmodo bonis auxilio esse uolunt. quo igitur pacto ut hæc fierent molliter sit & hoc non ommittamus oportet. Ille igitur plane prestitit:ut & boni feliciter & mali misere degerent. In aliis enim urbibus cum aliquis malus fiat:mali tātum cognomentum accipit:uersatur autē eodem in foro malus:ubi & bonus et sedet & ludit si uelit:sed apud Lacedæmonios quisq; erubesceret uitiosum hominē in cōtubernium secum aut in palestra cōcertatorem admittere: Sæpe etiam malus diuisis qui pilæ ludum contra inter se ludunt in neutram partem accipitur:atq; in choreis quoq; in abiectiores locos reiicitur. Atq; uiis cunctis sibi cedendum est & in consessibus:ac inter iuniores quoq; assurgendum propinquas autē uirgines domi nutrire conuenit:& is est causa fortitudinis sub

ducendum. Vxoris autem uacuũ larẽ despicere fas non est: & huius rei multa simul subeũda neq; precibus flectere: neq; insontes imitari licet: aut si secus fecerit uerbera suscipere a prestantioribus oportet. Ego igitur cũ huiusmodi ignominiã ꝓpositã malis ituear ne miror qdẽ malle illic homines mori, q̃ tanta cum ignominia ac ꝓbro uiuere. Perpulchre & hac in re Lycurgus mihi legibus sanxisse uisus est: qui ad ipsam usq; senectutem uirtutem excolendã uoluerit. Nam cũ in uitæ meta senectutis iudicium apposuisset: statuit ne in senio quidem honestatem ac probitatem negligendam esse. Est & illud tum laude tum admiratione dignum: ꝙ & bonorum uirorum senio prospexerit. Cum enĩ instituisset uitæ certamẽ penes senes eẽ. perfecit senectã pluris habendam esse q̃ iuuentutis robur: & recte quidẽ ex oĩbus humanis rebus huic certamini studetur: nam & si gymnica certamina pulchra sunt. ea tamen corporum certe sunt: senectutis uero certamen animorum iudicium bonorum præbet. Sed quantum corpori præstat animus: tantũ etiam animorum certamina corporum certaminibus antecellunt. Atqui & hoc Lycurgi institutum qui nõ maximopere admiremur: qui posteaq̃ didicisset eos qui lentius studere uirtuti uellent patrias amplificare non posse: coegit sparthæ omnes uirtutes exercendas publice: queadmodum igitur priuati homines uirtuti præstant & studiosi negligentibus. Ita & spartha quæ sola publice honestatem probitatemq; exercet: uirtute cunctis plane urbibus præcellit. Et enim nonne & illud pulchrum: ꝙ aliis ciuitatibus in eos dũ taxat animaduertentibus si quis alter iniuriam alteri

intulisset Lycurgus eum non minus plectādum uoluit si quis manifesto neglexerit quo optimus fiat. existimabat enim ut uidetur ab his qui aliquos captiuos effecissent: aut quequā abstulissent : aut furto surripuissent in eos qui læderentur solum perpetrari iniuriam: a uitiosis uero ignauisue hominibus respu. prodi. Itaq; recte uidetur mihi maximas hisce pœnas statuisse. Addidit præterea intollerabilem quandam necessitatem ad omnem ciuilem uitam excolendam. Nā his qui legittima exsoluerēt ex æquali omnibus rempu. esse uoluit: nihil ꝙ existimauit neq; corporū neq; rerum imbecillitatē ꝙ si quis ignauum sese circa lægitima præstitisset: hūc decreuit ne in ciuibus quidem habendum esse. Nam ꝙ hæ leges uetustissime sunt: perspicuū est. Lycurgus enī heraclidarum temporibus fuisse traditur. quæ cum ita uetustæ sint: hac etiam tempestate aliis sunt admodum nouæ Etenim quod unum omnium maxime admirandum huiusmodi studia omnes laudant: imitari autem nulla ciuitas uult. atq; hæc quidem cōmunia bona sunt & pacis & belli. at si quis discere uelit & circa rem militarem Lycurgū meliusꝙ reliquos prospexisse ex his audire licet. Primum igitur ephori pronunciāt quibus annis educendæ copiæ sint & equitibus & grauioris armature & peditibus primum deinde & opificibus Quare quoquot rebus in urbe utūtur homines: his omnibus & militiæ lacædemonii affluunt: eodemmodo & instrumētis quibus exercitus uulgo eguerit; ea omnia partim curru partim iumentis præbenda imperauit. Sic enī minus quod defuerit latere id queq; possit. In armorum autem certamē talia quædam molitus est.

Circa rem militarem

Lycurgi prouisiones circa rem militarem

Voluit enim stolam puniceam haberent: & clipeũ æreum. hanc quidem stolam arbitratus minime communẽ cum fœminis esse quam bellacissimam: nã & celerius eã expurgatur: & serius maculatur. Permisit autẽ eos qui pubertatis annos transcendissent nutrire comã: ratus hoc pacto & maiores illos & liberaliores feliciores que uideri. Quibus ita instructis distribuit equites ac pedites in tribus sex: quælibet autem ex urbanis tribubus habet unum tribunum militum & manipulorum præfectos quattuor: quiquagenarios octo: duces turmarum sexdecim. Ex his uero tribubus per denunciationẽ constituuntur tum in turmas tres: interdum autem in sex. Quod autem plures putant ordinem laconicũ esse in armis per quam implicitum lõge secus quam res se habeat opinatur. Sunt enim in ordine laconico præpositi prĩcipes & singuli ordines: quæcũque præbẽda sũt omnia continent. Hanc autem institutionem ita est perdiscere facile: ut nemo qui homines queat cognoscere unquam errarit. Aliis enim datur ut ducant. Aliis ut sequantur demãdatur. Atqui mouendæ phalangis modus tanquam ex præcone & turme duce uerbo manifestatur Phalanges uero & raræ & latiores fiunt: quarũ neque quiuis discere difficile sit: quod itidem tametsi perturbentur eãdem hæ aciem cum obuio hoste prælia tur: difficile quis intelligat præter eos qui Lycurgi legibus instructi fuerint facilia Lacedæmoniis & illa facta sunt quæ armis pugnantes perdifficilia ducũt. Cũ enim in cornu incedunt. Turma in postremis sequitur quod si hoc ordine hostium phalanx ex aduerso appareat Turmario duci denũciatur: ad frontẽ sese in clipeũ ad

læuâ locet. Itaq; semper sic habeat. quãdiu aduersa pha lanx ita steterit. Et si quidem interea loci terga hostes inuaserint uertũtur singuli ordines: quo fortiores sem per hostibus opponantur. Cum princeps autem ad le uã fiat: neq; hoc modo deteriores sibi partes datas exi stimant: quin potiores interdum si qui & enim circuire tentarint non nudas quidem sed armatas partes circũ dabãnt. Quod si alicuius rei gratia uideatur conduce re ut imperator dextrum cornu teneat: uerso in cornu agmine phalãgem ipsam quoad imperator æd dexte ram postremi uero ad leuam fuerit expliant. Quod si ex dextro hostiũ cornu acies in cornu incesserit: nil ali ud curant q̃ ut singulos manipulos ueluti Triremen aduersa prora in aduersos uertant. Itaq; rursus postre ma acies in hastam ad dexteram constituitur. Sin autẽ ad leuam hostes inuaserint: id minime sinunt: quin re pellunt: aut aduersariorum aduersas acies uertunt. Et sic iterum postremus manipulus in clipeum constitui tur. Dicam etiam quo pacto castrametandũ esse Lycur gus censuerit: nam quoniam quadrati agminis angu los inutiles esse duceret: in orbem castra ponebat: nisi aut monte tuti essent: aut mœnia aut fluuium post se haberent: statuit diurnas custodias quæ in armis itro aspicerent: non enim hostium gratia sed amicorum hæ constituentur: quippe quæ tum hostilem equitatum ex his locis obseruant: e quibus prospicere plurimũ queãt: At si quis noctu extra phalãgem progrediatur: statuit ab scyrithis obseruari: qui ne quis ordinẽ egrederetur ius habebant: nunc uero & ab ipsorum etiam peregri norum quibusdam simul circũeunt obseruari: quod aũt

Castrame tandi q̄ pacto.

& hastati semper circueunt. Sane & hoc scire conuẽit ea gratia fieri qua & seruos ab armis prohibẽt: & eos qui ad leuandam aluum abeunt: neq; mirandum ẽ eos neq; ab inuicem neq; ab armis longius abire: quam ut sibi inuicem molestiæ non sint: faciunt enim hæc securitatis gratia. At qui castra per crebro mutant quo & hostes lædant: & amicos iuuent ac ut se exerceant lex omnibus Lacedæmonijs præscribit quicũq; meruerint: quare tum magnificentiores ipsi inter se fiunt: & inter alios strenuiores apparent. Oportet autem neq; ambulationis neq; cursus minus efficere: qua quantũcumq; tribus ipsa permiserit: quo nemo suis ab armis porro absit post exercitationis autem ludos primus militum cũctis sedendum iubet: hoc autem perinde ac exquisitio q̃daʒ est. deinde prandẽdum mandat. confestim speculatorẽ dimittendum: postea rursus consilia inter se habent & se q̃eti dedũt ante uespertina gymnasia. Quibus actis cœna preconem significatur: & ut posteaq̃; deorum laudes cecinerint quoscumq; sacrificijs placarint in armis quiescant: quod autem multa a me scribuntur: mirandum certe non est: nam minime Lacedæmonijs quis ommissa inueniat quæcũq; in re militari studiosa ducẽda sint. Sed iam mihi narrandum est quam & uim & honorem regi: Lycurgus in exercitu pararit. Primum namq; regem ciuitas & eos qui cum rege sunt nutrit: in præsidio contubernales sunt una secum militum tribuni: quo semper presentes una magis si quid opus est consultant. Contubernales sunt simul alij tres eiusdem ordinis uiri. Hi cum illis una omnium rerum necessariarum eam diligentiam habẽt: ut nunq̃; prorsus ua-

cent a rerum bellicarum cura. Repetam autem quonia̅ rex pacto copias educit. Nam primum domi sacra facit Ioui ductori aliisq; cælitibus: quod si bñ litarit accipie̅s fœcialis qui pyrphoros a ferendo igne appellatur: Igne; ex ara precedit ad regionis usq; confinia: ubi rex rursum Ioui Minaruæq; sacrificat. Cum his uero duobus diis litatum fuerit: tum demum regionis fines transit: & ignis ab his sacrificiis perpetuus antecedit: omnifariamq; hostiæ sequuntur semper cum sacrificaturus sit id operis adhuc crepusculo aggreditur: uolens is quide̅ ante sibi dei fauorem beniuolentiamq; conciliare. Adsunt circa sacrificium tribuni militum: ma̅ipuloru̅ præfecti quinquagenarii peregrini militis duces & eoru; qui impedimenta ferunt duces urbiu̅q; pretores quisq; pro uolutate. Adsunt & ex ephoris duo qui nihil agu̅t nisi a rege acersiti. Intuentes aute̅ quid singuli faciunt castigant omnes ut decet. Absolutis uero sacrificiis rex aduocata co̅cione quæ faciu̅da sunt iubet. Itaq; hæc aspiciens facile putes alios quidem disciplina rei militaris perrudes esse. Lacedæmonios autem solos existere profecto rerum bellicarum artifices. Cum igitur rex ducit si quidem nemo ex aduerso appareat nemo ante ipsum incedit præter scyrithas et speculatores eqtes. Quod si qua̅do prælium futurum existimant: assume̅s rex primæ tribus agmen ducit in hastam conuertens: quousq; in medio duarum tribuum: fiat: & inter duos militum tribunos. Quos uero præfici hisce oporteat: is qui circa damosiam maximus natu est: illos constituit: Hi uero sunt quotquot eiusdem ordinis simul conuiuantur: & uates & medici & tibicines ac exercitus principes &

 187

si qui ultro affuerit quo fit ut eorum quæ fieri oportet nihil ambiguum sit: nil est enim non perspiciendum. Pulchre & hoc Lycurgus & utiliter (ut mihi quidem uidetur) in armorum certamine cogitauit. Nam cum intuentibus iam hostibus capea iuguletur: lex ē omnes astantes tibicines tibijs uti ac neminem lacedæmoniorū sine corona esse: atq; arma quoq; expoliēda pronunciat licet etiam iunior ac delecto in pugnam pregrediat̄: & sese lætum atq; probum prestat. Hæc autem turmario duci demandantur. Neq; enim auditur in omēs singulatim turmas a singulis præter turmæ ducem: quod ut recte fiat: militum tribuno curandum est. At cum uidetur castrametandi tempus id regi Lycurgus ait curādum esse locumq; demonstrandum. Item & legatiōis & societatis ineundiq; belli ratio diligentiæ regis cōmissa est. Atq; regem omnes adeunt: cū quid agere uoluerit. Quod si cui causa ulla fuerit hunc rex ad certaminum iudices dimittit. Sin pecuniarum gratia ueniat ad quæstores: sin autem prædam agens ad eos q prædam uendunt. His uero ita a rege gestis negocij aliud circa præsidium relinquitur regi nihil nisi ut sacerdotem sese diuinis in rebus erga homines autem ducem gerat. Sed si quis me roget an hac etiam tempestate uideant̄ mihi Lycurgi leges immote permanere. Id ego me hercule ne iam audacter dixeri;, Scio nāq; Lacedæmonios prius frugalitatem sibi sponte eligentes domi inter se congredi q̄ in urbibus magistratibus preesse. ac per assentatores corrumpi longe maluisse: & antea quide; pertimescebant ne quid auri habere uiderentur nunc autem quosdam nosco qui quæstu gloriant̄: neq;

me præterea latet antea quoq; huiuscæ rei gratia peregrinos ammotos cẽ: neq; peregrinari licuisse: ne ciues uersutias atq; dolos a peregrinis haurirent. At hoc tempore non sum nescius eos q primarij uidẽtur in id maxime studere inuigilare incũbere: quo nunq̃ peregrino magistratu desistant & olim certe elaborabãt ut digni essent qui imperarent: nunc autem curant lõge magis ut imperent q̃ ut imperio digni sint. Itaq; reliqui græci petentes antea Lacedæmonem eos deprecabantur ut sibi duces fierent aduersus eos a quibus iniuriam sumpsisse uiderentur. Sed hac tempestate permulti sunt q se inuicem rogent atq; exhortentur ut eis ne denuo imperent & obstent & arceãt. At profecto mirari nemo debet quid ipsos ita uituperemus: quippe qui manifesti sunt qui neq; deo neq; Lycurgi legibus obtemperent.

Narrãdum etiam mihi est quæ fœdera Lycurgus regi aduersus ciuitatem constituerit. Solus enim hic principatus pro initiũ constitutione perseuerat: alias uero resp. & antea immutatas & item nũc immutari quis inueniat Statuit nãq; ut rex publicis in rebus omnibus tanq̃ ex deo esset pro urbe sacra persolueret: & exercitus quocũq; ciuitas mitteret dux fieret. Decreuitq; sibi munera ex his quæ imolarentur capiũda: & præcipui agri tantũ in uicinis plerisq; urbibus statuit: quo neq; frugali apparatu indigeret: neq; opulentia efferretur: atq; ut reges in publico discumberẽt: conuiuium eis publicu; instituit: & duplici parte in cœna honorauit: nõ ut duplo magisq; alij ederent: sed quo & ex hoc quem uellent honorare quirent. Dedit præterea contubernales duos quos ipse utrũq; deligeret. Hij autẽ phytij ap

pellantur. Dedit & ex omni scropharum fœtu porcu; unum: quo si quid deum cōsulere opus foret: nunq̄ȝ hostijs indigeret ac iuxta domū aquæ copiā stagnu; præstat quod quanto plurimis in rebus usui sit: hij qui carent magis intelligunt: atq; regi oēs ex subsidijs assurgunt: præterq̄ȝ ephori a sui magistratus sellis. Hi autē singulis mensibus iureiurando se mutuo astringunt. Ephori quidem ciuitatis nomine: rex autem suo iusiurandum uero regis est pro conditis ciuitatis legibus imperatum ire. Ciuitatis autem pro iureiurando inuiolabiliter illi obseruanti regnum inconcussum redditum ire: Hi ergo honores domi uiuo regi exhibentur: qui parū admodum priuatorū honoribus antecellunt. Nō enim Lycurgus uoluit neq; regibus Tyrānicum fastum assiscere: neq; ciuibus inuidiam aduersus regiam maiestatem inijcere: quibus autem rex mortuus cumuletur honoribus. Id declarant Lycurgi leges: quæ non ut homines: sed tanq̄ȝ heroes Lacedæmoniorum reges honorandos uoluere.

Ad sapientissimum ac Sanctum uirum. D. Nicola. S. R. ecclesiæ Cardinalem francisci Philelfi prefatio ī Xenophontis orationem de regis Agesilai Lacedæmoniorum laudibus.

Admonuit me superior Lacedæmoniorū respub. q̄ȝ a sapientissimo Lycurgo illi constitutā Socraticus Xenophon immortalitati litterarum commendarat ut & Agesilai laudationem quā idē disertissime ac pene diuine scriptitasset ad latinos traducerem. Idq; cū ob ali

as a me ratiões factum est humanissime patet. Tum ob eam potissimum: ut quod ipse perspicue noscis. Ceteri nō ignorent solere ex bonis & institutis & legibus uiros etiam effici meliores clarioresq;. Itaq; Agesilaus ipse Spartiatarum rex cum Lycurgi instituta die nocteq; animo uolutaret: atq; singula eius non facta modo uerum etiam dicta crebra meditatione studioq; tractaret: id est pro singulari sua tum sapientia tū animi magnitudine consecutus: ut & patriæ maximopere prodesset & æternitatis nomē suo nomini uendicaret. Accedit ad rem quod rebus te priscis delectari illisq; clarissimis non me preterit. Etenim ingenuus animus & excelsus magnarum item illustriūq; rerum suauitate pfunditur: maiorum quidem laudationes præmia sunt uirtutis: & recte faciundi proposita posteris exempla quædam. Quis enim omniū est qui cū summam iusticiā insigem prudentiam sapientiam singularem egregiam præterea animi grauitatem constantiam modestiā continentiam humanitatem magnificentiam comitatē gratitudinem pietatem ac omnis deniq; uirtutū cætus in Agesilao floruisse perspexerit: nō & illum uel mortuum mirifice diligat eamq; mente uoluptatem percipiat: qua nulla sit prope iucūdior nulla maior. qđ cum omnibus auditu pergatum sit: longe his tamē & gratius arbitror & suauius: qui ueluti tu pater modestissime immortales uirtutes tuas in aliorum uirtutibus memorari simul & laudari cognouerint. Nos uero qui pbitatis nomen atq; splendorē quasi tyrones appetimus: perinde ac si ideam aliquam & intuemur uos tales uiros & imitari cogimur. Sed in hac traductione id mi

bi molestum fuit q̄ non huiusmodi haec oratio diuina apud nostros appareat qualis apud graecos effulget et tanq̄ sol aliquis irradiat. Quis eñ musam athicam (ita namq̄ Xenophontem prisci cognominarunt) dicēdo apud nostros expresserit: quis talem hanc Agesilai laudationem: quā ipse etiā eloquetiae deus Cicero pluribus in locis & unice laudauit & maiorem in modum admiratus est: ulla dicendi arte ullo ingenio ulla demum exercitatione pro dignitate interpretari se posse uel crediderit uel sperarit et si quis fortasse id se posse dixerit hoc certe de me fateri facinus esse dixerim. proinde oēs norint sensa modo: si quid aliud limatius politiusue apparuerit Xenophontis illius esse: dictionem autem nostram & ingeniū et peritiam interpreti potius q̄ fidem & diligentiam defuisse. Vale:

Q VAMQVAM NESCIus certe nō sum Agesilai tū uirtutem tum gloriam non facile scribendo laudari pro dignitate posse. nihilo tamen minus id mihi muneris aggrediendum existimaui: nō enim recte se res habeat: si quoniam ad summū usq̄ uir probus fuerit: eo non nisi summis eum laudibus prosequi liceat De ipsius igitur generis claritudine quod aut maius aut pulchrius dicere quisq̄ queat q̄ quod etiā & hoc tempore celebratur: quotus maxime inter illustres maiores suos ab ipso usq̄ Hercule excelluerit: neq̄ illos quidem priuatos homines: sed ex re

gibus natos & ipsos reges. At qui neq; hoc eos quisq̃ uituperarit quod imperant illi quidē s; obscure cuiq̃ uulgariq; urbi imperant: quin ueluti ipsorum genus ceteros suæ patriæ anteit. Ita & urbs ipsa in græcia in primis floret: quare non in secundis principatum seruant: sed ipsis hi ducibus plane præsunt: sic igitur ipsius una & patria et genus laudetur oportet: nam neq; ciuitas illorum unq̃ honori inuidens suum rescindere regnum molita est: neq; reges maiora q̃ ab imperādi accepissent initijs unq̃ cupierunt. At neq; ullus unq̃ alius principatus neq; in populari neq; in paucorum neq; in tyrannico neq; in regio dominatu firmus omnino inconcussusq; pdurauit. Hoc uero solum imperiū perpetuum permanet. Quod autem Agesilaus āteqũ regnare cœpisset: dignus esse regno uidebatur. Hæc sunt argumenta. nam posteaq̃ Agis rex diem obijt Leotychida Agesilaoq; de imperio contendentibus. Altero quidē ut Agidis: hoc uero ut Archidami filiorū: ubi Agesilaum ciuitas tum genere tum uirtute illustriorē eē dijudicasset: hunc regem decreuit atq; potentissima in urbe honore pulcherrimo a uiris optimatibus īsigniri quibus etiam coniecturis indiget quanta is cum adhuc priuatus esset uirtute claruerit: quæ uero gesta in imperio ab illo sunt: iam eloquar omnia. Ex ipsis etenim rebus gestis puto etiam eius mores pulcherrime declaratum iri. Agesilaus cum iuuenis adhuc esset: rex creatur: qui cum modo regnare cœpisset: nunciatur persarū Rex permagnas cogere aduersus græcos nauales ac pedestres copias: quibus de rebus Lacedæmonijs simul & socijs consultātibus suggerit Agesilaus: pollicetur

q si ex spartiatis dederint sibi quinquaginta uiros:& ex reliquo libero populo tria millia:ex socijs aũt ad sex milia:se in asiam traiecturum:periculumq; facturum cõstituendæ pacis:uel si bellum barbarus maluerit: negocium ei præbiturum quominus in græcos expeditiones agat. Itaq; permulti continuo illum admirantur q hoc ipsum concupierit:cum perses in græciã ante trãsmiserit contra aduersus eũ traijcere:& eligeret potius ut occurrens q̃ ut substinens ei repugnaret :malletq; ut illius quã ut græcorum res consumẽdo belligeraret Id autem omnium pulcherrimũ iudicabatur quod non de græcia certamẽ sed de Asia cõstitueret: Itaq; postea quã assumptis copijs enauigasset:qui clarius ostenderet:quisq̃ possit:an rem militarem prudenter & scite gesserit:q̃ si eius res gestas enarrarit? Hæc ergo prima eius in Asia gesta sunt. Tysaphernes quidem Agesilao iuratus est si inducias secum fecerit:ad nuntiorum usq; reditum quos ad regem mitteret:sane efficeret quo græcæ in asia urbes mitterentur. Agesilaus uero cõtra iuratus est fœdera sese sine dolo ad tris usq; menses obseruaturũ. Sed Thysaphernes quæ iurarat ementitur. Nã pro faciũda pace magnum præter eum quem priùs habebat exercitũ aduocauit a rege:quæ Agesilaus tametsi accepisset in fœderibus tamẽ perstitit. Atq; hoc primũ recte gestu; ab illo existimo:quod & Tysapherneẽ periurum ostendens reddidit infidum omnibus:& se contra primum iusiurandi obseruatorem tamen nil contra fœdera mentientem demonstrans effecit:ut & græci et barbari audacter secum si quid ipse uellet conuenirent Cum uero Tysaphernes ob deductum exercitum pluri

mum elatus animo bellū Agesilao indixisset: ubi minus ex Asia abiret cum alii socii tum ipsi qui aderant Lacedæmonii: & uehementer manifesteq; angebātur ut pote qui putarēt præsentes Agesilai uires regis apparatu minoris esse. Sed Agesilaus læta admodū frōte nunciare Tysapherni oratores iussit se illi permultas habere gratias quod usus periurio sibi quidem immortalis deos hostes reddidisset: græcis autem socios effecisset. Deinde uero extemplo milites ut se ad bellandum parent monet: exortaturq; & urbibus cariæ quas aduersus barbaros bellaturus petere cogebatur: cōmeatum iubet. Scripsit præterea & Ionibus & æoliis et hellespontiis ut ad se ephesum auxilia mitterēt. Tysaphernes autem: tum quoniam Agesilaus equitem non haberet. Caria uero est equitatu difficilis: tum quia eum contra sese propter fraudem iratum opinabatur: nō absurde ratus contra suam domū facturum illū in cariam impetum: omnes pedestres copias illuc transportauit: equites uero ad campos Meandri circūduxit. Censebat enī se satis posse græcos equite obruere priusq̄ ad difficiles locos illos peruenirent. At Agesilaus non in cariam sed illico inde uersus in phrygiam pergit: & qui in itenere exercitus occurrebant assumēs omnium dux & urbes diruit: & insperato adorsus per grandes pecunias capit. Dignum & hoc quoq; disciplina rei militaris uisum est quod posteaq̄ bellum indictū est ac diripere fasq; & ius ex illis fuit, puerum Tysaphernē decipiendo demonstrauit: amicos autem prudenter locupletare uisus est: Nam cum ob multarum prædam rerū omnia pariter uili precio uenirēt: admonuit amicos ut

ẽ merent: inquiens se propediem ad mare cum exercitũ
descensurum. His uero qui prædam uenarent: iussit ut
scribentes quanti quid emerint res illis traderent: qua
re neq; quicq̃ eius amici prius persoluentes: neq; rem
publi. detrimento afficientes cuncti q̃; opulẽtissimi effe
cti sunt. Item cum transfugæ ut sit ad regem irẽt: uel
lẽntq; aliquas res subducere: diligentiam adhibebat ut
ab ipsis amicis hę caperentur: quo & una locupletarẽ
tur: clarioresq; fierent: quas quidẽ ob res statim multos
suæ amiciciæ cupidos reddidit. Noscens autem eam re
gionem quæ in prædam uersa desertaq; esset ne posse
ad multum temporis exercitum ferre: quæ uero habita
rẽtur sereretur q; perpetuum præbere alimẽtum: studu
it ut non solum ui hostes caperet: uerum & humanita
te pelliceret. Quare milites sepenumero monebat ut ca
ptiuos non ut iniustos cruciarent: sed ut homines serua
rent: per sæpe etiam quãdo castra mutaret si paruos ne
gociatorum pueros relictos acciperet: quos eo multi uẽ
debant quia putarent non eos posse & ferre & nutri
re curabat quo & hi quendam in locum conuæherẽtur
atq; illorũ itẽ capitiuorũ qui ob seniũ et ipsi relinquerẽ
tur: imperabat curã habẽdã esse: ne siue a canibus siue
a lupis perderentur: quapropter nõ hi solũ qui hæc au
dirẽt: quin etiam captiui ipsi beniuoli in eum reddebã
tur. Quod autem urbes in deditionem accœpisset aufe
rens hinc quæ serui ministeria heris præstant: ea impera
bat quibus liberi principibus parent: quorũ autem mœ
nia nulla ui potuisset: humanitate et clemẽtia capiebat
Cũ ergo neq; i campis phrygiæ propter pharnabazi
equitatum militare posset: uisum est Agesilao equitem

parari oportere: ne fugiens bellare cogeretur. Itaque di-
tissimos ex illius regionis urbibus qui equos aleret de-
legit prædixitque eum militiæ non fore obnoxium qui equos
& arma probumque uirum præbuisset. Effecitque hoc pa-
cto ut omnes hæc animo promptissimo gererent: ceu si
quis hominem pro se moriturum studiose perquæsierit.
Statuit item ex quibus urbibus equites præparandi fo-
rent: ratus is quidem e uestigio ex illis urbibus quibus
ad alendos equos cura demandata fuerat: permultos sa-
ne strenuos ac animosos circa equestrem fore. Hoc etiam
mirifice & preclare facere uisus est: quod & equitatus
paratus est sibi & robustus illico atque ad res gerendas
acer factus. Sed postea quam uernum illuxit tempus: exercitum
omnem ad ephesum coegit: quem uolens exercere pre-
mia proposuit tum equestribus ordinibus si quis opti-
me equitarit. Tum pedestribus si quis egregie sese cor-
pore habuerit: atque scutatis sagittariisque qui optime suo
functi officio uiderentur: premia proposuit. Itaque intue-
ri licebat tum gymnasia referta uiris certantibus: tum
circum equitibus equestrem agentibus: tum denique ia-
culatores & sagittarios ad lineam euntes. Sicque totam
urbem in qua erat spectaculo dignam [illegible] et fo-
rum completum erat omnifariam & armis & equis ue-
nalibus: ærarii quoque & lignarii & ferrarii & coria-
rii & fullones omnia bellica arma construebant. Quare
urbem illam plane censuisses belli officinam: perbelle
autem quisque robur accepisset qui illud conspexisset Age-
silaum primo: deinde alios milites & coronis insignes
cum a gymnasiis redirent: & Dianæ ipsi coronas offe-
rentes. Enimuero ubi homines deos uenerentur: bellis

cas res exerceant: principibus obtemperent: qui non hic conuenit affatim omnia bene sperare: ratus preterea robustiores quodammodo milites ex cotẽptu hostiũ ad pugnandum reddi predixit preconibus ut barbari a latronibus capti nudi uenũdarentur: quos milites illi intuentes: tum albos quia nunq̃ exuerentur: tum pingues & molles propterea quod in uehiculis semper existerent: putarunt nihilo esse magis bellum formidandum: q̃ si cum mulieribus præliari oporteret: prædixit etiã militibus sese aduersus munitissima & optiã regionis illius loca ducturum exercitum: quo iã inde corpora illi atq̃ animũ quasi pugnaturi ei præpararẽt. Tysaphernes autẽ hæc eo ab Agesilao dici arbitratus est: quo rursus eum falleret. Velle autem indubitato in cariã irrũpere: quare per id temporis peditem ueluti antea in cariam transtulit: equitem uero ad meandri campum constituit. Sed Agesilaus nihil ementitus: in sardianũ solum sicuti dixerat perrexit. profectusq̃ dies tris nusq̃ obuiam factis hostibus ubertim rebus necessariis refersit exercitum. Quarta autem luce uenerunt hostiũ equites: quorum imperator dixit impedimẽtorum præfecto ut transiecto pactolo fluuio castrametaretur. Ipsi uero græcos eos intuentes qui sequebãtur ad predam intentos multos enecarũt: quod ubi sensisset Agesilaus: equitibus iussit illis auxiliũ ferrẽt. At persæ ubi auxiliũ uiderũt: in unũ cõuenere: ac se cõtra ad pugnã struxerũt p quã multis eq̃tũ ordinibus. Hic igiť cũ sciret Agesilaus peditẽ nõdum adesse hostibus: sibi uero abesse ex apparatu nihil: tempus idoneum uisum est quo si per hostem liceat prelio decernat. Itaq̃ cæsis hostiis e uesti

gio in aduersum equitem phalāde duxit. Adolescētes secum una currere: scutatis autem dixit cursu subsequerentur: equites autem ut irruperent monuit. Sic igitur ipso omniq; exercitu insequente: equites ipsi a fortissimis persarum excepti sunt: sed posteaq; barbari cūctis una difficultatibus premerentur inclinata est acies: & alij illico in fluuiū delapsi. alij in fugam cōuersi sunt At græci: eorum Castra insequētes capiūt: ac ueluti fieri solet scutati in rapinam uertuntur Agesilaus autem inter amicos hostesq; medius constitutus castra circūlocauit. Cum uero hostes tumultuari audisset: quoniam male actam rem sibi inuicē crimini dederent: cōfestim aduersus sardos exercitum duxit: ubi omnes circum urbem locos & incendit simul & populatus est simulq; per preconem nūciauit ut hi qui liberi esse uellēt: ad se tanq; ad socium irent. Quod si qui Asiam suam facerent aduersus liberatores armis decernerēt. Sed posteaq; nemo contra egressus est: secure post hac militabat. Videbatq; græcos illos qui antea barbaros adorare cogebātur: ab his honorari: a quibus contumeliam suscipiebant, Illos autem qui uel deorum immortalium honoribus sese frui dignabātur: effecit ut neq; intueri aduersus græcos auderent: atq; amicorum solum ab omni præda tutū præstitit: hostium uero ita perfūctus agro est: ut duobus annis centū talēta & amplius deo apud delphos decimā dedicarit: At rex persarū Thysaphernem aduersarum sibi rerum auctorem esse ratus misso Thythrauste: eum capite obtrūcat. Deinde uero barbarorum res ignauius se habere: Agesilai autē longe robustius: ab omnibus enim gentibus ad eius amicitiam cō

parandam legati mittebantur. Multi etiam ad eum deficere libertatis desiderio agitati. Itaq; non iam græcorum solum: uerum & magnæ barbarorum multitudinis dux erat Agesilaus: profecto & hinc Agesilaũ inaudita quadã cum admiratiõe laudandum existimo: q multarum in continente urbiũ principatum possidens: & insulis nõnullis imperitans: nam & classem sibi ciuitas addidit: auctus præterea & gloria & uiribus cum ei in manu esset pro uoluntate plurima facinora optimaq; cõfixere: ac preter omnia quod maximũ fuerat animo uolutans sperãsq; eam rescindere ditionem: quæ prius in græciam meruerat: re tamen nulla teneri potuit: sed cũ ab ciuitatis principibus nuntius uenisset ut patriæ succurreret; nihilominus reipu. paruit: q̃ si solus præter illos quinq; patrio more in ephorio stetisset: sicq; perspicuum fecit ut neq; totum orbem terrarũ patriæ: neq; nouos ueteribus amicis: neq; turpis ac tutos quæstus his anteponeret: qui cũ periculis honesti & iusti essent. Quãto autem tempore cum imperio mansit: non ne & hoc laudatissimi regis esse opus ostẽdit qui cum omnes ciuitates ad quas regendas nauigarat dissidentes propter rerũ publicarũ motum ex amisso Atheniensium principatu accepisset: effecit ut sine uel auxilio uel nece q̃diu affuit: inter se concordia uterentur: et ipsas urbes opulẽtas atq; trãquillas redderet. Itaq; hi græci qui Asiam incolunt: eius dicessum non ut principis modo uerum etiam ut patris ut socij sodalisq; dolebant: atq; ad ultimum ostenderunt nõ ficta illum beniuolẽtia coluisse. Deniq; ultro secum in lacedæmonis auxilium iere: ne hi quidem ignari ut nõ sibi aduersus

Incipit [illegible] tis [illegible] rum gesta [illegible]macione

imbecilliores pugnãdum foret. Rerum igitur gestarũ in Asia hic fuit finis. Traijciens autem hellespontũ ꝑ easdem nationes profectus est: per quas antea perses fuerat classe permaxima et quod barbarus annum iter feceratid mensem & minus Agesilaus confecit: non enim ut patria orbaretur decernebat: sed posteaq̃ itinere per Macedonia facto Thessaliã attigit. Larissei & Cranonij & Scothussij & Pharsalij Boeciorum socij & omnes praeterea Thesali nisi ꝙ transsugae per id tẽporis erant. Insequentes hij turbas inferebant. uerũtamen quadrato agmine Agesilaus exercitum duxit habens equitum dimidiũ ante dimidiũ uero post exercitum. Sed ubi Thesali ab itinere arcerent utpote qui postremos inuaderent: transmittit ad postremos partem ex his qui precedebant: & ex his partem qui circum se erant: ut autẽ inuicẽ contra instructi sunt rati Thesali sibi ne difficile futurũ equites aduersus grauius armatos pedites pugnare retrouersi abibat sensim: greci uero q̃ temere insequebantur. At noscens utrorũq; errata Agesilaus trãsmittit quomodo circa sese habebat robustum equitẽ. Iubetq; tum alios moneant tũ & ipsi uaehementer insectentur: neq; amplius illos reditũ facere sinant: sed Thesali ut uiderunt secus atq; opinarẽtur graecos fugare impellere insequi: alij neq; reuerterunt alij uero cum reuersionem tẽtassent lab equitibus quos transuersos habebant capti sunt. Polichiarmus autem pharsalius equitum praefectus reuertitur. & fortiter praeliando cum suis occubuit: quo facto incredibilis hostium fit fuga: adeo ut alij interierint alij uiui caperentur: neq; prius substiterunt q̃ ad Antraciorum mõ

tem peruenissent:quo loci Agesilaus Trophæum inter Antracem narteriūq; statuit:ibiq; mansit non mediocriter gestare delectatus:ꝙ eos equestri calliditate uicisset:qui ea re maxime exultarent.postridie uero superatis Achaicis pythiæ montibus:reliquum iter omne iam per amicam regionē est profectus ad montes usq; boeotiorum.Hic igitur instructa acie Thebanos contra nitētes offendens cum Atheniensibus chorynthijs: emanibus:euboeis.locrisq; utrisq; nihil conctatus est:quin immo extemplo se ad pugnā accinxit: habens lacedæmoniorum tribum unā & semis:ex socijs autem per id tēporis phocenses & horcomenios solum reliquum uero exercitum quem ipse ducebat:neq; hoc dicturus uenio: quod & multo pauciores ac longe infirmiores copias habens congressus sit:tamen etenim si hæc dixerim uidear certe & Agesilaum amētiæ & meipsum stulticiæ denotare;si eū laudem:qui maximarū rerum ꝑiculū temere subijsset:quin potius hac eū in re admiror ꝙ copias nihilo pauciores q̃ hostium essent comparauerit. quas ita instruxit armis:ut omnia ærea punicea omnia uiderentur.Curauit etiam ut cōmilitones perferre labores quirent:ipsorumq; animos adeo exexit :ut aduersus quoscūq; pugnare oporteret satis haberent roboris:tāq; suis certatim æmulationē & contentionem iniecit.ut singuli fortissimi uiderentur:spe namq; repleuit oēs qui probe sese ac strenue gererent:multarum rerum bonarūq; assequēdarum.existimabat enim huiusmodi se munitum hominibus promptissimis aduersus hostis dimidicaturum.Neq; certe se sua fefellit opinio:narrabo autem pugnam ipsam:& enim huiusmodi fuit qualis

nostra tẽpestate alia prorsus nulla:Conuenerãt in Cõrynnæ cãpũ alij cũ Agesilao ex cephyso:alij cũ Thebanis ex helicone:cõspiciebãturq; inuicẽ phalanges .ipse pari admodũ apparatu & equites utrinq; pari aderãt fere numero.Tenebat Agesilaus dextrum exercitus sui cornu:cui ad leuum orchomenij postremi aderant:ex altera item parte Athenienses dextrum:Argiui autẽ habebant læuũ ac interim temporis magnũ erat utrinq; silentium.Cum uero circiter stadium inter se distarẽt Thebani contra clamore sublato cursim una ferebãtur at posteaq; trium ferme iugerorum interuallo ab se dirimerentur ex Agesilai phalange aduersi cucurrerũt: quibus Euripides præerat.Erant autem hi eorum partim qui ab initio eum secuti fuerant:partim tyricorum aliqui & Iones & æoles & hellespõtij:qui simul omnes cum impetu facto in hastam uemẽtes uertissent aduersum cornu argiui quidẽ Agesilai aciẽ nequaq; substinuere:quin fuga in heliconium se recepere.Atq; hoc loci quidam ex peregrino milite Agesilaum iam coronarunt.Interea autem nuntiatur sibi Thebanos orchomeniorum perrupta acie inter impedimenta uersari. Quare phalange subito conuersa in Thebanos ferebatur.sed hi ubi socios ad heliconem fugisse intuerentur: elabi uolentes:sese ad suos magna ui receperunt. Iam hinc Agesilaũ fortem profecto uirum appellare licet indubitato:non eñ tutissima eligebat.nam licebat ei sinenti hostes abire:ubi insequi uoluisset postremos capere.quod facere certe noluit:sed aduersa frõte cum Thebanis acerrime dimicauit.Itaq; summa ui congressi feriebant pugnabant necabant moriabãtur:neq; clamor

quisq; aderat neq; silentium item: sed quædã erat eius modi res qualem iraq; ac prælium prebuerat. Tandem uero Thebani alij ad heliconẽ se recipiunt: multi autẽ fugientes cæsi sunt. Vt uero uictoria cessit Agesilão: et ipse saucius ad phalangem delatus est. Accelerãtes equitum aliqui sibi nunciant octoginta ex hostium numero: eosq; armatos sub templum esse quidq; faciundum sit rogant. Is autem quãq; multis ubiq; corpus ex omni telorum genere uulneribus confossus esset: non tamen diuinæ rei oblitus est: sed quo uellent eos abire ut sinerent iussit: & afficere iniuria non permisit. mandauitq; eo usq; sui equites illos deducerent quoad in tuto ponerentur. Finito quidẽ prælio spectare id; licebat quo in loco duo exercitus congressi essent: terram sanguine rubefactam. cadaueraq; tum amicorum tum hostiũ inuicem iacentia: clypeos perforatos; confractas hastas districtos gladios: alios humi: alios i corpore alios adhuc in manibus. tunc igitur: & cũ iam uesper aduenerat: trahentes hostium cadauera intra phalangem cum cœnati essent obdormiere. Mane autẽ iussit Gylo Tribuno militum: ut & ordines instrueret: Throphæũq; statueret: ut omnes in dei uenerationẽ coronarentur: cũctiq; Tybicines tybijs canerẽt: qui iussis paruere. At Thebani per caduceatorẽ sub fœderibus ad sepulturam cadauera petierunt. Itaq; icto fœdere Agesilaus abijt domum eligens domi potius pro legibus imperare ac legitime imperium pati: q̃ esse in asia maximus. postea uero Argiuos animaduertens qui non modo domestico fruerẽtur imperio uerũ & corinthũ quoq; adieci ssent. Bellum etiam gliscere: in eos expeditiões educit. popu

latusq; omnem ipsorum agrum cõfestim inde corinthũ superatis angustijs petens muros ad lechæum tendentes capit ac patefactis peloponessi ianuis ita domum redıens ad hyacynthia ubi a chori pricipe constitutũ fuerat pæanẽ Appolini simul perfecit: deinde autẽ chorynthios accipiens peccora omnia in pyræũ tuto cõtulisse: & ipsum pyræum omne serere: ac fruges ex eo capere maximum præterea ratus ꝙ Boetij hanc ob rem exercitum adorsi tempestiue chorynthijs succurrerunt: aduersus pyræum cum exercitu processit: quod cum non mediocri præsidio custodiri aduertisset: sumpto prãdio ad urbem perinde atq; in deditionem eam recepturus traduxit exercitum: sed cum apud eum increbuisset eos ꝗ in pyræo essent cunctis copijs noctu in urbem auxiliũ uenisse retrouersus ꝗ̃primum illuxisset pyræum quod præsidio uacuum offendisset capit: & cum alia intus inuenta sumit: tum muros euertit: quibus gestis domu; repetit. Post hæc autem alacri animo achiuis in societatem sese præstantibus deprecantibusq; ut se in acarnaniam secum militaturos duceret: ipsisq; acarnanibus ad angustias insidentibus superiores locos Agesilaus uelitibus occupans pugnam cõserit: & eorum multis iterfectis Tropheum statuit: neq; prius quieuitꝗ̃ acarnanes & atholos et arginos achiuis amicos sibi uero socios effecisset: sed posteaꝗ̃ pacis cupidi legationes miserunt hostes Agesilaus paci cõtradixit: quousq; eos ꝗ Lacedæmoniorum gratia ex chorynthijs Tebanisq; extorres agebantur: adegit urbes ut domum redeuntes acciperent. Ad postremum rursus & illos qui exphlyasijs ob Lacedæmonios exulabant reduxit ipse expedis

tionem aduersus phlyūtem agēs: quod si quis hæc alia quadam ratiōe carpit: ea profecto societatis amicitiæq; gratia gesta constat. Etenim postq̄ hij qui Thebas Lacedæmonaq; incolebāt: ab hostibus cæsi sunt: rursus his auxilium ferens aduersus thebas copias egit: ubi fossis omnia uallisq; munita comperiens superatis canis capitibus. (Ita enim locum nominant) agrum omnem ad oppidum usq; deuastauit: facultatem Thebāis dimicandi faciens: & in campo & in mōtibus si uoluerint: profectus est: & in proximum annū aduersus Thebas: superatisq; soli & munimentis & fossis reliquā Boetiā in prædam uertit. Quæ igitur ad hunc usq; locū contigere: pari secūdaq; fortuna & ab ipso Agesilao urbesq; gesta sunt. quæ aūt deide enarrata secuta sunt nemo certe dixerit: ea ductu Agesilai accidisse, Rursum cum suscepta in leuctris clade tegeatas ipsius & amicos & hospites Thebani cum mantineis iam & Boetijs omnibus Arcadibusq; & helyensibus insurgentibus nouo bello lacessērent: solis fretus uiribus obuiam cū exercitu fit: existimantibus multis neq; suum egredi solum ad multum temporis Lacedæmonios ausuros. populatusq; hostium agrum ita rursus domū abijt. Deinde uero adorsis Lacedæmōe; Arcadibus omnibus & argiuis et heliensibus & Boetijs item & phocensibus & utrisq; locris et thesalis et emanibus et acarnanibus euboeisq; defectione præterea facta seruorū: multis ēt municipijs ac spartiatis ipsis in leuctris ad id redactis ut plures prælio interierint q̄ relicti sint: urbē tamen tutatus ē eāq; sine muro: qui quidem ubi omnino hostes præualerent haud eo copias educebat. sed quo in loco ciues præuali

turi erant cunctis sane uiribus dimicabat: quippe qui putaret ubi in latiorem locum exisset undiq; circũueniri posse: sed in angustijs locis & cõmodis subsistendo quire omnino uincere. Cum igitur exercitus abijsset: q non dixerit quispiam eum indulgere sibi oportere? Vt enim a militia & pedestri & equestri ob etatem ingrauescentem prohiberet: uideretq; rempu. pecunijs indigere si quẽ uellet sibi socium assiscere: se ad eas quærẽdas parandasq; cõstituit. Et quemcunq; poterat domi manens ingenio atq; industria moliebatur. et quæ tempus hortaretur i his se exercere nõ uerebatur: neq; erubescebat modo reipu. profuturus esset pro imperatore legatus ire. Verum tamen & in ipsa legatione magni imperatoris munera obibat. Nam & Antophradathes in asso obsidens Ariobarzanem socium cum Agesilaũ formidasset: fugam petijt. Chotys autem sestum q̃ adhuc Ariobarzanes tenebat obsidens item & ipse soluta obsidione abijt. Itaq; haud absurde etiã legatus Trophеum sibi ex hostibus statuit. Mausolus uero marte maritimo nauibus centum ambo hæc oppida obsidione præmens iam non formidine sed persuasione domũ rediens nauigauit. Dignas certe admiratione res gessit. nam & hij qui beneficiũ ex eo suscepisse cẽserent & q cum fugissent: uterq; sibi pecunias dederũt. At qui propere & Mausolus ob pristinum sibi cum Agesilao hospitium: cum & ipse pecunias Lacedæmona detulisset magnifica cum pompa domũ deduxerunt. Sed cum iã annum circiter octogesimũ attigisset cõperijssetq; ægyptiorum regem aduersum persen belligerare cupientẽ magnoq; & peditum & equitum numero fretum &

grandi quoq; pecunia abūdantem: nō iniucunde audiuit. q̄ ab illo accerseretur & eo potissimumq̄ imperii ille sibi polliceretur. Putabat namq; sese eadē pfectione tum ægyptio gratias relaturum pro his quibus Lacedæmonem beneficiis affecisset: & eos qui Asia; incolerent græcos rursum in libertatem redacturū: tum denique ipsi persæ rerum præteritarum pœnā adiecturu; & q̄ se nunc consocium diceret: ut mesenā dimitteret imperabat. At postea q̄ is qui accersierat imperiū sibi haud traderet: Agesilaus quidē tanq̄ maximopere deceptus quid faciendum esset animo uolutabat. De hinc uero ægyptiorum exercitus bifariam partiti primū quidem a rege deficiūt: deinde reliqui omnes eum deserūt. Ipse autem rex rem formidās sydonem phœnicis petiūt fuga. At egyptii orta inter eos sed tiōe reges duos creant. Tunc igitur Agesilaus intelligens si neutri cohæserit neuter græcis stipendium soluet: cōmeatum quoq; præbebit nemo: et uter uicerit hic hostis iis fiet. quod si alteri fauerit: is beneficio affectus cōsentanee amicus futurus sit: proinde sic iudicans uter magis græcis affici uisus est: hūc militia secutus alterum qui græcos exosus esset: uictum prælio capit: alterum regem cōfirmauit: quem cū & Lacedæmoni amicum fecisset: multasq; pecunias accepisset: ita uel medio hyemis tempore domum nauigat: eo festinans ne ad proximam æstatē debilis aduersus hostes urbs fieret. Atq; hæc etiā enarrata a nobis sunt: quæ plurimorū testimonio de illius rebus gestis comprobantur: huiusmodi enim res coniecturis non indigent: sed satis est admonuisse dūtaxat: continuoq; creduntur. Nunc autē enitar ostēdere eam ani-

mi sui uirtutem: qua & hæc gesta ab eo sunt: & honesta is omnia assecutus & turpia quæq; insectatus est. Agesilaus enī ita diuina uenerabatur colebat obseruabat: ut & hostes ipsi illius & iusiurandum & fœdera certioris fidei q̄ suam inter se amiciciam ducerent. Nā in contrahendis inter se rebus plerūq; ad eūdem ire uerebantur: Agesilao autem sese credebant. Sed ne quis falsa hæc existimet esse: illorum nomina in mediū referam qui essent inter eos illustrissimi in primisq; spectati, Spythridathes quidem perses cum scisset pharnabazum operam dare, ut regis filiam uxorem haberet: eius uero filiam absq; matrimonio sumere uellet: hoc sibi futurum contumeliæ ratus: & seipsum & uxorem & natos atq; uires omnes Agesilao dedidit. Chothis uero paphlagonū princeps regi mittenti dexteram audire noluit ueritus ne captus uel grandes pecunias solueret: uel etiam letum daret. Agesilai autem fœderibus idem fisus & in castra uenit: & societate facta elegit cum Agesilao militare: equites duomilia & scutatos quattuor milia secū habēs: uenit & pharnabazus in Agesilai colloquium eiq; fassus ut totius ipse persarum exercitus imperator constituatur a rege se defecturum. Si quidē ego inquit imperator belligerabo tecū Agesilae pro uiribus q̄ acerrime: quæ inquiens facile credebat se nihil præter fœdera pati posse: usq; adeo magna & perpulchra res est cū aliis omnibus: tū uiro imperatori fas fidemq; seruare: & se talem esse cognosci. ac de pietate quidem hæc dicta sint. De ipsius autem ĩ re pecuniaria iusticia: cuiusmodi quisq̄ maiora hisce argumēta habuerit? Nam nemo unq̄ de Agesilao que

ſtus eſt ꝙ quicq̃ ſibi abſtuliſſet: ius uero erga ſe bene ficia multi multa confeſſi ſunt. Cui uero uoluptati eſt rem ſuam ad hominum cõmoda uſumq; conferre. Quo hic pacto aliena uoluerit auferre quo ipſe ifamis fiat? nam ſi pecuniarum libidine tangeretur: longe quietius foret ſua tueri q̃ aliena iniuſte capere. Qui autem gratias hiſce in rebus auferre nolit: quarũ nullæ ſunt mulctæ in eum qui nil retribuerit conſtitutæ quo pacto ea quæ lege prohibentur auferre noluerit. At Ageſilaus nõ mõ gratias nõ referre iniuſtũ eẽ iudicauit: qn potius non multo maiores reddere qui poſſet iniquum arbitratus eſt. At qui ea furto ſubripuiſſe quæ ciuitatis eſſent ubi eũ quiſq; iure criminetur? qui etiam eas quæ ſibi gratiæ deberentur fruendas patriæ permiſerit: tradiderit ceſſerit? quod autem cum uellet uel reipub. uel amicis pecunijs benefacere poſſet. ab alijs accipiendo prodeſſe. Nonne & hoc magnum eſt argumentũ ſuæ circa pecunias continentiæ? Nam ſi gratias uẽdidiſſet mercedeue benefacere conſueſſet. nemo certe quicq̃ ei debere conſuiſſet. Sed qui gratis beneficium ſuſcepere: ij iucũde ſemper beneficio inſeruiunt obtemperant obſequuntur: tum quia beneficio ſunt affecti: tũ quia prius crediti ſunt digni eſſe qui gratiarum depoſitũ tuerentur. qui uero malit aut cum ipſo iuſto minorem conſequi: aut cum iniuſto ipſo maiorem habere portionem qui non eodem modo ut turpe lucrum longe is magis euitarit atq; aufugerit? Ille igitur cum a ciuitate omis Agidis ſubſtantia adiudicata eſſet: dimidium eius germanis tradidit: quoniam inopes illos intueretur. Hæc autem uera eſſe omnis Lacedæmoniorum ciuitas teſtis

est. Præterea permulta sibi munera Thythrausta offerẽte si ex Vsia decederet: respõdit Agesilaus: O thythrausta. existimatur apud nos pulchrius esse pricipi exercitum ꝙ seipsum locupletare. & ab hostibus prædã magis ꝙ dona capere eniti. Atq quot uoluptatibus homines superantur: quibus nunꝙ quis uiderit superatum: Agesilaum: qui ebrietate ac edacitate non secus atq ab ingenti flagitio alienari decere duceret. Intempestiuo autem cibo tanquã & impudentia: ac duplicem portionem in conuiuijs ex constituto accipiens nec sic quidem tota utebatur: uerum simplici ipse nec integra ea contẽtus: reliquum distribuebat ratus geminam regi portionem dari non sacietatis gratia: sed quo possit quem uelit honorare: nec sonmo quidem ut hero: sed cui a rerum maximarum cura imperaretur utebatur. Ac nequidem obscurũ erat eum pudore affici ni ex presentibus lectis eum habuisset: qui esset uilissimus: Arbitrabatur enim decere principem nõ mollicie sed tolerãtia priuatis hominibus prestare. Hisce autẽ rebus se locupletiorẽ esse haud pudebat. In æstate quidem sole in hyeme uero frigore quod si quando nimio labore defatigari exercitũ contingeret: elaborabat & ultro ipse præter cæteros putans quæq talia leuamento esse militibus. Vt autẽ breuiter dixerim Agesilaus labore quidem exultabat: ocio uero omnino tristabatur. Sed de ipsius circa res uenereas pudicitia non ne si ob nullam rem aliam at admirationis gratia dignũ sit meminisse: nam quod ab rebus non concupitis sese abstinuerit humanum quis esse dixerit: sed quod Megabathem Spythridatis filium adamarit: sicuti uæhementissimum effrenatissimumq ho

minis ingenium rem pulcherrimam adamare possitꝰ
Deinde cum patrius mos sit persis eos osculari quos ho
noribus prosequi uelint: aggressus est Megabathes ut
Agesilaum oscularetur. Isq; pro uirili parte repugna
rit: ne se oscularetur. Non ne hoc igitur permaximū
quoddam est & incredibilis continentiæ argumētum.
Sed postq̄ Megabathes nō amplius deinde cū oscula
ri tentabat ut pote qui se inhonoratum existimaret quē
dam ex sociis Agesilaus alloquitur q̄ Megabathe sua
deat ut denuo se honoret. Rogante autem socio an si
Megabathes assentiatur osculabitur. hic cum Agesila
us tacuisset: inquit. Ita non si quidem statim unus om
nium hominum sim futurus & pulcherrimus & for
tissimus & celerrimus. quin tandem rursus certare pu
gnam deos omnes & obtestor & iuro: uerūtamē id po
tius uellem q̄ omnia mihi quæcūq; uideo aurea fieri:
& quidem plurimis hæc suspecta fore neq; credibilia
uisum iri nequaquā ignoro: equidem scire tamen uide
or ualde plures eos esse qui hostium q̄ tali uictoria po
tiri queant. Sed hæc paucis nota: multis non ab re incre
dibilia sunt. Id autē omnes profecto nouimus quicquid
clarissimi uiri egerint: occultum esse non posse. ab Age
silao nemo uero unq̄ huiusmodi quicq̄ patratū uidisse
nuntiauit neq; ex coniecturis suspicatus aliquid utis
q̄ probabile dicere uisus est. Etenim neq; in domum
seorsum peregrinādo diuertit unq̄: semper autem uel
in templo ubi talia perpetrari minime possent: aut in
publico residebat: oculos omniū suæ puditiciæ atq; cō
inentiæ testes faciens: Quæ si ego mētior hisce græcia
contraria sentiēte: nec illum laudo equidem & me cer

te uitupero. Atqui fortitudis quoq; nō mediocres præbere coniecturas uidetur mihi: q cum ab urbe tũ a græcia decretus sit semper qui aduersus hostium potentissimos bellum gereret: aduersus quos primus ⬛certaminibus prodibat: & ubi secũ hostes congredi uellent: non metu aliquo cunctatus uictoriã nactus est: sed aduersa & acri pugna superatis hostibus Trophæum posuit: linquens is quidem immortalia uirtutis suæ monumenta: signa autem certa afferens quod omnino pugnaret adeo ut non audiendo sed intuendo liceret eius animum probare. Atq; trophæa quidem Agesilai non ea solum quod statuit iure habenda. sunt. sed quod potius bellãdo promeruit: neq; enim minus uincebat quod nollent hostes pugnare secum: uerum id tutius conducibiliusq; erat reipu. & socijs ac in certaminibus quoq; non minus hij coronantur qui absq; sudore: q̃ qui pugnando sunt uictoriam consecuti. Quanta uero sapiẽtia is claruerit quæ illius res iustæ non demonstrant? qui ita patria utebatur ut alacri animo socijs obsequendo obsequentissimos nihilq; recusantes amicos compararit. Milites autem & obedientes simul & amãtissimos sui reddiderit: & quoniam modo acrior phalanx fieri queat q̃ quæ obtemperando bene instructa sit: & suum amando principem fideliter absit. Nempe habebat hostes qui uituperare non possent: odisse autem cogerentur: socios namq; semper potiores ut illis essent moliebatur & tempestiue decipiẽs & celeritate opportune preueniens & ubi conduceret delitescens: & omnia deniq; secus aduersus hostes q̃ in amicos curans: et eni nocte ueluti die ac luce ueluti nocte utebatur: ignos

rabaturq; nonnunꝗ̃ ubi esset quo iret: quod rerum fa-
cere institueret: quare quæ tuta erant dubia reddebat
hostibus: hæc preteriens illa superans alia surripiēs ac
fallens. Atqui quando proficisceretur: sciens eo cōsilio
se egressum: ut cum hostibus manus consereret si uolue
rit: eo ordine ducebat exercitū ut maxime subsidiū sibi
afferre posset: ea uero taciturnitate quieteq;: ut pudicis
sima aliqua uirgo antecedere uideretur: putabat enim
hoc pacto neq; tremore neq; formidine neq; tumultu:
neq; impudentia: neq; insidijs occupari exercitū posse
Itaq; huiusmodi rebus & acriter hostibus imminebat
& audentiā amicis roburq; inijciebat: itaq; neq; inimi
cis contēnendum neq; ciuibus mulctandū neq; amicis
uituperandum se prestitit quoad uixit. Fuit autem &
omnibus admodum carissimus & a cūctis mortalibus
apprime laudatus. Quod uero fuerit reipu. studiosus Qd fuerit
si singulatim quæq; litteris mandare uoluero: longissi rei p. stu
mum certe fuerit. Arbitror enim nihil abeo gestū quod diosus.
minus ad hoc unū referatur: uerum ut paucis dixerim
nostrum neminem fugit Agesilaū ubi existimasset pa
triæ profuturum neq; labores fugisse: neq; a periculis
abductum esse: neq; pecunijs pepercisse: neq; corporis
neq; senectutis imbecillitatem obtēdisse. quinimmo boni
Regis officium esse ducebat: ut plurimis eos bonis cu-
mularet: qui sub imperio cōstituti essent. Sed inter ma
ximas patriæ uirilitates uel hoc eius ego facinus po-
sueram: qui cum in urbe potentissimus esset perspicue
ostendebat se nihil malle ꝗ̃ legibus inseruire: quis nã
q; refragari his uoluisset cum regem obtemperare in-
tueretur? quis etiam deteriori se conditione futurum ra

tus noua quicquã facere attentasset presertim cũ regẽ animaduerteret tolerare ut legitime etiam sibi imperaretur) q & cũ dissentientibus in re pu. tanq̃ pater cum filijs disceptabat obiurgabat nãq; si qd errasset: honorabat si qd honesti egissent. Assistebat si qua calamitas contigisset ciuem nullum ducebat inimicũ: laudare uolebat omẽs: seruare omne lucrum existimabat. Iacturæ sibi ascribebat si quis etiã minus prestãtissimus perijsset: quod si pacate in legibus permãserint patriã usq; beatam fore plane arbitrabatur: tum uero robustam ac ualentem quandocũq; græci frugi fuerint. Atq; si quidem honestum est græcum græcis affici: quã aliũ quispiã norit imperatorem? qui aut urbem capere noluerit cum uastãdam suspicaretur: aut belli aduersus græcos uictoriam clademq; putaret. Ille igitur cum nũtiũ accepisset Lacedæmonios octo: hostium uero circiter decemmilia in prælio aduersus corynthios interijsse: haud obscure significauit eam sibi rem minimum uoluptatis attulisse. Inquiens heu tibi græcia: quando quidem hij qui nunc oppetiere satis fuerant: qui uiui omẽs pugnãdo barbaros superassent. Corynthijs uero exulibus dicentibus urbem illis cessuram: ac machinas ostentantibus quibus muros capere cuncti sperabãt: apponere eas noluit inquiens haud decere in seruitutẽ urbes græcas redigi sed castigare potius: quod si delinquẽtes inquit e nobis ipsis perdemus cauendum est ne quo pacto barbaros uincere possimus habeamus: sin rursus pulchrũ est odisse persas: quoniã superior perses copias eduxit ad græciam subiugandã & is qui nunc regnat asciscitur socius quibuscunq; senserit detrimẽtum allaturũ

crediderit: illis elargitur quoscunq; putarit i acceptis muneribus plurima græcis mala illaturos: pacē; uero eam agit ex qua consuerit maxime nos inuicem aduersus bellaturos & quidem hæc uidēt omnes: at quis alius præter Agesilaum curauit unq̄ aut ut natio aliqua a persa deficeret; aut ut quæ defecerit non periret: uel saltē ut rex male affectus nequiret græcis negocia prebere. Qui quidem Agesilaus patria contra græcos belligerante: tamen publicum græciæ bonum non ē oblitus non neglexit nō ommisit: qui traiecit in Asiam male barbarum pro uiribus affecturus. At qui dignum ē: ne ipsius quidem comitatem affabilitatemq; naturæ taceamus: qui cum honore potentia ad hæc etiam regno eoq; sine isidijs & cū amore oīm potiretur: iactātiæ tamen obnoxius a nemine unq̄ notari potuit. obsequentem autem colentēq; amicos nullo etiam adhibito studio animaduertisset quilibet. doctis uero eruditisq; sermonibus iucundissime utebatur: quibuscunq; in rebus opus esset amicis curarum socius accedebat: & quoniā bonæ spei plenus: bonoq; animo & hilaris semper esset efficiebat ut multi se adirēt; non solum alicuius cōficiundæ rei gratia: uerum etiam quo diem suauissime consumerent: preterea cum minime de sese unus oīm magni quicq̄ loqueretur: non eos tamen moleste audiebat qui seipsos laudarēt: q̄ppe qui nihil id illis obesse duceret: sed eos polliceri potius uiros se p̄bos fore: nec ommittendum quidē reor q̄ tempestiue animi quadā magnificentia singulari uteretur. Ille nāq; cum epistola sibi a rege reddita eēt: quā p̄ses cū callia Lacedæmonio detulerat de hospitiī iure amiciciaq; perscriptā

Agesilaj comitas et affabilitas.

hanc ne suscepit quidem: tabellario uero dixit regi nũciaret priuatim ad se epistolas dare nequaq̃ oportere: quod si amicum Lacedæmoni atq; græciæ beniuolũ se palam presttiterit: futurum & ipsum sibi uæhementissime amicum: quare inquit si quidẽ insidias nectere deprehensus fuerit: neq; si infinitas epistolas suscipiam me sibi fore amicum putet. Ego igitur tum hoc Agesilai plurimum laudo quod ut græcis placeret regis despexit hospitium: tum & illud uæhementer admiror: quod nõ uter ditior esset ac plurimis imperaret: id pluris faciendũ ratus est: sed quo pacto & ipse melior esset imperaretq; melioribus. Præterea & illud suæ prudẽtiæ summis laudibus prosequendũ existimo: quod usui esse ducẽs ut quãplurimi satrapæ ad græcos a rege deficerent: nunquã uinci potuit neq; muneribus neq; uiribus regis quo sibi hospitio iungeretur: sed obseruauit magis ne deficere a rege uolentibus infidus fieret. Ac id eius factum quis non iure mirandum censeat. Nam perses quidem ratus si grandes pecunias habuisset: se omnia sub eius acturum imperiũ: propterea quicquid inter homines auri quicquid argenti esset: omnes deniq; p̃ciosissimas res ad sese cogere studebat. At hic cõtra ita suam pararat domum: ut horum nihilo indigeret: quæ si cui minus creduntur: intueatur cuiusmodi ei domus satis erat: aspiciat eius ianuas: putabit profecto has etiam illas esse quas Aristodemus Herculis filius quando descendit sumptas statuit: & nitatur item inspicere intimum ornatum: atq; supellectilem cogitet quo pacto epularetũ in sacrificiis: audiat ut ciuili iumẽto amiclas peticrit. Sic igitur sumptus æquabat censu

Domi ag silai & [illegible] modestia Aristodemus.

bus:ut nihil iniustum agere cogeretur pecuniarũ gratia. Atq; perpulchrum equidem uidetur esse muros parare inexpugnabiles hostibus:sed ego longe pulchrius iudico suum parare animum & pecunijs & uoluptatibus & metu inexpugnabilem & inuictũ. Equidem referam quam persicæ superbiæ contrariũ; seruauerit morem:perses quidem in eo maxime exultabat ut q̃ rarissime uideretur. Agesilaus uero ut semper spectaretur gaudio exiliebat. existimabat enim turpiter degenti tenebras conuenire:sed honestæ uitæ plus ornamenti lucem afferre. Deinde difficilẽ ad se prebẽdo accessum ille gloriabatur:hic omnibus patere ad se aditum lætabatur. At ille rursus cunctatione honestari se putabat: hic autem tunc maxime gaudebat:cum celerrime peritos rerum quibus indigerent adeuntes se dimitteret. At qui uoluptatem ipsam quanto faciliorem promptiorẽ q̃ diligentia cura studioq; reddiderit cõsiderandũ censeo. Reges enim persarum circumeunt orbem terrarum oẽm:quæritantes suaues potus:innumeri autem studẽt quo uoluptuosis uescantur cibis:ut autẽ sopore capiantur:ne facile quisquã dixerit quanta et arte et industria moliantur. At Agesilaus quoniam patiẽs laboris esset: & æquo animo quæq; ferret:quicquid offerretur:bibebat q̃ iucundissime:quicquid apponeretur suauissime comedebat:porro ad somni suauitatem omnis ei locus aptus erat:quæ agens non letabatur solum:uerumetiã recordatiõe gestiebat:quod ipse ĩ medijs uoluptatibus uersaretur. Barbarũ uero intueretur si uellet absq; dolore uiuere:oportere e terræ finibus uoluptatis illecebras aduocare atq; attrahere. Hæc etiã Agesilao iuc

ditati erant quod se intueretur deorum apparatu absq; ægritudine uti posse. Barbarum uero tum calores tum frigora fugere conspicabatur imitariq; illum quidem propter animi imbecillitatem nō uirorum fortium sed debilissimorum bestiarum uitam. Illud quoq; qui non perpulchrum ac maximi insigne animi dicendū sit? q & ipse prestantis uiri facinoribus atq; rebus partis domum suam exornarit: uenationiq; canes multos ac bello equos enutrierit & Cyniscam sororē iumenta iungēdis curribus nutrire persuaserit: itaq; uincente demonstrarit: ut hoc pecoris genus non probitatis sed opulentiæ indicium esset. Nempe & hac in re generosa mihi eius plane sentētia uisa est: qui si curru priuatos homines uicisset: haud quaquā se clariorem fore existimabat sin patriam amicissimam habuisset: amicos uero et plurimos & optimos per omnem terrarum orbē sibi comparasset: patriam uero ipsam ac socios beneficiis superasset: hostes autem supplicio affecisset: se certo reportaturum arbitrabatur pulcherrimorum magnificentissimorumq; certaminum uictoriam: futurumq; & uiuū & post mortē celeberrimum. Ego igitur ob huiusmodi res Agesilaum laudandum puto. Hæc enim nō ita sunt ueluti si quis thesaurū reperiat: ditior quidem fuerit: non autem ad gubernandum prudētior: & si morbo affectis hostibus uictoria potiatur: non eo tamē quia fortunatior sit disciplina rei militaris instructior dici queat. At qui tolerātia antecellit: ubi laborādi sit tēpus & robore: ubi fortitudinis sit propositum: & mēte ubi consilii opus essit. Hic profecto uidetur mihi iure optimo uir bonus apprime putādus. Quod si adstructuræ

conuenientiam hominibus pulchrum inuentum est perpendiculum & regula: pulchrum mea sententia Agesilai uirtus exemplum his fuerit: qui probitati uoluerint dare operam. Quis enim aut pium imitatus nepharius fuerit? aut iustum iniustus? aut sobrium petulans: aut temperantem intemperans. Etenim non tam quod alijs imperaret q̃ quod sibimet dominaretur gloriabatur neq; quod aduersus hostes: sed quod ad omnes uirtutem ciuibus dux esset magnifaciebat. Enimuero quoniam mortuus laudatur: eo lamētationē hanc quispiā orationem sed multomagis praeconium existimet. Nam primum quidē quae uiuus ille audiebat: haec etiā hoc tempore de illo narrantur. Dein uero quid a lamentatione longius abest q̃ & aeuum gloriosum & speciosa mors: quod denique dignius praeconium q̃ & pulcherrimae uictoriae laudatissimaq; facinora? Recte is quidem beatus habendus fuerit: qui continuo ab puero cum celebritatē nominis adamasset: eam unus omnium aetatis suae assecutus est: qui cum appetētissimus honoris atque dignitatis natura esset rex creatus inuictū sese perturbationibus usque praestitit. Ad summum uero aetatis spatium perueniens; diē obijt sine labe: & erga hosce quibus imperabat & erga illos quibus cum bellabat.

¶ Volo autem & eius uirtutem summatim repetere: quo facilius haec laudatio memoriae commēdet. Agesilaus quidē templa etiam quae inter hostes erant uenerabatur existimans oportere deos immortales nō inter hostes minus quā inter amicos propitios ac socios facere. Deorum autem supplices neq; inimicos quidem uiolabat: absurdum esse dicens eos qui ex templis quicq̃ fu

Agesilai uirtutes summatim repetuntur.

rarentur sacrilegos appellare:qui uero ab aris suppli
ces auellerēt pios arbitrari. Atq̃ ille certe deos cātibus
celebrare cessabat nunq̃ quasi deos suspicaretur nequa
quam minus religiosis operibus:q̃ sacrificiis castis de
lectari. At qui cum & secūdis rebus uteretur non homi
nes despiciebat:sed gratias superis habebat:ac fidēs tu
tusq̃ plures hostias persoluebat q̃ anceps uouerat.pre
terea sese assuefecerat ut metuens hylaris uideretur:se
cundisq̃ in rebus mitis esset:& amicos quidem nō po
tentissimos:sed promptissimos maxime & amabat &
iucūde excipiebat.insequebatur autem odio non si quis
male affectus ultionem capiebat:sed si quis beneficiis
prouocatus ingratus apparuisset:ac lætabatur non me
diocriter:cū turpem quæstum quæritantes pauperes ui
deret:iustos uero locupletes faciebat:utpote qui iusticiā
uellet iniusticia uel lucro utiliorē emolumētiq̃ pleni
simā reddere. Consuescebat cum omnis generis homi
nibus colloqui:uti autē bonis solum:cū eos qui aliquos
uituperarent laudarētue audiret:arbitrabatur non mi
nus eorum qui dicerent:q̃ de quibus dicerēt mores per
discere. Qui ab amicis decœpti eēnt.haud uituperabat:
q uero ab hostibus maximopere accusabat. Atq; nil cre
dentes decipere sapientiæ esse iudicabat:credētes uero
fallere impietatis.ab his laudatus:qui etiam turpia ui
tuperare uellent mirifice gaudebat:ac in simplices qui
dem & apertos homines nullas inimicicias exercebat.
Versutos autem occultiq; ingenii habebat odio:quippe
qui maiorem iacturā duceret amicis q̃ pecuniis nuda
ri:& priuatorum quidē hominum errata modeste fere
bat:principum uero magna censebat.iudicabat eni ab

illis pauca sed ab hisce multa mala disponi atq; cōstitui Regiam autē potestatē nō uersutia insignem esse: sed probitate decere optinabatur. Corporis imaginem sibi statui refragabatur: cum hoc sibi gratificari nōnulli uellent: sed animi monumēta elaborare nūq; desistebat: putans statuariorum illud: & hoc suum eē ipsius opus: ac rursum locupletū illud sed hoc bonorum esse. Pecuniis certe nō iuste modo uerum etiā liberaliter utebatur. Censebat enim iusto quidem homini satis eē ab alienis abstinere. Liberalē autē decere sua etiam ad utilitatem hominū conferre: propterea pius semper ac religiosus in deos erat ratus honeste uiuentes nondum felices esse: sed qui diem praeclare obiissent: eos iam beatitudinem assecutos. Maiorem quoq; calamitatem iudicabat scientē quā inscium bona negligere: gloriæ uero nullius dulcedine tangebatur: quā non suis sibi laboribus comparasset. Ac inter paucos mihi homines unus est uisus qui tolerantiam nō uirtutem sed uoluptatem esse duxerit. Itaq; magis laudibus q̄ pecuniis lætabatur. At qui fortitudine; cōsilio magis q̄ periculis ostēdebat: & sapientiā re magis q̄ uerbo exercebat. amicis mitissimū inimicis pœnis terribilē se præstabat: et cū eēt laborū patiētissimus: amicis tamē iucūdissime cedebat: pulchrisq; operibus magis q̄ pulchris corporibus delectabatur. Secūdis qdē in rebus cōtinētē sese. i aduersis aūt fidutiæ bonæq; spei plenū facile seruabat. Atq; comitatem nō iocosis obiurgatiōibus: sed moribus assequi studebat: animi quoq; elationem ac magnitudine; non contumelia sed grauitate sentētiarum metiebatur Itaq; iactabundos despiciens erat: moderatis hominis

bus moderatior: & enim cultu corporis uili ac ornato exercitus apparatu exultabat: & se minimis indigere & amicis plurimu; prodesse lætabatur. Ad hæc bellator erat acerrimus: sed potius uictoria clementissimus inimicis credebat nihil: amicorum fidem nunq̃; uerebatur. Id opere sibi aderat ut & amicoru; res semper in tuto collocaret: & hostium usq; obscurando dissiparet: illum cognati studiosum necessitudinis: familiares obsequentissimum: qui officiũ quicq̃; exhibuissent: memorem iniuria pressi auxiliatorem: periclitantes uero seruatorem post deos appellabant. Videtur & hoc mihi Agesilaus solus ex hominibus demonstrasse uires corporis consenescere: sed animi robur probis in uiris senectutem pati non posse. Ille naq; non est defatigatus quãdiu ipsius animi uires corpus perferre potuit: magnam uirtutem preclaraq; acquirere. Ergo qua iuuentute illius senectus melior non apparuit? Quis enim in ætatis flore formidabilis æque fuit ac Agesilaus: cum extremum senectutis ageret. Cuius obitu magis hostes gauisi sunt q̃; Agesilai tametsi senior obiisset. Quis sociis tantum audentiæ præbuit quantum Agesilaus: & si ad hostium uitæ iam aduentasset? Quid noui amici magis desiderarunt q̃; agesilaum cum senior ex hac luce migrasset? Adeo autem absoluta uirtute uir utilis patriæ fuerat quoad uixit: ut etiam mortuus in æternã habitationem diuerterit. Itidem ciuitati & cõducat & prosit. Monumenta is quidem uirtutis suæ: per totum terrarum orbem assecutus. ac regiam in patria sepulturam nactus.

F I N I S

 205

XENOPHONTIS APOLOGIA PRO SOCRATE PER LEONARDVM ARETINVM E GRAECO TRADVCTA.

SOCRATIS QVOQVE mihi uidetur dignū meminisse cum in iudicio uocatus fuit quēadmodū de sua defensione morteq; cogitauit. Scripserunt nāq; super hoc & alii omnesq; in magniloquentia eius conuenerunt. Ex quo manifestum est. Socratem reuera sic fuisse loquutū: sed ut iam mortem uitæ sibi putaret præferendam de hoc iam satis aperte dixerunt. Vnde fit ut magnificentia illa uerborum minus prudentiæ habere uideatur. Nobis uero Hermogenes Hipponici filius Socratis amicus ac familiaris talia de eo retulit: ut magniloquētia illo recte cōuenire eius cōsilio uideat̄. Dixit nāq; Hermogenes Hipponici filius cum de cunctis rebus magis q̄ de se defendendo cogitantē ipsum aiaduerteret dixisse. Atq; par erat o Socrates te de tua defensione curam habere. Illū uero primum respondisse. Nonne tibi uideor hoc facere o Hermogenes dum quēadmodum uixerim meditor? & cum rursus interrogaretur subiunxisse q̄ nihil in uita fecisset iniuste: quā defensionis optimam meditationē putaret. Cum uero Hermogenes dixisset. at non uides in Atheniēsiū iudiciis sepæ illos qui nihil patrati essent irritatis iudicum animis fuisse damnatos: sæpe etiam criminosos: aut oratione ad cōmiserationem traductas

aut gratia fuisse absolutos. Ad hec respondisse Socra
tem ait enimuero bis iam defensionem meditati mihi
demonium aduersatur & cum hermogenes miraretur
adiunxisse: an tibi mirum uidetur Hermogenes si per
melius uidetur iam me e uita migrare. Nescis me usq;
ad hanc diem nemini cõcessisse in uita? Quod quidem
dulcissimum est scire: se ætatem totam pie: iusteq; trans
egisse. Itaq; magnæ uoluptati est hæc reputare mecũ
& familiares meos ita sentire. Nunc autem si longius
processerit ætas scio necessarium fore ut senectutis sub
eam onera. peiusq; uidere: & minus audire hebetariq;
ingenium ad discendum: & quæ iam didicerã facilius
obliterari. Quod si mei in deterius ferri sentiã grauis
terq; id feram: queãdmodum mihi uita potest esse iucũ
da? fortassis enim mihi benignitas dei præstat nõ solũ
oportunitatem. Naz si nunc condẽner constat mihi licee
re mori ita ut maxime fieri potest facilime et sine incõ
modatiõe amicorum: ac per eum modum qui iuxta de
siderium suum relinquit. Nam quãdo nihil tetrum ne
q; durum in mentibus superstitum remanet? estq; sanũ
corpus mensq; ad cognitionem amicorum ualida quo
modo fieri potest ut is qui migrat e uita sui desideriũ;
non relinquat? Recte autem cogitationibus nostris tũc
dij aduersantur: cum illa quæ fugienda sint expetẽda
nobis uidentur: si enim hoc fecissem euenisset mihi pro
uit a nunc relinquẽda aut morbis auxiũ mori aut sene
ctute: in qua omnia dura confluunt nimiumq; gaudijs
spoliata est. At qui ego ista non sequor quidem sed quã
tum arbitror me bona suscepisse ab dijs & ab homini
bus: quãquam de meipso opinionẽ habes ostendẽs si iu

Demoniũ socratis.

dices uero eligam potius mori q̃ ingenerose uitã producere. sic dixisse Socratẽ inquit. Deinde accusantibus aduersariis ꝙ quos ciuitas deos putabat ipse non putaret adeuntem iudices sic dixisse. Equidẽ iudices hoc primum admiror qua ratione Melitus accusator dicat quos ciuitas deos putat me nõ putare. Nam in communibus quidem sacris publicisq; altaribus sacrificantem me et alii multi uiderunt & ipse Melitus si uoluit uidere potuit. Noua autem demonia quomodo ob id introduco: quod mihi dei uocem fieri asseram: quid facto opus sit significantẽ. Nam & qui garritu auium & qui omnibus utuntur uocibus utiq; cõiectant. Tonitrua uero dubitabit quispiam aut non uocare: aut non magnã significationem habere: Ipsa quidẽ in Tripode pythia sacerdos nonne dei uoce prænuntiat? Atqui deum quidẽ futura prænoscere & cui ipse uelit nuntiare: quẽadmodũ ego dico: sic ab omnibus dicitur & putatur: sed alii auguria omnia portẽta appellant eos qui ista significãt ego uero demonium appello multo rectius q̃ hii qui deorum uim potestatẽq; auibus attribuũt: ꝙ non adeo non fallor: humanarũq; rerum habeo coniecturam. Nã multis ex amicis consilia dei aperui: in quibus nunquã mentitus sum. Hoc dum iudices audirent turbarentur q; alii propter incredulitatẽ. alii propter inuidiam indigne ferentes si ille pluris fiat apud deos q̃ ipsi: maioribusq; potiatur: rursus Socratem sic dixisse: Age uero audite cætera ut etiam magis fidem auferam illis: q̃ me a demonio honorari non credunt petenti quondam de me in delphis cherephonti. cũ multi adessent respõdit oraculum: nullum aut liberaliorem: aut iustiorem.

Demoniũ qd Socrates appellat

de Socrate oraculũ

aut sapientiorē esse q̄ me. Quæ cū audissent iudices ac magis irritati eēnt. Socrates inq̄t. Atq̄ magis de ligurgo Lacedæmonum legū latore q̄ de me oraculū respondit. dicitur enī tēplū intranti ligurgo dixisse. Ambigo utrū te deū an hoīem appellē. Me uero nequaq̄ deo cōparauit hominibus tamē censuit antecellere. Vos tamē iudices ne deo quidē ista temere credatis: sed uosipsi diligenter ista in singulis eorū quæ deus ait me inspicite Quem scitis minus q̄ me corporis uoluptatibus deseruisse? quē liberaliorē quia nullo unq̄ neq̄ dona neq̄ mercedē recæpi: iustiorē uero quem existimare merito potestis q̄ eum qui ad presentia sic se accommodat: ut alio non indigeat. Sapientiorē uero quomodo quis nō dicat eum: qui ex quo intelligere cœpit nūquā destitit perquirere. & quicquid potuit boni: & quia frustra nō susceperim laborem hinc cōiectari licet: quod multi ciues uirtutis amatores multiq̄ peregrini familiaritatē meam concupiuerint. Illius uero quid dicemus esse causam: omnes uidelicet intelligere me naquaquā habere pecunias ad remunerandū: tamē cōplures cupere mihi aliquid elargiri. A me nihil ob beneficiū repeti: mihi multas gratias debere in obsidione: alios quidē seipsos affligere: me uero nihil difficilius uitam agere q̄ cum maxime ciuitas tranquilla esset. Alios uoluptates magno sumptu ex foro mercari: me uero ex animo sine ullo sumptu maiores & suauiores q̄ illos reperisse. Si ergo ea quæ de me dixi nullus redarguere potest: nec falsa ostendere: quomodo non iuste: ab dijs & hominibus lauder. Tu autem. Melite uis me talia agentem iuuenes corrumpere. Atqui scimus quales sunt iuuenum

Oraculū de ligurgo.

corruptelæ, Tu ergo dicas si quē scis ex pio impiū aut extemperato intemperatum aut ex frugi prodigum aut ex sobrio uinosum aut ex strenuo ignauum a me factum: aut in alteram prauam uoluptatem traductum. At uero nouiequide; ait Melitus quibus tibi magis q̄ genitoribus suis credēdum fore suasisti. Fateor inquit Socrates in doctrina. Hoc enim sciunt me fuisse medicatum: & de medicina quidem medicis plus credūt homines quā parentibus: & incontionibus omnes Athenienses ijs qui maxime sapiunt assentiuntur potiusquā propinquis: Nam neq; in prætoribus deligendis parētes præfertis: sed parentibus germanisq;: & me hercule uobis ipsis illos præponitis: quos existimatis rei militaris esse peritissimos. Tunc melitus inquit conducūt ista Socrates. Nonne igitur mirabile tibi uidetur in aliis quidem rebus nō solum pares eē qui optimi sint sed proponi etiam: me uero in maximo hominum bono doctrina scilicet: si quibusda; præferar huius gratia a te in iudicium capitale uocari: Dicta autem alia uidelicet plura fuerunt & ab ipso Socrate & ab hijs qui aderāt sibi amicis: sed ego nō omnia referre studui in iudicio dicta sed sat sit mihi ostendere Socratē q̄ neq; tunc circa deos impius neq; circa homines iniustus haberetur plurimi existimasse: uerum ne moreretur id sibi deprecandum minime censuisse sed tempus arbitratū sibi idtum moriendi quod quidem sic fuisse manifestius factum est: iam contra eum lata sententia. Nam cum moreretur ut uestem mutaret neq; facere uoluit ipse: neq; amicis ac familiaribus permisit asserēs ipsam sordidationem admissi facinoris esse confessionem. Deinde fa

miliaribus ipsum eximere uolentibus assentiri uoluit. Quærens etiam an extra Atticam locũ sciret quo mors aspirare nequiret. sed cum finem habuisset iudiciũ: talia loquutus est. qui testes contra me peierare docuerũt & qui docentibus paruerunt necesse est ut magnæ impietatis iniusticiæq; sibi ipsis sint conscii. Ego autem quid debeo minus de me sentire quã ante damnationẽ meam: cum in nullo eorum cõuictus sim de quibus me accusauerunt: neq; pro ioue: Iunone aliisq; diis aliis quibusdam malis demonibus sacrificasse neq; iurasse aut nominasse deos alios apparuit: iuuenes etiam qua ratione corrũpo ad tollerantiam & modestiam assuefaciẽs. Atqui quibus in rebus mortis pœna subest sacrilegio uidelicet furto plagio ciuitatisq; proditione: nec ipsi quidem accusatores nec aliquis huiusmodi fecisse accusauit Vnde mirãdum mihi uidetur qua ratione dignus morte uobis sim uisus. nec tamen quod iniuste moriar ob hoc minus de me sentiendum est non enim mihi sed condẽnantibus hoc turpe. solatur quod Palamedes ille non absimiliter condemnatus: qui etiam nunc maiores & pulchriores laudes reportat quam ulixes: qui per iniuriam ipsum interfecit. Scio autem mihi testimonium perhibebitis in presenti & in preterito tempore me nulli unquam iniuriam intulisse: neq; deteriorem fecisse quẽquam: sed multis profuisse: qui mecum disputauerunt gratisq; docuisse quicquid potuerim boni. Quæ cum dixisset maxime consentaneus uerbis suis abibat. & oculis & gestu & gradu lætus. ut autem animaduertit illos qui sequebantur lugere quid hoc est inquit? nonne iamdudum sciebatis me ex quo genitus eram ab ipsa natu-

Palamedes.

 108

ra morti fuisse damnatum. Atqui bonis aduentantibus præripi e uita mihi nimirum meisq; beniuolis lugēdū foret. Si uero malis impendētibus diem obeo: arbitror tanq̃ pro felicitate quadam a uobis omnibus esse lætā dum. Aderat quidam Apollodorus erga Socratē quidem affectus cæterum simplex & ignarus: qui tunc inquit. At ipse O socrates hoc grauissime fero q̃ te īiuste dānatum uideo. Socrates autem dicitur: caput eius detestatus dixisse: antu amicissime apollodore malles me iuste q̃ iiuste dānatum uidere: simulq; risisse dicitur: etiam cum Anytum aspiceret dixisse: hic uir lætus abit quasi magnum aliquid ac præclarū operatus si me interficit: q̃ ipsum plurimi a ciuibus extimatum aspiciēs non oportere dixi filium eius circa coria instruere: quā stultus est inquit ne scire uideatur quicunq; nostrum & utiliora & honestiora per omne tempus effecerit eum esse uictorem. Attamen inquit cum Homerus quibusdam in locis facit eos qui moriuntur futura prænoscere uolo & ego iam aliquid diuinare. Fui autem aliquando cum huius Anyti filio. Visusq; est mihi non in robusti animi existere. Itaq; dico ipsu; in simili exercitio quod sibi pater parauit non esse permansurum. Et quia neminem studiosum habebit curatorem suum in aliquam prauam cupiditatē elapsum usq; ad extremā sortem uenturum. hæc dicens nequaquam mentitus est. Nam adolescens uino delectatus neq; noctu neq; die a potu cessauit. Tandemq; nec reipu. nec amicis nec sibi ipsi utilis fuit. Anytus ergo propter filij inertiam propriamq; ipsius ingratitudinem mortuus etiam infamiam contrahit. Socrates uero se in iudicio magnificā

EE

Homer | homeri

homerus d ys q morituri diuinant.

do inuidia cōtracta magis ac magis in dānationē suā iudices irritauit. Mihi igitur quidē uidetur diuina sorte potius q̄ humana perijsse. Nam grauissimam uitæ partem difficillimamq; dimisit. Morte uero quæ facillima est oīm interijt. Ostenditq; robur animi: nam cū intelligeret sibi melius esse mori q̄ ulterius uiuere: ut neq; ad alia aduersabatur: sic nec cōtra mortem refragatus est: sed hilariter illam suscepit finiuitq;. Ego quidem & generositatē uiri mecū reputans neq; possum non meminisse: nec cū meminerim nō laudare. Si quis aūt ex his qui uirtutē sectantur: utiliori aliquo sermone q̄ Socrates usus est: illū ego uirū felicissimū iudico.

FINIS.

E XENOPHONTE LEONARDI ARETINI TRADVCTIO DE TYRANNIDE

XENOPHONTIS PHIlosophi Quemdam libellū quē ego ingenij exercendi gratia e græco sermone in latinum conuerti ad quem potius Nicolae scriberē q̄ ad te: qui & latinarum litterarum tantam peritiam habes quantam nemo fere hoc tempore alter: in græcis ipsis addiscēdis socius mihi adiutorq; fuisti. Tu itaq; hoc munusculum accipies quod ab ingenio haud quaq̄ magno: sed certe deditissimo tibi lucubratū est. Atq; ita existimes uelim neminem prorsus esse ex omni iuuentute cuius ego iudiciū pluris faciam q̄ tuum. Quod non tantum quia te sum

me amo ita mihi accidere intelligo: quãtum tua singu-
lari ac pene incredibili in cunctis rebus perpendendis
examinandisq; diligentia. Sed cum uniuersæ antiqui-
tatis studiosissimus sis: omnibusq; ueteribus illis sũma
auctoritate uiris mirabiliter affectus uideare: tamen ut
ego ex sermonibus tuis quos pro nostra familiaritate
sæpe mecum instituis animaduertere potui: precipuo
quodam amore xenophontem amplecteris. Quod mihi
quidem cum satis mecum agitaui non sine summa ra-
tione uideri solet illi uiro contingere. In nullo em̃ un-
quã tot simul bonas artes uel mediocriter fuisse accepi
mus: quot in Xenophonte nostro summæ fuere. Qui
ab scholis gymnasiisq; philosophorum in quibus ille
præ cæteris floruerat ad arma exercitusq; delatus ita
eximia corporis animiq; uirtute eluxit: ut breuissimo
tempore consensu omnium ex pene milite dux creare-
tur. Qui bellum difficillimum ac periculosissimũ ita
gessit ut plurimis ex hoste uictoriis summa cum glo-
ria potiretur: exercitũq; uictorem ex intimis babyloniæ
finibus per infestissimas atq; barbaras gentes ad pa-
trias sedes reportarit incolumẽ. Mitto thraciam: bizan-
tium: sinopem: aliaq; infinita loca: quæ illum ut iustis-
simum uirum ita etiam summũ ducem ac bello timen-
dum esse senserunt. Deinde cum iam eius nomen tota
græcia celeberrimum esset ob eamq; causam ab inuidis
ciuibus hostis patriæ iudicatus fuisset in peloponessuz
se recæpit: atq; ibi ad disciplinas librosq; reuersus cum
ad ea quæ ab Socrate in adolescẽtia didicerat: multum
usum adiunxisset: res & cogitationes suas mãdare lit-
teris instituit. qua quidem in re ita excelluit ut eius ele

gantiam admirari quidem om̃es: assequi uero nulli ad huc potuerint. Quamobrem Nicolae minime nobis errare uisus es in tali uiro deligendo. Quid enim illi abfuit pulcherrimarum rerũ? quid nõ summe fuit? quæris doctrinam in homine? doctissimus Xenophon: laudas prudentiam? prudentissimus. gaudes eloquentia? at hic inter principes eius rei connumeratur. Virtutem amas? at hic omnium ætatis suæ optimus uir fuit. Admiraris res gestas? in hoc quoq; genere laudis non mediocriter excelluit. Multi quod una aut altera commemoratarum rerum præditi fuere summi habentur: hũc uero qui ita uniuersas complexus est: ut ipsæ inter sese de excellentia certare uideãtur: quo tandem loco habẽdum putabimus? Itaq; tuũ hoc de Xenophõte iudiciũ magnopore probamus. Atq; ut tibi grati eẽnt labores nostri. cum exercere nos uellemus in hoc potissimum libro id effecimus. Maiora autem illius uiri opera quæ permulta sunt ac pulcherrima: in his primitijs studiorum nostrorũ nullomodo ausi sumus attingere.

TRADUCTIO DIALOGI.

CUM AD HIERONEM tyrannum Simonides poeta aliquando uenisset: essentq; ambo ociosi: sic illum affari cæpit Simonides. An uelles inquit o Hieron ea narrare: quæ tibi notiora debent esse q̃ mihi? Et quænam sunt illa o Simonide inquit Hieron: quæ mihi quã tibi notiora esse possint?

cum tu adeo uir doctus ac sapientissis, Scio iquit ille te olim priuatũ fuisse & nunc esse tyrannũ: par igitur ẽ utramq; uitam expertum longe melius nosse q̃ me: qd inter priuatã uitam tyrannicãq; intersit: quid ue altera alteri præstet ad uoluptates capiendas atq; molestias. Qui tu ergo inquit Hieron cum ipse nũc priuatus sis: ea mihi cõmemora quæ in priuata uita solẽt cõtingere hoc & enim mõ ego maxime arbitror utriusq; uitæ differentiã tibi posse ostendere. Tũ Simonides sic incœpit Mihi quidem perspicere uideor o Hieron priuatos homines dolere atq; lætari: per oculos quidẽ uisu: per aures auditu: per nares odoribus: per os cibo atq; potu: uenereis uero per eas partes corporis: quæ notæ sunt omnibus nobis. Frigida aũt & calida itẽ mollia & dura grauiaq; & leuia toto corpore iudicamus: Hisq; oibus lætamur cũ bona sunt: angimurq; aduersis. Aliquãdo uero ut mihi uidetur per ipsum animũ aut dolore afficimur aut uoluptate: aliquãdo autẽ cõmuniter per animũ & corpus. Ex somno plane q̃ uoluptatẽ aliq̃ capimus manifestũ est: quomõ aũt id fiat & quando magis mihi uideor ignorare. Nec sane mirũ est si uigilãtibus nobis ipsi sensus manifestiores sunt q̃ i somno. Ad hæc respõdẽs Hierõ eqdẽ inqt Simonide præter hæc quæ a te cõmemorata sunt mihi aliud referre possũ: unde tyrãnis sensus aliqs aũt doloris uel uoluptatis proueniat. quãobrẽ ego adhuc nihil uideo cur priuatã uitã tyrãnica superet: At uero inqt Simonides in his ipsis quæ cõmemorata sunt permultũ præstatis: multiplices enim per quodlibet istorũ uoluptates capitis minutisq; dolores. Non est ita inqt Hieron sed lõge minores tyrannis

uoluptates sunt q̃ȝ priuatis:maioresq; molestiæ. Mirā hercule narras inq̃t Simonides. Nam si ita ē:quid mul ti atq; summi ut uidētur,uiri tātopere tyrānidē affecta uere? Ideo me hercule inq̃t Hieron:quod experti nō sūt itaq; nequaq̃ recte de ea re sentire possunt. Ego uero te docebo omnia hæc uera esse quæ dixi. Nā ut ab oculis ui suq; incipiā queadmodū & tu mō fecisti:nōne in hoc siquis recte animaduerterit in deteriori loco cōperit eē tyrannū? Nā cū multis in locis multæ res sunt aspectu dignæ ad eas uisendas priuati homines suo arbitrio ꝓ ficiscunt. Itaq; & ciuitates quaslibet adeunt:& cōuen tus & ludos.ubi res miræ sunt pulcherrimeq; aspectu Tyranni uero nequaq̃ ita:neq; eñ illis ꝓficisci tutum est:ubi præsentibus nō sunt potentiores futuri:neq; ar ces quas domi possidēt relinquere:ne simul & regno spoliētur & potētia ulciscēdi eos q̃ spoliauare. At uero dicet quispiā.uenīēt illis hæ res et domi manētibus. Ita me hercule sed pauca ex multis:& hæc summo precio emūtur a tyrānis. Nemo enim defert quicq̃ ostendendi gratia qui non multo plura a tyrannis breui tēpore pe tat:q̃ȝ ab reliq̃s hominibus omni uitæ spacio acceperit Tūc Simōides. At si in his inq̃t quæ ad uisuȝ ꝑtinēt pri uati homines ſuꝑiores sunt:uos illos auditu superatis. Laudes eñ,uestras quod dulcissimuȝ ē:auditis cōtinuo: neq; quisq̃ ē in cōspectu uestro q̃ nō omnia & quæcun q; dicitis et quæcunq; facitis:summo cū studio conet̄ ex tollere Iurgia uero(rē auribus amaram)nunq̃ auditis Quis eñ præsenti tyranno auderet maledicere? Et quā uoluptatē o Simonide inquit Hieron putas eos:qui nō maledicant afferre tyranno:cū ille aperte sciat oēs q̃ ta

cent de se male sentire? Qui aũt putas laudibus gaudẽ re cũ oẽs laudentes suspecti sint: ne assentãdo id agãt? In hoc equidẽ inquit Simonides tecũ o Hierõ facillime sentio: easq; tantũ laudes dulcissimas eẽ arbitror: quæ ab hoĩe liberrimo audiantur. Sed illico profecto nunq̃ persuadebis: uos in his rebus quæ ad uictum pertinent nõ multũ anteire. Tunc ille scio inquit Simonide omẽs ferme arbitrari dulcius tyrãnos eẽ atq; bibere q̃ priuatos: ea ut opinor rõne adductos: q̃ ẽt ipsi libẽtius sumerent ea quæ nobis q̃ ea que sibi apparanĩ. Quod enim quotidianũ usum excedit in eo nescẽdo solet esse iocũditas. Itaq; ab hoĩbus præter tyrannos solẽnes dies læto aĩo expectãtur. Semper eñ ẽ illis quædã satietas ac pene fastidiũ lautorum ciboruz. nec q̃cq̃ noui festis diebus tyrannorum mẽsis apponi põt. Quamobrẽ spe etiaz earent tyranni eiuscemõi uoluptatis. Illud te prætereã nõ fugit: q̃ q̃to plura q̃ satis ẽ apponuntur: tãto citius edentes capit satietas. Quãobrẽ ẽt ĩ ipsa mẽsa deteriori loco estis: cui plura q̃ priuatis et mediocriter degẽtibus apparantur. at pfecto inq̃t Simonides: donec auiditas edẽdi superest. longe magis delectanĩ ii q pcioso cibo q̃ q uili utuntur. Nõne igitur o Simõide: inquit ille: ut cuiq; maxime res aliqua dulcis ẽ ita se auide huic rei præbet? prorsus ita: an uides igitur tyrãnos ad mẽsas suas maiori cũ auiditate uadere q̃ priuatos? Nõ mehercule inq̃t sed magis cõtra. Tũ Hieron; quid tu inq̃t: nõ aĩaduertisti has innumeras saporũ machinationes quæ fiũt tyrãnis: cũ nũc acida poscũt: nũc aspera ac plura huiusmodi? Animaduerti inquit Simonides & mihi nimiũ cõtra naturã uideri solent. Nõne igitur arbitraris, inq̃t

ille, imbecillis atq; infirmi appetitus has esse cupiditates? cum tibi mihiq; notū sit eos q libēter cibū sumāt nihil horū irritamētorū indigere. Deniq; ut suauissimis odoribus qbus tyrāni cōtinuo ungūtur: lōge magis gaudent ii q se ad eos admouēt q ipsi tyrāni. quod et in te tris odoribus cōtingere solet ut exalans ipse minus sentiat q alij propinq: ita cui epularū suauiū semper ē copia: nullo tēpore illis auidissime uescitur. Qui uero rarissie copia hz: is sūma cū iocūditate et auiditate se ibuit Id igit periculū est (inquit Simonides) ne ueneraæ uoluptates solæ cogant hoies affectare tyrānidē: cū liceat illis q eo in loco sunt: quicqd formosum uiderint illo potiri. Ad hæc Hieron sic inqt. plane scias id te nūc cōmemorasse in quo a priuatis apertissime superamur. Naz primo cōiugia ipsa tūc demū iocūda sūt uidēturq; gloriam quādā nobis afferre: cū quis ditiori amplioriq; cōiungitur. Secūdo uero loco par pari: sin aūt inferiori te coniūgas infamia nō uitabis. Tyrānus aūt nisi extraneā uxorē uelit inferiorē ducat necesse est: quāobrē minimū illi erit affectus. Tunc enim mulierū studia maxime delectāt: cū illæ de se magnifice sentire uideant. humiliū: uero studia si quidē adsint: nō multum sunt grata. sin aūt absint studia. iræ indignationesq; generātur grauissime. Quare i cōiugio ne par qdē priuatis erit tyrānus. In cæteris uero amoribus multo magis superamur Nā quāta delectatō sit re amata potiri oibus opior notū eē. ipe uero amor plurimū tyrānos respuit: minimeq; cū illis eē uult: neq; .n. cupido illarū rerū q̄ i pōtate nostra sunt amorē delectat: s sperātarū. Vt igitur is q nunq passus ē sitim. quāta delectatio sit in potu ignorat. ita

ꝙ amorẽ expertus nõ ẽ:dulcissimã ut ita dicã uenerẽ ex pertus non est. Hic arridẽs Simonides sic inq̃t. Et quo uultu affirmare potes o Hieron:tyrãnis hoĩbus amorẽ non inasci:cũ tu hãc Dailochã ames cui prae eximia eius forma pulcherrimae ẽ cognomẽtũ? Ideo mehercule inq̃t ille ꝙ quae res minime in ptãte mea ẽ:eã ego rẽ magno pere cupio. Ego.n. Dailochã ardẽs illius cõpos fieri cu pio:ad qđ cupiẽdũ forte natura ipsa me ipellit: & id assequi si tñ ea uolẽte atq; aequo aio id fiat uehemẽter exopto. Vi aũt cupiditatẽ meam explere nõ magis mihi placet q̃ in me ipsum malũ aliqđ machinari. Ab hosti bus.n.ĩuitis arripere ego pulchrũ duco. ab amicis uero ita demũ si cõcedãt. Vbi.n.amatę beniuolẽtia respõdet: ibi aspectus respectus rogatiões respõsiones:oĩa denicq; dulcia sunt. dulcissimae uero atq; iocũdissimae lites:pu gnaeq;. Vi aũt ea quae cupias extorquere. p̃dae similius est q̃ amori. Atq; latroni q̃dẽ ipsi aliquã praebet uolu ptatẽ cũ sui lucrũ tũ inimici iactura. Amatae aũt mole stijs gaudere:grauiterq; ferentẽ attingere: & sic illi odio esse:intollerabile ẽ ac nefariũ. Itẽ priuatis firmissi mum est amoris indiciũ:siquãdo in amata significatio nẽ aliquã beniuolẽtiae cõspicatur. Tyrãno aũt id cogno scere haud quaq̃ licet Scimus.n.hoĩes metu obsequẽtes q̃ maxĩe possũt simulare amorẽ. nec ab ullo genere ho minũ plures ĩsidiae tyrãnis fiũt:q̃ ab his ꝙ maxĩe ama re se simulãt. Hic Simonides:parua sunt inq̃t o Hierõ quae tu adhuc retulisti. nã plerosq; uiros licet uidere ꝙ se spõte abstinẽt eiusmõi uoluptatibus. Sed ĩ illo ut mi hi uidetur maxĩe praeĩstis caeteris hoĩbus:ꝙ quae ingen tia aio cõcipitis celeriter ꝑficitis summã oĩm rerũ opulẽ

tia hētis:sunt uobis egregij eq̄:insignia arma: formo-
sissimæ fœminæ:magnificæ domus:atq̄ oībus rebus
ornatissimæ:ministrorū multitudo:ea insup potētia ut
facile & inimicos subuertere possitis & amicis prodes-
se. Ad hæc respōdēs Hierō:haud eq̄dē admirare inq̄t si
in tyrannide iudicāda multitudo deciperetī:q̄ppe uul
gus secundū ea quæ oculis subiecta sunt de felicitate ho
minis uel miseria iudicat. Ipsa uero tyrannis eiusmodi
est:ut ea quæ optima pulcherrimaq; putātī omnia pōat
ante oculos hominū:quæ aūt grauia molestaq̄ sunt in
tyrānoruz mētibus recōdat:ubi pfecto sita ē miseria ho
minis atq̄ felicitas. Quare uulgus(ut mō dixi)nequaq̄
mirū ē si decipiatur. At uero sapiētes in hoc errare qui
plus mēte:q̄ oculis uidere soletis:magnopere admiror.
Ego plane doctus experiētia rerū hoc tibi affirmare pos-
sum bonorū q̄dē partē minimā tyrānos hēre. magnorū
autē malorū plurima sustinere. Principio.n.pax maxi
mū bōnz eē cēsetur:hac aūt tyrāni minime frui possunt
belluz autē maximū ē maluz:huius tyrāni maximā ptē
ferunt. Priuati.n.nisi ciuitas sua publice bellum gerat
quocūq; uelint securi pficiscuntī:nec ē illis uerēdū ne a
quopiā trucidētur. Tyrāni uero tū maxīe inter hostes eē
arbitrātī cū ad ciuitatē suā reuenere. Sin aūt ciuitas bel
lo pmatī:tūc solū priuatis piculū ē cū extra mœnia sunt
cū uero in urbē se recepere nihil ē āplius timēdū. At ty
rānus neq; extra urbē tutus ē:neq; in urbe:sꝫ tūc maxīe
sibi putat cauendū. Itē cæteros hoīes & pax et induciæ
liberāt bello. Tyrānis aūt nec pax nec ullæ īduciæ pos-
sunt eē cū subditis. Præterea utraq; hæc bella sunt:&
quæ ciues aduersus hostes;& quæ tyrāni aduersus sub

 213

ditos gerūt. Horū igitr bellorū ea, quæcūq; populos subi re ac perpeti necesse ē: hæc eadē certe incūbūt tyrānis: ut in armis eē: custodire: procurare: in periculo se ponere: & si qd aduersi cōtigat īgemiscere. hæc tā priuatorū sunt q̄ tyrānorū cōmunia: & hucusq; paritas est. At si qd feliciter eueniat nequaq̄ in hoc tyrānus par cæteris Populi. n. si quādo p̄lio cōmisso fuderint hostes diffici le dictu est: q̄ magnā capiūt uoluptatē in uertēdis per sequēdis trucidādisq; inimicis: quāta lætitia exultāt? q̄ gloriatur? q̄ gaudent? ciuitatē suā decorasse arbitrātes Quisq; p̄dicat se huius cōsilij participē fuisse. cōplu res hostiū necasse: nec ullus fere inueniri pōt q nō cæso rum exaugeat numerū: ita pulchrū ducūt uicisse egre gie. Tyrānus aūt si quādo suspicetr cōiurationē aliquā cōtra se iniri: eaq; de cā quosdā ī ciuibus suis pœna affi ciat: scit ciuitatē se totā nō hīturū, paucioribus īperaturū Nec lætitiā præ se fert: neq; hoc facto exultat s quātū pōt detrahit: & cōtinuo se purgat nō iniuria id fecisse Adeo ne sibi qdem placēt: quæ ipse idē effecit. Nec ta men cū illos quos timebat necauit ea de cā securior ēē: s; lōge magis timet q̄ prius: & ī eiusmōi bellis omni tē pore perseuerat. Amicitias etiā tyrānorū si ita placet cō sideremus. Et primo qdem aīaduertas uelim: si magnū bonū sit amicia. Oēs. n. q quēquā amant ei prōpto aīo conātur prodesse: gaudēt eius presentia: absentē deside rant: summa lætitia redeūtem suscipiūt: exultāt eius re bus prosperis angūturq; aduersis. Quantū aūt boni in amicicia sit: nec ciuitates qdem latuit a qbus plerisq; sancitū ē licere adulteros īpune occidere. Porro illa de causa qd ab eius mōi hōibus amiciciā corrūpi putarūt

quæ ẽ inter uiros & uxores. Nã si cui pudicicia ꝑ uim abrepta sit: nihilominus ob eã rẽ in honore hẽtur apud maritũ: cũ eius amicicia uideatur sine labe aliqua permansisse. Deniq; tantũ boni ẽ in amicicia: ut ad eã rem perficiendã deorũ atq; hoĩm munera uideatur cõcurrere. Huius aũt rei tam bonæ tãq; præclaræ nemo magis est expers q̃ tyrãnus: quod q̃ uere probẽ aĩaduerte. Nã cũ inter parẽtes & liberos et fratres adinuicẽ uirosq; et uxores oĩm firmissimæ arctissimæq; sint amiciciæ: easq; priuati hoĩes diligentissime colãt. adeo tamen ne hæ qdem amiciciæ ualẽt apud tyrãnos: ut sæpe filius a patre & pater a filio & cõiunx a cõiuge: & frater a fratre necetur. Qui igitur illis: quos ipsa natura ad amandum cõpellit. lex cogit: ita odio est: ut plerũq; de sua nece cogitẽt: qua rõne ab reliqs hoĩbus amari putabimus? Præterea cui fides deest eũ magno bono carere negari nõ põt. Quæ. n. familiaritas: q usus q cõgressus põt eẽ iocũdus absq; fide? Quis seruũ: qs cliẽtẽ aspicere põt si is sit infidus? Huius aũt rei q̃ sint expertes tyranni hinc uel maxĩe licet cognoscere: ꝙ nõ facile cibis ad se delatis credũt: s̃ etiã añ prelibationẽ: ac primicias deorũ famulos ipsos gustare iubent: ne qd male edãt: [illegible] formidãtes. Quid quod cæteris qdẽ hoĩbus patria sua magno usui est. Ciues. n. absq; ulla mercede adinuicem se tutãt: castigãt seruos: cõpescũt facinorosos: maxĩe laborãt: ne cuiquã uiolẽta inferatur nex. Eoq; seueritatis in uindicãdis ciuibus processere: ut plerisq; in ciuitatibus lex sit: etiã eũ q cum homicida cõgressum habuerit: pollutũ uideri. Quo fit ut in patria sua quisq; securus uiuat. Tyranis uero oĩa cõtra. Primo est pro pœnis qui

 214

bus afficiũtur hi q̃ ciuē necarint:præmia proposita sũt tyrãnicidis:pro pollutione sacrisq; prohibitis statuæ in templis deorũ immortaliũ collocãtur. Si quis autem: q̃ plura possideãt tyrãni: q̃ priuati: plus etiã ea de cã putat illos lætari lõge is q̃dem decipitur. Nã uelut athletæ nõ minus gloriosum putãt cæterorũ hoim superiores esse: ß si ab aliis athletis superētur molestissime ferunt. ita tyrãni nõ si plura ipsi habeãt q̃ priuati cõtenti sunt: s; si minus q̃ alii tyrãni possideant molestũ est Nec facilius optati cõpotes fiunt tyrãni q̃ cæteri hoies Cæteri.n.aut edes cupiũt aut agros: aut mãcipiũ: Tyrãni uero urbes: regões: portus: arces: quas adipisci difficilius piculo siusq; ē: q̃ eas res q̃ a priuatis cupiũt. Neq; tamē ita multi ex priuatis hoibus pauperes sunt: ut ex tyrãnis. Neq;.n. ad numerũ cõputãtur diuitiæ. ß ad indigētiã. Si plura habes q̃ indigeas: permulta habes. si pauciora: parũ. At ēt amplissima possessio necessarios tyrannorũ sumptus nõ implet cum priuato homini lõge minus sit satis: Non.n. quemadmodũ cæteris hoibus sic etiã tyrãnis quotidianos sũptus licet inhibere: præsertim cũ fiant maxie in custodia corporis: quã remittere certissimus uidetur tyrãnorũ interitus. Deide nequaquam appellãdi sunt pauperes q̃ sine iniuria satisfacere possunt necessitati suæ: s; hi quos potius indigētia cõpellit ad facinus. Tyrãni autē cum ipsis necesse sit nisi forte perire malint: tanq̃ aliquo bello imminēte cõtinuo exercitũ alere: ui ipsa cogũtur ad oia diuina humanaq; diripienda: Graue etiã illud accidit tyrãnis incõmodum quod si quãdo uiros bonos prudētes fortes cognoscant (cognoscũt aũt nõ minus q̃ priuati) cũ amare eus

perent illos timeant necesse est: fortes ne q̃d audeant libertatis gratia: prudẽtes ne q̃d aduersus machinentur: iustos ne cupiãt populi ab illis gubernari. Cũ uero eiusmodi hoĩes propter metũ earum rerũ quas mõ cõmemoraui sustulerunt. quosnã tunc reliquos habent tyranni præter improbos? præter flagitiosos? preter ignauos. Gaudent tyranno ĩprobi hoĩes: quia timẽt ne q̃n ciuitas libera facta pœnes iniuriarum a se exigat: gaudẽt flagitiosi propter cõcessam a tyrãnis flagitiorum licẽtiã: gaudent ignaui quia liberos esse mõ magnifaciũt. Est igitur grauissimum ut mihi q̃dem uidetur: cum bonos cognoscas ad usum perditorum ex necessitate cõpelli. præterea cũ sine ciuitate nec florere nec saluus eẽ possit tyrãnus: ciuitatis amatorẽ esse illũ necesse est. Tyrannis uero ipã talis est ut patriã quoq; odio hẽre cogat. Neq; enĩ læto uultu aspicere põt tyrãnus ciues suos uel bene armatos: uel magno ingenio præditos: sʒ extraneos q̃ʒ ciues præstãtiores uidere cupit: illosq; ad sui corporis custodiã habet. Odit etiã fertilitatẽ agrorum ne ubertate rerum elati ciues: difficilius iugum seruile patiãtur. Volo etiã Simonide, referre tibi uoluptates illas: q̃bus ego fruebar in uita priuata: in tyrãnide uero oĩa amisi. Ego. n. cũ priuatus essem una cum æqualibus erã: [illegible] ctabar illorũ usu: illi item (ut opinor) meo Erã in ocio si q̃n id optarẽ: erãm quandoq; in cõuiuio: cui quidem rei ita me plerũq; toto aĩo dedebam: ut omnium rerum me haberet obliuio. nec si q̃d in se habet incommodi humana uita meminerã: usq; adeo inter cãtus serta saltationesq; totus uersabar. Nunc uero neq; hi q̃ ante mihi erant familiares una mecum eẽ gaudẽt: cũ pro ami

cis mihi serui sint facti. neq; ego cum illis: cum nihil ui deam in ipsis aut beniuolentiæ erga me aut caritatis. Potus uero atq; somnos nō secus q̄ isidias caueo. timeo celebritatē hoim. timeo solitudinem. timeo incustoditos adittus. timeo ipsos custodes: neq; inermes illos habere uellē circa latus. neq; armatis multum cōfido. hæc itaq; facere & præterea se potius alienis cōmittere q̄ suis: et barbaris q̄ græcis: & liberos qdem cupere in seruitutē trahere seruos aūt in libertatē reponere: nonne ista oia tibi uidētur animi formidolosi ac metu abiecti esse signa? Metus autē non solū mētes hoim afficit: uerū etiā gaudia cūcta exturbat. neq; illic existere ullo pacto sinit. Quod si tu unq̄ Simonide ī militia fuisti ibiq; penes aciē hostiū cōstitutus, recordare quæso: qs tibi cibus q somnus illo tēpore uidebatur. Nā quales molestiæ tibi eo tempore fuerunt: tales: cōtinuo ferunt tyrāni: aut ēt grauiores. Nō. n. ex aduerso solū hostes hēre se putat tyrannus. s; undiq;. Hæc cū audisset Simonides: peroptime mihi uideris inqt o Hierō ista cōmemorasse. Nā bellum qdem terrorē hēre negari non pōt: Sed tamē non tunc cū sumus in armis: custodibus per stationes dispositis nihil timemus: secureq; capimus & cibum & somnum. Ita me hercule inqt Hieron. cū leges ante oia nos tueantur: que qdem custodes ipsos cogunt: non minus de uestra salute q̄ de sua cogitare. Tyranni uero mercenarios habent custodes quasi messores: & cum oporteret huiusmōi hoibus nihil potius esse q̄ fidelē: difficilius est queq̄ illorū fidelium īuenire: q̄ multos opifices cuiusuis rei. Omnes. n. ut dictum est: pecuniæ gratia tyrannum custodiūt. Pecunias autē lōge plures licet illis

puncto temporis accipere: si tyrannum occiderint: q͂ oĩs uita sperent si illum protexerint. Quod si qs nos ea de causa putat beatos: quod facile & amicis prodesse & inimicis obesse possimus: nimium fallitur. Qua.n.rõne adduci põt tyrannus ut bene faciat amicis: cum aperte sciat: quod quanto plura qs ab eo acceperit: tãto citius cupit effugere? Nullusq; sit q illarum rerum quæ sibi largitæ sunt a tyranno qcq; suum esse prius credat quã eo loco fuerit, ubi tyrãnus, etiam si cupiat nullo mõ possit auferre. Ab inimicis autẽ pœnas accipere quẽadmodum licet: cũ manifestũ sit uniuersos subditos esse sibi inimicos: quos neq; necare põt tyrannus neq; in uincula conijcere: qbus.n.post hac dominaretur? Sed aperte sciens quod inimici sunt simul: & cauere & credere habet necesse. Illud etiã te scire uolo Simonide: quod eos ciues quos tyranni timẽt: egre uiuere patiuntur egreq; occidunt. Nec secus in his est q͂ in eqs q si strenui quidẽ sint s; tamẽ feroces: nec uti quis illis põt propter timorem, nec ut alienet adduci põt propter uirtutẽ. Itaq; et possidentes & alienantes similiter agunt. Hic Simonides: est igitur honor ut uideo preciosissima res: cuius cupiditate adducti hoĩes nullũ laborem fugiunt: nullũ periculum subire recusant. Vos itaq; o Hieron: & si tot incõmodis prematur tyrannis: quod mõ a te cõmemorata fuere: tamen ad illã incaute precipitatis: ea nimirum de causa ut amplissimo in honore sitis: ut oẽs uobis pareant omnes admirentur loco cedant assurgant: quæ oĩa subditis fiunt erga tyrãnos. Nam hoc uno maxĩe O Hieron mihi uidetur a cæteris aĩalibus homo differre: quod honoris est cupidus. Si qdem cibi potius uene

risq; nobis est cum cæteris aiantibus cõis uoluptas. Hõnoris autem cupiditatẽ neq; brutis natura indidit: neq; oibus sane hoibus. Sed qbus eius rei cura est: hi sunt qui plurimũ a pecudibus differunt. Viri iam & non hoies deiceps appellãdi. Quãobrẽ mihi uidemini has oẽs in tyrãnide subire molestias. Vt uobis egregie honos hẽatur: cũ nihil in hũanis rebus diuinitati proprius uideatur accedere: q̃ qd ex honoribus prouenit gaudiũ. Ad hæc respõdens Hierõ sic inqt. At mihi tyrãnorũ honores Simonide perinde se hẽre uidẽtur. ut ego pauloante de uenereis dicebã. Nã neq; obseruãtia eorũ: q nos minime amãt grata est nobis: neq; coacta uenus iocunda. Sed hoc quidẽ sæpe fieri itelligimus: ut q maxie timẽt aut oderũt aliquẽ: hi maxie obseruẽt: munera mittãt: loco cedant: assurgãt: ad quæ facieda nõ amor sed timor eos ipellit. Sed hæc oia meo iudicio seruitutis sunt munera. Veri. n. honores aliĩs ex causis gignũtur. Quotiẽs ẽm hoies uirũ quẽpiam ea uirtute preditũ: ut plurimũ sibi prodesse ualeat: & ea de cã in ore illũ habent contĩnue laudãt: quisq; intuetur illũ: tanq̃ peculiare aliqd bonũ: uia decedũt: assurgunt uirtutis ac meritorũ gratia coronant: donare gestiũt: & hæc nõ timore sz spõte faciunt: hi tandem putãdi sunt ueri honores beatũq; illum esse cui talia cõtingunt. Puto. n. talẽ uirũ nõ de inferẽdis alteri: sz de repellẽdis a se iniuriis cogitantẽ: neq; timori neq; inuidiæ subiacere: sed tute beateq; uitã agere tyrannus aũt noctes diesq; se eum esse sentit: q ob illatas clades cõmuni oĩm snĩa sit ad suppliciũ mortẽq; dãnatus. Hæc oia cũ audisset Simonides qd igitur inqt o Hieron: si tam pessima res est eẽ tyrãnũ: tuq; id

Veri honores gignuntur.

minime ignoras ab hac tam nefaria peste: nec tu te nūc liberas nec alius unq̃ spōte se liberauit q̃ semel tyrannidem fuerit adeptus? Ea de cā inquit Hieron quod in hoc etiam miserrima est tyrannorū cōditio: neq;.n. ullo modo relinquere illā licet. Nā quēadmodū possunt tyranni. aut tot pecunias restituere quot ipsi diripuerūt? aut tot uincula pati: quot ipsi iniecerunt: aut tot mortes mori: quot ipsi necauerūt. Vnde esset illis tanta multitudo aīarū? Sed si cui cōmodū unq̃ fuit se suspendere hoc profecto tyrānis esset: q̃bus solis neq̃ tenere malā rem neq̃ relinquere cōducit. Hic Simonides minime uero inq̃t admiror o Hierō: te aduersus tyrānidē ita sentire cū tu ea mēte sis ut maxīe charus hoībus esse cupias: quā rē quo minus assequare: putas tyrānidē īpedimēto esse. Ego tamen docere te possum ut arbitror nihil propter ptātē īpediri amicicias: s3 augeri magis illarū facultatē. Nec illud nūc cōsideremus uelim: an quēadmodum plus possunt hi q̃ ptātem hn̄t q̃ priuati; ita etiam pluribus ꝓdesse et beneficio sibi cōciliare possint. Sed illud quæro si eadē faciūt: tyrānusq̃ & priuatus in pari officio: utri eorū maior sit gratia? Ecce.n. ut a paruis īcipiā rebus. salutāt quēpiā familiariter priuatus et dominās: utriusappellatio plus delectabit salutatū? laudetur aliq̃s ab utroq; pariter: utrius laudatio erit gratior? Sacrificādo honoret uterq; cuius tandē honor erit acceptior? Visant ægrotātē pariter: an dubitandū est quin in hac quoq̃ re potētissimorū hoīm magis sit grata humanitas? Donent, tantidē: quis dubigit duplo gratiora esse munera: q̃ a ptātem habētibus proficiscūtur q̃ ea quæ a priuatis? Mihi q̃dem uideri solet quādā diuinis

tus adiunctã esse gratiã eiusmodi uiris. Nam et multo magis uidere iuuat aliquẽ cum ptãte q̃ꝫ priuatũ: licet is idẽ sit neqꝫ ulla in re mutatus: magisqꝫ nos delectat cũ illo loq̇: q̃ꝫ cũ his q̇ nobis sunt pares. Mulieres ẽt ipsæ quarũ iu amori maxĩe inimicã cẽ tyrãnidẽ questus es: dominãtis senectutẽ minime aspernãtur: minime etiã deformitatẽ fastidiũt. Honores.n. ita hoĩes cõparãt ut si qd ĩ his turpe sit nusq̃ꝫ appareat: si qd uero decoris lu culẽtius reddatur. Quod si in pari re lõge maior gra tia uobis est q̃ꝫ priuatis: negari nõ põt quin multo faci lius amicos parare uobis liceat: cũ plura donare et bene ficia cõferre possitis. Non est ita Simonide ut tu putas inquit Hieron: nã multa faciat tyrãnus necesse est: quæ sibi hoĩes reddũt inimicos. Exigẽdæ.n sunt pecuniæ ad necessarios sumptus: puniẽdi facinorosi: prohibẽdæ in iuriæ: cogẽdũ custodire: ubi custodia opus est. Nec par cendũ tardis cũ celeritate res indiget: & habẽdi etiam corporis custodes: quæ una res oĩbus molestissima ẽ. Nõ em̃ putãt eiusmõi turbã alere tyrannũ salutis suæ cã: sꝫ ut suis ĩmineat ciuibus. Tunc Simonides ita inq̇t. Ego uero quod oẽs huiusmõi curæ abiciẽdæ sint nequaq̃ꝫ di cerẽ: Sed istarũ q̇dem rerũ pleræqꝫ ut mihi uidetur gra tissime sunt: quædã uero odiosæ. Docere.n. quæ optima factu sint: & eos q̇ illa fecerint præmijs laudibusqꝫ or nare: summã gratiã atqꝫ beniuolentiã parit. Delinquẽ tẽ uero probris lacerare: coercere: dãnare punire: hæc uia dẽtur mihi ab alienationẽ quãdã hẽre aĩorũ. Sed meũ hoc cõsiliũ est ut quæ res ĩ se molestiã hẽre uideatur eas alijs faciẽdas præcipiẽdasqꝫ mãdẽt quæ uero gratiã cõ parat: eas per se exequatur q̇ in ptãte est. Cuius rei exẽ

plũ manifeste in choris apparet:quorũ certamini magistratus præmia ponit. Cogere aũt illos & monere et castigare nõ magistratus sed aliorũ officiũ est. Ita quod gratissimũ in ea re putatur eẽ:hoc a magistratu fit:qđ uero odiosum ẽ aliis cõmittitur. Quid igitur prohibet et in cæteris rebus hoc idẽ seruare? Ciuitatũ.n. aliæ ꝑ tribus diuisæ sunt:aliæ ꝑ classes aliæ per cẽturias:aliæ item aliter:& cuiq; parti suus præest magistratus. Si qs igitur his queadmodũ choris premia ponit:ꝗ nõ armis præstẽt.ꝗ equis.ꝗ ordine.ꝗ uirtute in bellis:ꝗ iusticia in cõciliis:eueniet.profecto ut certatim his rebus oĩbus enixe studeãt. Qũobrẽ et properabũt uelocius ubi opus erit honoris gratia.& tributa soluẽt & qđ optimum quidẽ est minime aũt cõsuetũ cultus terrarũ multo splẽdidior fiet premio posito uillis & agris:ꝗ optiẽ sint exculti. In qua qdẽ re:manifestissima apparet utilitas.nã & crescũt uectigalia:et frugalitatẽ negocium pariet.nec ob desidiã libidines crescẽt. Sin aũt mercatura ciuitati ẽ utilis:huic quoq; rei premiis cõstitutis multi mortales ad eã rẽ excitabũtur. Quod si his qui redditum aliquẽ honestũ reipu.excogitarit: ꝑmiũ proponetur:nec huius quidã rei meditatio negligetur. Vt.autẽ summatim oĩa cõprehẽdã:si cuiuscũq; boni auctoribus inuentoribusq; premia cõstituẽtur: permulti occupati erunt in bonis rebus meditãdis:multis autẽ in eo genere occupatis necesse erit multa utilia inueniri inuẽtaq; augeri. Si aũt id uereris o Hieron ne hæc tã multa premia magnã exhauriãt pecuniã:succurrat tibi quæso ꝗ nihil uilius emitur ꝗ̃ qđ præmio cõparatur. Videmus eñ ĩ musicis gymnicisq; certaminibus:quas curas:quos

labores quos sumptus p paruis præmiis subeāt homines. at Hie. me hercule, inqt Simo. uideris narrasse. Sed tñ de his armatis q mercede accepta nos custodiũt: habes qđ doceas ne ea de cā odio simus ciuibus nostris? At forte censes: ut is q ametur a suis: nullis oio custodibus indigeat. Non ita inqt. Simonides: sed indigebit. Neq3 eñi me fugit quosdā eē homines q uelut eq quāto magis illis indulgeatur: tāto maiori petulātia sunt. Hoc itaq; gēus hominũ cōpescet armatorũ terror: boni aũt ex nulla re tātũ cōmodi capiēt: & simul tu eosdē capitis tui habebis custodes: cũ id sæpe dominos uiolētia seruorũ occiderit. Si igit in primis hoc erit illis præceptũ: ut oēs ciues custodiāt. & si res ita postulet: opem ferāt: neq3. n. ulla ciuitas improborũ hominũ omnio est uacua: si hoc itaq3 spectare ad suũ officiũ psuasuz erit illis: ut ciues tutent & præterea colonos iumētaq; ipsoruz: fiet pfecto ut ciues omni metu ac sollicitudine p illos libertati: commodius res suas curare: atq; augere possint. hostiũ uero aut repentinā uim repellere aut latētes insidias præsentire qs melius pōt q̃3 hi q cōtinuo sunt in armis? hæc illoruz officia domi erunt: militiæ uero nihil hoc genere hominuz pōt eē utilius. Nā & pugnabunt & labores suscipiēt: & picula subibunt añ ciues tuos. Vicinas aũt urbes ppēsiores ad pacē faciet eorum formido. homines. n. cōtinuo belligerare pati: facillime omniũ et suos seruare & inimicos labefactare q̄unt. Atq ubi ciues tui intellexerint ab eiusmodi armatis nihil bōis hominibus picul eē: malos aũt iniuria phiberi: auxiliũ ferri afflictis: ptegi ciues: in bello labores suscipi: nullus fere reperietur q pecuniā p illorũ mercede nō libētissime ac

ꝓmptissime cõferat: cũ sæpe alias haud quaq; in re tã utili priuati homines maiores sũptus substineãt. Illud quoq; te decet o Hieron: ne recuses rẽ tuã propriã in cõmuni utilitate uelle cõsumere. Nam ut mea qdem fert opinio: lõge oportunius decẽtiusq; expenditur a tyranno in rempu. q̃ in priuatã: qd facile patet. si singillatim consideras. Si. n. tibi sit splendida domus infinito sumptu instructa: utrũ ex illa maiorẽ tibi gloriã cõparari putas: an ex uniuersa urbe: mœnibus: tẽplis: porticibus: foris: curũsq; ornata. Armis uero utrũ tuis propriis egregie tectus magis tremẽdus hosti uidere: an si tota ciuitas bene armata sit. Vectigalia aũt utrum putas maiora fore: si solũ res tuæ diligẽtissime curentur: aut si omniũ ciuiũ res tua diligẽtia frugiferæ fiãt. Currus uero quos alere magnificẽtissimũ munus pulcherrimaq; exercitatio putatur: utrũ magis putas decere: si plurimos omniũ equorũ tu unus alas: & in certamina mittas an si ex tua ciuitate plurimi exeãt plurimiq; decertent. Victoria aũt utra pulcrior tibi uidetur ex equorũ uirtute: an ex ciuitatis cui tu præsis felicitate. Ego sane nec decere qdẽ arbitror: tyrãnũ hominẽ cũ priuatis certare. Victor. n. nullã gloriã assequitur tyrãnus ꝑ inuidiã: ut ex multorũ bonis pecuniã trahẽs ad suã magnificentiam: uictus uero omniũ maxime ridiculus ẽ. Sed ẽ tibi o Hierõ (ut mihi qdẽ uidet) cũ aliis ꝑ ciuitatibus præsunt honestũ certamẽ. Quos si tu qdẽ superaueris ciuitatẽ tuã feliciorẽ ostẽdẽs maxime pulcherrimã gloriosissimãq; uictoriã asseqre. Ex quo illud primũ cõtinget qd tu potissimum cupis: ut carus sis tuis. Deinde nõ unicus erit tuæ uictoriæ buccinator: sed oẽs tuã uirtutẽ decãtabũt.



Intuebunt te nō solū singuli hoies. uerū etiā uniuersæ ciuitates. Nec solū priuatim sed etiā publice admirabunt licebitq; tibi quocūq; uolueris uisendi gratia tuto proficisci: licebit & domi hoc idē asseq. Sēper.n. aderūt turbæ hominū ostētare tibi cupiētiū: si qd haud prudētiæ aut decoris aut bōi alicuius habeāt: et tibi omni studio placere enitētiū: fauebūt tibi p̄sentes cupiēt uidere absentes: nec solū diligere ab omnibus sed ēt amabere: nec timebis tu qdē quēq;: sed alij p te solliciti erūt ne qd tibi cōtingat aduersi. Eritq; psuasum omnibus: ut de tua salute cogitare debeāt. Quare si qd unq; immineret nō solū hēres illos periculorū socios: Verum ēt protectores accerrimos: Nec erit uerēdū tibi multis pulcherrimisq; muneribus affluēti: ne cui nō bene de te merēti quippiā de fortunis tuis patiaris. Oēs.n. tuis bonis uidebis gaudentes: oēs pro tuis rebus nō secus ac proprijs uigilātes In thesauris aūt hēbis cunctos amicorū diuitias. Sz age O Hieron dita amicos: te.n. ipsum ditabis. Auge ciuitatē: tibi.n. ipsi cōparabis potētiā. Quære illi amicos atq; socios: puta ciuitatē quidē ppriā esse domū: ciues uero propinquos: amicos aūt filios. Filios uero uelut ppriā animā: et hos omēs uincere coneris officio. Si.n. amicos beneficijs cōplectere: nihil tibi obesse poterunt inimici. Quæ oīa si tu feceris: cunctarū quæ in hūana sunt uita pulcherrimā ac beatissimā rem possidebis. Felix enim cū sis nemo tibi inuidebit.

Explicit feliciter. Anno dñi. M.CCCCC Die uero. ij. Mensis Septembris. Expensis I: uiri Bartholomei trot.

FINE

1968